 καταμαθὼν τὴν τῆς γῆς ἀρετὴν, καὶ πῶς εἴη πρὸς πᾶσαν χάριν 2
 καὶ ἀγαθῶν εὐφορος ἀφθονίαν, "τοῦτο" ἔφη "γῆ οὐκ ἄλλη ἢ ἡ
 ῥέουσα μέλι καὶ γάλα." καὶ τότε μὲν πάντοίῳ γενόμενος ἀγαθῶν

3 ἀξανάμενος P

11 κατασκευάμενος P

22 τὸν στόλον

ἐμπεπληκῶς ἀγαθῶν Cedrenus.

nusque ferax ac gracilior, ideoque ipsis alendis ac procurandis non suf-
 ficiens, iusta corporis mole praeditis, ac quos necesse sit commeatus
 abundantia adolescere, non eius penuria. hi igitur ad Apochapsum
 gentis amerumniam accedentes rogabant "ut coloniam ipsis ducere liceret
 atque alio commigrare, qui ob multitudinem anguste habitarent, ac quos
 necessariorum rerum inopia premeret." princeps statim magnis instru-
 ctis navibus iustisque eis copiis impositis, celato adhuc consilio, ad
 Orientis insulas, quae nostrae dicionis erant, interim praedatum educit,
 tum subditis rem gratam praestiturus, quorum cupiditatem alienis opibus
 satiaret, tum adeo exploraturus num quae fertili solo ac opimo insula
 occurreret, in quam commode suorum coloniam duceret. postquam igitur
 ad multas insulas appulsus neminem sibi resistentem maioresve aut
 minores naves opponentem invenit (omnes enim omni orbatas praesidio
 erant, eo quod omnis classis earum praesidio constituta suppetias Tho-
 mae adversus Cpolim adnavigarat), ingentique praeda ex omnibus, ad
 quas appulsus fuerat, insulis potitus, in Cretam quoque venit, quam
 depraedatus ac populatus quantum ei licebat, cum omni ex parte soli bo-
 nitatem deprehendisset, et quantopere ad omnem venustatem frugumque
 ubertatem fertilis esset, "en" ait, "non est haec alia quam terra fluens
 lacte et melle." ac tum quidem navibus omnis generis praeda oneratis

ἀπῆει τὴν οἶκαδε, καὶ πάσῃ χειρὶ καὶ δυνάμει ναυτικὸν ἐξήρτυεν· B
ὡς δ' ὁ χειμῶν ἐτετελείωτο καὶ τὸ ἔαρ ὑπέλαμπεν, τεσσαράκοντα
πληρώσας ναῦς ἀνδρῶν μαχίμων καὶ ἐπιτήδειον ἄνεμον ἐπιτηρή-
σας τὴν ἐπὶ Κρήτην ἐστέλλετο εὐθυπορῶν, τὰς ἄλλας τῶν νήσων
θέμενος εἰς οὐδέν. ἄρτι γοῦν ἐπλησίαζε, καὶ τῷ ἀκρωτηρίῳ τῷ
Χάροκι καλουμένῳ κατήγετό τε καὶ προσωρμιζετο. ὡς δ' οὐδέν
οὔτε κατὰ τὴν καταγωγὴν οὔτε κατὰ τὴν ἀπόβασιν ἐφάνη τοῦτοις
τῶν ἀπενκτῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς λείας χωροῦσι καὶ πρὸς ἄρπυγῆς
εὐχερῶς τὰ τῆς ἐπιβολῆς τε καὶ ἐπιχειρήσεως ἐπεραίνετο, τοὺς μὲν
ἐπιτηδείους εἰς τὰς συνήθεις προνομίαις ἀπέστελλε δουλαγωγήσον-
τας τοὺς ἐχθρούς, αὐτὸς δὲ τοὺς λοιποὺς ἔχων, ἄρτι δὴ τοῦ
πνεύματος ἐπακμάζοντος κἀκείνων ἕμια πορρωτέρω σταδίων δέκα
ἢ δεκαπέντε γενομένων, πῦρ ἐμβαλὼν ταῖς ναυσὶν ἀπάσας κατέ- C
φλέξε, φεισάμενος τὸ παράπαν οὐδεμιᾶς. τέως μὲν οὖν τῷ παρα-
δόξῳ τοῦ πράγματος καταπλαγέντες ἅπας δὴ ὁ στρατὸς (καὶ γὰρ
ἐπαλινόστοι οὐδέως) ἐκδειματούμενοι τὴν αἰτίαν ἐπυθάνοντο
καὶ εἰς λόγους ἤλθον νεωτερικούς. ἐπεὶ δὲ κατήκουσαν ἅ πάλαι
ᾠδίνοντο, ὡς αὐτοὶ τε τούτων ὑμεῖς ἀποικίαν ζητοῦντες καὶ γῆν
ἀγαθὴν, ἐμοὶ τε ταύτης οὐδετέρα κρείττων νεόμισται, εἰς ταύ-
την ἤλθον ὁδὸν ὑμῖν τε ἀγαθὰ προξενῶν καὶ ἐμὲ τῆς ἐξ ὑμῶν
ἀπαλλάττων ὀχλήσεως. ὡς δὲ καὶ γυναικῶν ἐμέμνηντο καὶ παί-
δων οὐκ ὀλιγώρον, “καὶ γυναῖκες” ἔφη “ᾧδε ὑμέτεραι αἱ αἰχμα-

18 ᾠδύνοντο P
εἰς?

ὑμεῖς] αἵτιοι ὑμεῖς?

19 εἰς] ὥστε

domum rediit; reversusque validam ac ingentem classem instruit. ex-
eunte porro hieme vereque ineunte, quadraginta navium classe bellico-
sis hominibus onerata, captatoque secundo vento, recta in Cretam, aliis
spretis insulis, contendit. iam ergo appulsus erat, et ad promontorium
quod Characem vocant exscensum fecerat. cum autem nec in appulsione
nec exscensione triste aliquid accidisset, iamque libere praedas agerent
ac excurrerent, facilis visa aggressio est explendique consilii ratio.
viros idoneos ex more populatum mittit praedamque acturos; ipse cum
reliquis, ubi isti paulo longius, ad decem circiter quindecimve stadia,
processerant, vento etiam invalescente, iniecto igne omnes ad unam
naves incendit. quo subito conflagrantis classis spectaculo perterritus
omnis exercitus tum illico ad castra reverti coepit, tum ferocius eius
tanti facinoris rationem reposcere. ad quos dux “factum est” inquit,
“quod vos pridem parturiebatis. vos ipsi nobis rei auctores fuistis, qui
coloniam ac terram bonam quaesieritis. ad me quod attinet, hac prae-
stantiorem nullam existimavi. hocque adeo iter suscepi, ut et vobis
bona pararem et vestrae me interpellationis molestia liberarem.” cum
autem etiam uxorum meminissent nec liberorum negligendam curam, re-
spondit Apochapsus “in promptu sunt uxores, mulieres captivae, et quos

D λωτιζόμεναι, καὶ παῖδες οὐ μετὰ μικρὸν ἐξ αὐτῶν.” ὅθεν τοῖς τοιούτοις κατασιγασθέντες λόγοις, καὶ ἀποδοχῆς ἄξια κρίναντες τὰ λεγόμενα, τάφρον μὲν ἤγειραν πρῶτον βαθεῖαν, καὶ χάρακα ἐν ταύτῃ καταπήξαντες, ἔνθα καὶ νῦν λαβὼν τὴν ἐπιωνυμίαν ὁ τόπος σώζει τὴν προσηγορίαν, Χάνδαξ ὀνομαζόμενος, ἐκεῖσε διενυκτέρευον, φυλακὰς τε τὰς προσηκούσας ποιοῦμενοι καὶ τὰς ὠφελείας αὐτῶν ἐκεῖσε ἀποθησαυρίζοντες. (22) χρόνος δὲ ἐρρῶη πολὺς οὐδαμῶς, καὶ πάντα τὸν βασιλέα ἢ φῆμη ἐδίδαξε. καὶ δὴ

P 48 τὸν πρωτοσπαθάριον Φωτεινόν, πρόπαππον μὲν Ζωῆς τῆς ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει Θεοστέπιον Ἀνγούστιης τογγάνοντα, στρατηγῶντα δὲ τηρικαῦτα τῶν Ἀνατολικῶν, τὰ τῆς Κρήτης ἅπαντα διοικεῖν προεβάλετο· ὃς ἐκεῖσε παραγερόμενος, καὶ τῶν μὲν γενόμενος Θεατῆς τῶν δὲ καὶ ἄκροατῆς, τρανότερον ἀνεδίδασκε τὸν Μιχαῆλ τὰ πραττόμενα, καὶ δύναμιν τινα ἡξίου ἐκπέμπειν τὴν ἐκεῖθεν ἀποσοβήσουσιν τοὺς ἐχθρούς. Δαμιανὸν γοῦν κόμητα ὄντα τοῦ βασιλικῆς ἵπποστασίον καὶ πρωτοσπαθάριον μετὰ πολλῆς δυνά-

B μεως καὶ παρασκευῆς ὁ βασιλεύων ἀπέστειλεν εἰς βοήθειαν τοῦ στρατηγοῦ Φωτεινοῦ· οἳ καὶ ἐνωθέντες τὸν μὲν κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν πόλεμον ἔστησαν, εἰς οὐδὲν δὲ χρήσιμον τὸ τέλος ἐνέσκηψεν. αὐτὸς τε γὰρ ὁ προρρηθεὶς Δαμιανὸς κατὰ τὴν εἰσβολὴν τῆς μάχης εὐθὺς τραυματίης πεσὼν καὶ σφαγῇ πυροδοθεὶς τοὺς λοιπούς οὐ νικᾷν καὶ μένειν ἀλλὰ φεύγειν ἐποίησεν ἡττημένους· καθ’ ἣν τροπὴν καὶ ὁ Φωτεινὸς ἐν μονηρίῳ μόλις διασωῖζεται πρὸς τὴν

1 μακρὸν?

ex illis brevi suscepturi estis liberos.” his itaque verbis sedati, eaque digna approbatione rati, altum primo ducunt aggerem, vallumque iacientes (unde et locus inditum cognomentum hactenus retinet, Candax appellatus) illic pernocabant, consuetas excubias habentes omnesque suas opes et facultates ibi reponentes. (22) non longum fluxerat tempus, cum omnis eius molitionis fama ad imperatoris aures pervecta est. is itaque Photino protospathario, felicitis recordationis Zoes a deo coronatae Augustae proavo, Orientalium per id tempus duci, summam rei ad Cretam spectantis commisit. quo ille profectus, ac cum alia oculis ipse lustrasset, tum aliis referentibus alia accepisset, quae gererentur imperatori clarius declaravit, viresque aliquas ad hostes inde profiligandos ab urbe mitti rogavit. Damianum itaque sacri stabuli comitem ac protospatharium cum ingenti exercitu et apparatu Photino duci imperator suppetias mittit. coniunctis illi viribus adversus Agarenos bellum instruunt; nec tamen eo conatu commodum aliquid parturiunt. quem enim dicebam, Damianus primo statim congressu accepto vulnere cadens atque iugulatus reliquis non victoriae durandique fortiter certaminis, sed fugae ac cladis auctor fuit. eaque fuga Photinus conscensa celoce,

*Δίαν, καὶ τῷ βασιλεῖ τῶν πραγθέντων αὐτάγγελος γίνεται. ἀλλ' οὗτος μὲν ἐπεὶ διὰ τιμῆς ἤγετο παρὰ τοῦ βασιλέως ἀεί, τὴν τῆς Σικελίας στρατηγίδα αὐθις τῆς Κρήτης ἀλλάσσειται. (23) τοῖς δ' Ἰσπανίοις ἔτι πως ἐν ταραχῇ καὶ μερίμνῃ διάγουσιν ἀνὴρ τις C
 5 ἐκ τῶν ὀρέων τῆς νήσου ἐπικαταβὰς μοναστῆς ἄλλον ἔφησεν εἶναι τόπον αὐτοῖς ἐπιτηδειότερον πρὸς τε πολιέματος κτίσιν καὶ τῆς λοιπῆς διαρκείας καὶ ἐπικρατείας αὐτῶν. καὶ ἅμα λαβὼν τὸν Χάνδακα τούτοις ἐπέδειξεν, ἔνθα καὶ νῦν ἐκτισται ἡ πόλις αὐτῶν· καὶ ἡγεμὼν αὐτῆς ὁ Ἀπόχαψ τότε ἐγεγόνει αὐτῆς. ἐκ ταύτης οὖν D
 0 οἶόν τινος ἕξ ἀκροπόλεως ὀρμώμενοι πᾶσάν τε ταύτην τὴν νήσον κατέτρεχον καὶ τινὰς τῶν παρακειμένων οὐκ ἔλαττον, ὡς καὶ ἐν αὐταῖς ἐγκατοικῆσαι, αὐτοὺς τοὺς οἰκήτορας καὶ αὐτόχθονας δουλωσάμενοι. καὶ πόλεις δὲ Κρήτης ἐννέα πρὸς ταῖς εἴκοσιν εὗζω- D
 5 ναλώτων καὶ ἀπαθοῦς, καὶ λόγῳ μὲν ὑποταγείσης, τὰ ἑαυτῶν δὲ ἔθιμα καὶ τὸν χριστιανισμὸν φυλαττούσης ἀλώβητον. τότε καὶ Κύριλλος ὁ Γορτύνης πρόεδρος, ἐπεὶ μὴ τούτοις εἰς ἄρνησιν ἐχώρει Χριστοῦ, ὡς ἱερεῖον ἄμωμον ἐσφαγίαστο· οὗ καὶ τὸ αἷμα βοᾷ μένον ὡς τοῦ Ἄβελ ἢ καὶ Ζαχαρίου πρὸς τὸν Θεὸν ἀναλλοιώ-
 10 τον· καὶ μύρον μὲν ἐκεῖθεν ἔστιν ἀρύσασθαι τοῖς πιστοῖς σπόγγοις τισὶν ἐναπομεινόμενον, τὴν δὲ βαφὴν τοῦ αἵματος ἀλλοιοῦσαι οὐ πρόσεστιν. προσέτι μὴν αὐτόθι σοροὶ καὶ τάφοι ἀνεγέγερται ἄλ-
 15 λων τε πολλῶν τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ τότε μαρτυρησάντων καὶ τῶν*

ad Diam vix sospes evadens, ipse imperatori cladis acceptae nuntius exstitit. imperator, quod virum magnifice coleret, pro Creta Siciliae cum imperio illam praeesse iussit. (23) porro Hispanos adhuc inter curas fluctuantes monachus quidam ex insulae montibus degressus commodiorem alium locum esse monet, ubi urbem condant uberioreque fruantur annona ac tuti consistant. tunc simul eos assumens Candacem ostendit, ubi etiamnum illorum urbs condita exstat; eiusque tunc praeses Apochapsus fuit. inde ergo velut ex quadam arce profecti, cum insulam totam tum vicinas quasdam alias regiones excursionibus vastabant, ut et illic sedes ponerent veteresque inquilinos ac cives servituti addicerent. ipsius Cretae urbes novem supra viginti expediti ipsi atque pedites cepere. ex eo tempore una duntaxat immunis ab expugnatione illaesaque mansit, verbo quidem subiecta, quae tamen ritus suos ac Christianam religionem servaret. tunc sane et Cyrillus Gortynae episcopus, eo quod ut Christum negaret induci non potuerat, quasi victima innocens iugulatus est; cuius et sanguis, velut Abelis seu etiam Zachariae, ad deum clamat, nihil mutatus perseverans. ex eius sepulchro cum fideles spongiis quibusdam expressum oleum libere hauriant, tingentem tamen colore sanguinem mutare non valent. exstant vero ibi etiam alii loculi, ac cum aliorum plurimum, qui tum pro Christo marty-

P 49 δέκα περιωνύμων μαρτύρων. τοιούτω γοῦν τρόπῳ καὶ κατὰ τοῦτον ἀνηρπιάσθησαν τὸν καιρὸν ἐκ μέσου τῶν Χριστιανῶν οἱ Κρηταίῃς.

24. Ἐπεὶ δὲ ὄψε καὶ μόλις τοὺς περικυκλοῦντας τοῦτον ἐχθροὺς καὶ περικτυποῦντας ὁ Μιχαὴλ ἀπεσεύσατο, δέον πρὸς θεὸν τραπέσθαι καὶ τοῦτον ἐξευμενίσασθαι, ἴλεω διὰ τῶν ἔργων ποιῶν, ὁ δὲ τὸνναντίον ἢ ὡς οἱ πολιτικοὶ θεσμοὶ βούλονται, ὡς οὐ παρ' αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ δὲ σωθεῖς, ἐπραττέ τε καὶ ἐπεπολίτευτο. τῆς γαμετῆς γοῦν τελευτησάσης αὐτοῦ, καὶ δόξαν θέλοντος κατασχεῖν τῶν πολλῶν ὡς πένθος ἄλυστον ἔχει αὐτῆς, τὴν

B σύγκλητον ἐποίει διὰ τινων μηνυμάτων κρυφίων καὶ μυστικῶν αἰρήσασθαι τοῦτον πείσαι γυναικὶ αὐθις ζευχθῆναι, καὶ οὐ παρακαλέσαι μόνον πρὸς τοῦτο ἀλλὰ καὶ βιάσασθαι, καὶ εἰς ἐπανύστασιν, εἰ μὴ τοῦτο γένηται, χωρῆσαι αὐτούς· “οὐ γάρ ἐστιν οἷον γυναικὸς ἄνευ” φάσκειν “βασιλέα τε ζῆν καὶ τὰς ἡμετέρας στερεῖσθαι γαμετὰς δεσποίνης καὶ βασιλίδος.” ἐπέπειστο γοῦν ὄψε διὰ τῶν ἐπιπλάσιων λόγων, οὓς τῷ χρόνῳ λαθεῖν οὐκ ἦν· καὶ πρῶτον μὲν χειρόγραφα ὑπὲρ τῶν μῆτε ὄντων μῆτε ἔσομένων πᾶσαν ἀπήτει χεῖρα, ὡς αὐτὴν τε τὴν ἔσομένην αὐτῷ γαμετὴν καὶ τὰ ἐκ ταύτης ἔκγονα ὑπερασπίζειν καὶ ὑπερμαχεῖν μετὰ τὸν αὐτοῦ

C μὴ παύσαινο θάνατον, ἀλλὰ κάκείνην τε μετ' ἐκείνους βασιλέας ἔχοιεν καὶ δέσποιναν, ὡς εἰκός. οὕτως οὐ τοῦ κατ' ἐκείνον ἀλλὰ

21 μετ'] καί?

rium sumpserunt, tum inclitorum decem martyrum erecta sepulcra sunt. sic ergo et per hoc tempus talique occasione Cretenses de medio Christianorum sublatis sunt.

24. Ceterum Michael vix tandem circumdantibus eum ac conterrentibus solutus hostibus, eorumque metu liberatus, cum ad deum converti recteque factis placabilem eum ac propitium reddere oporteret, secus, velut a se ipso, non dei nutu salutem consecutus, contra ac publica iura legesque habeant, vitae suae rationes instituit. proinde uxore mortua, cum eam vulgi opinionem ambiret ut illius implacabili luctu eum affici putarent, secretis tamen occultisque monitis cum senatu agit ut se ad nuptiarum foedera iterum inducant, nec verbis solum suasoriis cum ipso agant, sed et cogant vimque facturos minitentur, nisi is omnino rem praestiterit. ostendant non posse imperatorem caelibem vivere, quo fiat ut illorum uxores domina atque Augusta careant. ita igitur fictis eorum sermonibus ad extremum cessit; quanquam fieri non poterat ut non tandem tempore fabula nudaretur. ac primum chirographo subditos obstringit, fidemque exigit, ea se praestituros quae nec fiant nec esse unquam possint, eius futuram uxorem et quos ex illa susceperit liberos, cum e vivis excesserit, omnino defensuros, sed et tum illos imperatores tum ipsam quoque, ut par est, dominam habituros. adeo non in hoc modo aevo sed post suam quoque mortem se impera-

καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν ὤφειτο κατακρατῆσειν αἰῶνος, δέον πάντα ἐκ
 Θεοῦ ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ἀναρτῆσαι χειρὶ, δι' ὃν βυσιλεῖς βασι-
 λεύουσι καὶ τύραννοι κρατοῦσι γῆς. πλὴν ὑπέκλυπεν ὁ πάσης
 κυριεύων γῆς προστάγματι τῷ συγκλητικῷ, καὶ συνάφασθαι ἄκων
 5 ἤνειχτο ὁ σώφρονα βίον ἀνηρημένος. ἤγετο οὖν πρὸς γάμον οὐ
 τήνδε ἢ τήνδε, ἀλλὰ γυναικὰ τινα πάλαι τὸν κόσμον καὶ τὰ αὐτοῦ
 ὑποστέρξασαν, Χριστῷ δὲ νυμφευθεῖσαν καὶ ὑσκήσειν ἐκ παιδὸς
 κατὰ τὴν ἐν Πριγκίπῳ νήσῳ μονὴν σχολάσουσαν καὶ προσανέχου- D
 σαν τῷ Θεῷ. Εὐφροσύνη ταύτης ἢ κλῆσις, καὶ πατὴρ ἐσεμνύ-
 10 νετο Κωνσταντῖνον εἶναι, δικαίᾳ κρίσει τὴν τύφλωσιν ὑπομεμενη-
 κότες παρὰ μητρός. ταῦτα μὲν ἐξεπέραυνεν, καὶ ἴλεω δι' αὐτῶν
 οὐ μόνον οὐκ ἐποιεῖτο ἀλλὰ καὶ παρώργισε τὸν Θεόν.

25. Καὶ κατὰ τῶν τὴν Κρήτην δὲ καταλαβόντων καὶ λυ-
 μαινομένων αὐθις ἐπαποστέλλει στρατόν· Κρατιερός ὄνομα τῷ
 15 στρατηγέτῃ, ὃς τηρικαῦτα τὴν τῶν Κυβερρῳιωτῶν διέπων στρα-
 τηγίδα, ἐβδομήκοντα ναῦς διήρεις τῶν ὑφ' ἑαυτῷ καὶ πάντων
 τῶν Θεματικῶν λαβῶν, βρέμων ἅμα καὶ πολλῷ φρονήματι παρενέ- P 50
 βαλεν. καὶ ἐπέπερ οὐδ' ἐκείνοις ἐδόκει ὑποστέλλεσθαι ἀλλ' ἐς
 μάχην χωρεῖν τὴν τὰς ἑαυτῶν δυνάμεις καὶ γενναιότητος ἐπιδειξο-
 20 μένην (καὶ γὰρ εἰσι τῶν ἄλλων Ἀγαρηνῶν οὗτοι δὴ εὐφρεῖς),
 συνέβαλλον δὲ τολμηρῶς ἐκάτεροι κατὰ τὸν ἀγῶνα χωρήσαντες
 ἄρι δὴ τοῦ ἡλίου τὰς ἀκτῖνας ὑπὲρ γῆς ἐφαπλοῦντος, οὐδέτεροι

17 παρενέλαβεν P

22 ὑφαπλῶντος P

turum existimabat, cum ex deo (non tanquam ex illorum penderent manu) cuncta speranda forent; "per quem reges regnant et tyranni tenent terram" (Prov. 8 15). ceterum morem gerit illi senatusconsulto, unus ipse omnis terrae dominans; quique castitatis propositum iniisset, invitum simulans in nuptias consentit. ducit vero non quamlibet feminam, sed quae olim saeculo ac saeculi rebus nuntium remisisset, Christoque desponsa esset, ac olim a puero, in monasterio quod in Principe (sic dicta) insula situm est, exercitata ac deo addicta esset. Euphrosynae illi nomen erat. clara scilicet Constantini illius proles, qui ipsa iuste matre ulciscente luminibus caecatus fuerat. hoc ille facinore non modo non placavit divinum numen, quin potius eius in se Romanamque rem publicam graviorem iram provocavit.

25. Itaque aliam quoque classem adversus Saracenos Cretam obtinentes ac diripientes Cratero duce emittit. is cum Cibraeotarum tunc praefectum ageret, septuaginta biremibus ex suis reliquisque provinciarum ac insularum assumptis, ferox admodum ac minitabundus Cretam applicuit. cumque nec Agarenis pugnae alea subterfugienda videretur, sed committendum praelium, quo suas illi vires ac bellicam fortitudinem experirentur (singulari enim illi fortitudinis laude inter suos clarent), animose utrinque pugnatur. a prima luce ad meridiem usque neutra inclinata acies, sed strenue utrique pugnantes egregium

μὲν ἄχρι μεσοῦσης ἡμέρας ἐνέκλινον, ἀλλὰ γενναίως μαχόμενοι τὴν ἑαυτῶν ἐδείκνυον ἐμπειρίαν καὶ δύναμιν· ἐπεὶ δὲ πονήσαντες

B οἱ Κρηταιεῖς ἤδη τοῦ ἡλίου κλίναντος ἐνέδωκαν πρὸς φυγὴν, τότε δὴ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτειναν, πλείους δὲ τὰ ὄπλα ῥίψαντας αἰχμαλώτους ἔλαβον, ἕκ ποδὸς ἐπόμενοι. τάχα δ' ἂν σπουδάσαντες ἔλαβον τὴν πόλιν αὐθιμερόν, εἰ μὴ νῦν ἤδη φαινομένη ἀνέστρεψεν ὡς τὰ πράγματα καὶ ἀνάπαυλαν τούτοις ζητοῦσι φόνον ἀλλ' οὐ σωτηρίαν ἀπέτεκεν. οἱ μὲν γὰρ ὡς ἤδη νενικηκότες, καὶ πάντας αὐρίον ἐν βραχεῖ βραχεῖς ὄντας ἐλπίσαντες συλλαβεῖν, πρὸς πότους καὶ τρυφάς, ὡς ἐν οἰκείᾳ ἀλλ' οὐκ ἐν ἀλλοτρίᾳ διαύγοντες, ἐξεβάκχευον, μήτε τινὸς φυλακῆς μήτ' ἄλλης σωτηρίας

C τῆς κατὰ τὸν πολεμικὸν νόμον γινομένης φροντίσαντες, ὕπνου δὲ μόνου καὶ τῆς τὰ πάντα ῥαδίως ἀνατρεπούσης καὶ ἀπολλυούσης ἀμελείας τε καὶ ῥαστώνης. ὅθεν περὶ μέσας νύκτας, ἐπεὶ διὰ τῶν ἑαυτῶν φυλάκων ὡς ἐν ἀπορίᾳ ἀγρυπνοῦντες οἱ Κρηταιεῖς ὕπνω καὶ οἴνω καθηροῦσθαι τοὺς τῆς Ῥωμαϊκῆς παρεμβολῆς ἀνέμαθον, αὐθωρὸν ἐξελεθόντες μαχαίρα πάντας ἀπώλεσαν, ὡς μηδ' ἄγγελον, τὸ δὴ λεγόμενον, ὑποστρέψαι καὶ ἐκεῖθεν διασωθῆναι, ἢ μόνον τὸν στρατηγὸν ἔμπορικῶ ἐπιβάντα πλοίου καὶ τὴν σωτηρίαν ζητοῦντα. πλὴν καὶ τοῦτον ἐπεὶ πανταχοῦ ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν ἠγεμὼν

D ἀναζητῶν μὲν οὐχ εὔρισκε φεύγειν δὲ διήκουεν, ὀκλάσι τοῦτον μεθ' ἠγεμόνων ἀναζητῆσαι ἐκέλευσεν· οἱ καὶ καταλαβόντες τοῦτον ἐν Κῶ ἐπὶ ξύλου κρεμάσαντες διαφθαρεῖν ἐποίησαν. καὶ τὰ μὲν

7 ἀνέστρεψεν Cedrenus: P enim ἀντέστρεψεν.

militaris peritiae ac fortitudinis specimen exhibebant. postremo vergente ad vesperam die superati Cretenses fugam faciunt. eorum multi in pugna caesi, plures abiectis armis a Romanis persequentibus capti. ac forte accelerato negotio maiorique diligentia ipsam ea die urbem cepissent, nisi nox ingruens res in diversum mutasset, et Romanis quietem captantibus non salutem peperisset sed interitum stragemque. hi enim tanquam victoriae securi, speque fulti fore ut universos, qui pauci remanserant, die crastino facili negotio in potestatem redigerent, perinde ac si domi, non in hostico agerent, potationibus et luxuria noctem transigebant. excubiarum seu aliorum quibus in bello saluti cautum videatur nulla eis ratio; somnum duntaxat et quietem omniaque facile evertentem socordiam et molliem cogitabant. Cretenses itaque (quippe suarum rerum anxii) vigiles, cum Romana castra vino somnoque depressa a suis excubitoribus didicissent, ad mediam circiter noctem confestim impetu in eos facto omnes gladio trucidant, ita ut ne nuntius quidem (quod adagii est) reversus sit aut cladi superstes exstiterit. unus dux Craterus mercatorio usus navigio salutem expedit. verum hunc quoque Agarenorum dux diu multumque quaesitum, nec usquam inventum, cum fuga evasisse audisset, naves praefectosque mittit qui hominem quaerant ac insequantur. hi in Co insula eum assecuti in

κατὰ τὴν μάχην ἐκείνην καὶ τὸν ἀγῶνα συμβεβηκότα τοιαῦτα, πολλὴν ἐνεγκόντα Ῥωμαίοις συμφορὰν, οὐ τὴν ἐξ ἡττης μόνον ἐκείνης, ἀλλὰ καὶ τὴν ἔκτοτέ κρατήσασαν καὶ διαμείναςαν πολυκέφαλον ὕδραν, ἐκείσε καὶ ἀλλαχοῦ μὲν ἀποτεμνομένην αἰεὶ, ἀνα-
5 θάλλονσαν δὲ ἀλλαχοῦ.

26. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνὴρ τις στρατιωτικῆς πείρας, πρὸς δὲ καὶ φρονήσεως καὶ ἀγχινοίας οὐκ ἄμοιρος, οὗ τὸ ἐπώνυμον Ὀροφίας, στρατὸν τινα ἀθροίσας τὸν τεσσαρακοντάριον τότε κα- P 51
λούμενον βασιλικῆς ἐκ προστάξεως, ἐκ τοῦ διανεμηθῆναι αὐτοῖς
10 ἀνὰ τεσσαράκοντα χρυσίων, τὰς τε ἄλλας νήσους, αἷς ὀλίγιστοι ἐφέροντο, κατατρέχων, καὶ τοῖς μὲν λόχους ἐπάγων τοῖς δὲ καὶ φανερώς πολεμῶν, ἐξωλόθρευσέ τε καὶ ἀπωλεία παρέδωκεν· ταύτην δέ, ὡς ἔοικεν, παρέπεμψεν εἰς ἡμᾶς. ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ αὐτῆς θεῶ πάντως μελήσει, μελήσει δὲ καὶ ἡμῖν τοῖς νύκτωρ καὶ
15 μεθ' ἡμέραν τὴν ψυχὴν δαπανῶσιν ὑπὲρ αὐτῆς.

27. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Εὐφῆμιός τις κατὰ τὴν Σικελίαν τουρμαρχῆς τελῶν παρθένον τινὸς ἤρα ἀσκητηρίοις ἐν- B
δαιτωμένης καὶ τὸ μοναχικὸν ἐκπαλαί ἀναλαβούσης σχῆμα, καὶ διὰ πολλοῦ ἐποιεῖτο τὸν αὐτοῦ ἔρωτα ἐκκληρῶσαι, τὴν παρθένον
20 λαβὼν πως εἰς γαμετήν. ἐπεὶ γοῦν παράδειγμα οὐ πόρρωθεν εἶχεν οὐ κωλύον οὐδ' ἀποτρέπον, τοῦτον δὲ τὸν Μιχαήλ (καὶ γάρ,

12 ταύτην — ὑπὲρ αὐτῆς] Constantini Porphyrogenneti verba, ut videtur. GOAR.

cruces agentes sustulerunt. hicque adeo belli illius atque praelii eventus fuit, unde ingens rei Romanae creata calamitas, non ob eam duntaxat cladem, quam tunc accepit, sed quod etiam ex illo tempore roborata multiceps hydra duraverit; quae cum ibi aliisque locis semper excindatur, aliis subinde germinat ac revirescit.

26. Secundum haec vir quidam rei militaris apprime gnarus prudentiaeque ac sagacitatis laudis non expers, cognomento Ooryphas, imperatoris iussu exercitum cogit, quadragenarium tunc appellatum, quod quadraginta aurei in singulos distributi essent. is alias quoque insulas, quas illi exiguo numero paucisque colonis tenebant, invadens, partimque locatis insidiis partim praelio congressus, Agarenos in eis internecone delevit ac sustulit. "hanc vero, de qua nobis sermo est (id est Cretam) ad nos, ut videtur, lue hac liberandam transmisit. quae porro illam spectant, omnino curabit deus: sed et nobis curae erit, quorum animos eius vindicandae sollicitudo diu noctuque divexat ac conficit."

27. Eodem tempore Euphemius quidam in Sicilia tribunus virginis cuiusdam in coenobio agentis, olimque in eo suscepto religiosae institutionis habitu merentis, amore corripitur, explendaeque libidinis ingenti desiderio copulatis cum ea nuptiis accenditur. quod vero exemplum haud procul erat, rem eiusmodi nihil vetans aut ab ea deterrens, ipse

ὡς εἶρηται, καὶ αὐτὸς τοιοῦτόν τι ἐτόλμησεν), ἀφάρπάζει τὴν παρθένον τοῦ ἀσκητηρίου καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἄκουσαν ὑπηγάγετο. ταύτης οὖν οἱ ἀδελφοὶ τῷ Μιχαὴλ προσίασι, τὰ τοῦ δράματος διηγοῦμενοι. ὁ δὲ κελεύει τῷ στρατηγῷ, εἰ οὕτως φησὶ οὖν ἔχουσαν τὴν ἀλήθειαν, τὴν ὄντα τοῦ τετοληκότος Εὐφημίου 5

C ἀποτεμεῖν κατὰ τὴν τοῦ νόμου ἀκρίβειαν. καὶ ὁ Εὐφήμιος μαθὼν δὴ ταῦτα καὶ τὴν εἰς αὐτὸν τοῦ νόμου τήρησιν καὶ τὴν βασιλικὴν ἀπειλήν, συνωμότας λαβὼν τούτους τε τοὺς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ χεῖρα καὶ τινὰς τῶν συντουρμαρχῶν, τὸν στρατηγὸν ἐπὶ τούτῳ παρα-
γινόμενον παρελαύνει ἐκεῖθεν, καὶ πρὸς τὸν Ἀφρικῆς ἀποδιδρά- 10
σκει ἀμεραμινουνη, πᾶσαν τὴν Σικελίαν ὑπ' ἐκείνῳ ποιῆσαι καθυ-
ποσχόμενος καὶ δίδοναι φόρους πολλούς, εἰ μόνον ἀναγορεύσει
τοῦτον βασιλέα καὶ τινὰ παράσχοι βοήθειαν. ἀναγορεύει γοῦν
τοῦτον βασιλέα Ῥωμαίων, καὶ χεῖρα δίδωσι πολλήν, καὶ τῆς Σι-

D κελίας ἐγκρατῆς γίνεται, παρ' αὐτοῦ τούτου λαβὼν αὐτήν, οὐ 15
τούτου μόνον ἀλλὰ καὶ ἐτέρων συνδρομῶν γενομένων ἐπὶ τῇ τοιού-
των ἀπωλείᾳ τόπων. δηλοῖ δὲ ταῦτα σαφέστατα καὶ πλατικώτε-
ρον ἢ τότε γραφεῖσα Θεογνώστῳ τῷ περὶ ὀρθογραφίας γεγραφότε
καὶ εἰς χεῖρας ἔλθοῦσα ἡμῶν, ἣν ὁ βουλόμενος μεταχειριζόμενος
τὰ καθ' ἕκαστον ἀναδιδαχθήσεται. πλὴν ὁ μὲν Εὐφήμιος μετ' 20
οὐ πολὺ ἄθλον τῆς ἀποστασίας καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀνομίας λαμβάνει
τὴν τῆς ἑαυτοῦ στέρησιν κεφαλῆς. σχῆμα γὰρ ἔχων βασιλικὸν
ἀπῆει καὶ κατὰ τὴν Συράκουσαν, καὶ δὴ ἀποθεν γένόμενος τῆς

nimirum Michael (nam et ille, uti dictum est, simile facinus nuper perpetrarat), virginem e monasterio raptam invitam ad se subducit. ad-
eunt itaque Michaelem virginis germani, gestumque scelus expostulant.
tum imperator Siciliae praetori mandat, "siquidem verum eos crimen
detulisse comperit, legis in eum rigore Euphemio nasum abscindat."
Euphemius vero ubi rescivit, secumque iure agendum reputans ac im-
peratoris iram reformidans, ascitis in coniurationem tum ei militantium
manu tum nonnullis aliis tribunis, praetorem in hoc venientem ut poe-
nas ab eo reposceret, fuga delusit, atque ad Africae amerannum con-
fugit, pollicitus omnem se illi Siciliam subiecturum ac grande tributum
soluturum, si modo is ei imperiales infulas nomenque deferret nonnullas-
que copias belli subsidio subministraret. facit ille, ac Romanorum im-
peratorem acclamat; numero quoque assignato exercitu illius ipsius opera
Siciliae compos efficitur; nec illius solummodo, sed et aliorum, qui ipsi
adiuverunt suamque pariter operam ad regionis illius defectionem con-
tulerunt. haec clarissime uberiusque exsecutus Theognostus historia
quam tunc edidit, venitque in manus nostras; is scilicet qui de ortho-
graphia librum conscripsit; ex qua possit singula plenius discere cui
libuerit. ceterum Euphemius haud ita post defectionis mercedem suae-
que praemium improbitatis capite caesus recipit. regio namque habitu
cum et Syracusas lustraret, longiusque a stipatoribus suis, quantum

ἑαυτοῦ τάξεως καὶ τῶν δορυφόρων ὡς ἀπὸ τόξου βολῆς ἐγένετο
κατὰ τὴν πόλιν, ὁμιλῶν αὐτοῖς τυραννικῶς τε καὶ βασιλικῶς. P 52
τοῦτον ὡς προσερχόμενον ἔγνωσαν δύο τινὲς ἀδελφοί, γενόμενοι
σύμπνοοι καὶ ταῦτὸν φρονήσαντες προσέρχονται τούτῳ εἰρηρικῶς,
5 τὴν προσήκουσαν βασιλεῖ τιμὴν ἀπονέμοντες. ὡς δ' Εὐφῆμιος
τὴν τε παρ' αὐτῶν ἀναγόμεναι ἀσπαστιῶς ἐδέξατο καὶ τῶν ἄλλων
κατήκουεν αὐτῶν, προσεκαλεῖτο τούτους φιλοφρόνως ἀποδώσων
τὸν ἀσπασμόν· καὶ δὴ κλίνας τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ στόμα προσε-
ρείσας τῷ στόματι ταῖς θριξὶ μὲν κατέχεται ἰσχυρῶς πρὸς ἑτέρον
10 τῶν ἀδελφῶν, ὑπὸ δὲ τοῦ ἑτέρου ἀφαιρεῖται τὴν κεφαλὴν. καὶ B
ὁ μὲν Εὐφῆμιος τοιοῦτῳ τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο.

28. Οἱ δ' Ἀγαρηνοὶ οὐ τῆς Σικελίας μόνον ἔκτοτε ἀλλὰ
καὶ Καλαβρίας καὶ Λαγγοβαρδίας ἐγένοντο ἐγκρατεῖς, πᾶσαν
κατατρέχοντες καὶ διαπορθοῦντες καὶ ἐνσκηνοῦντες ἄχρι τῆς βασι-
15 λείας τοῦ ἐν μακαρία τῇ λήξει Βασιλείου τοῦ βασιλέως. ἀλλὰ
ταῦτα μὲν ἢ ἐκείνον δηλώσει ἱστορία· ὁ δὲ Μιχαὴλ μῆνας ὀκτώ
καὶ ἕτη τῆς βασιλείας γενόμενος ἐγκρατῆς ἐννέα τὸν βίον κατέλυσε, C
τῷ δυσουρίας νοσήματι ἁλούς, ἐκ τῶν νεφρῶν λαβούσης τὴν ἀρ-
χὴν, μήτε τὴν πρὸς θεὸν καταλύσας δυσμένειαν, οἷς οὐκ ἤθελε
20 τὴν ἑαυτοῦ μορφήν δι' ἡμᾶς ἀναλαβόμενον σάρκα προσκνεῖν,
μᾶλλον δὲ καὶ τοὺς προσκνεοῦντας καθαιρῶν Μεθόδιον τε καὶ
Εὐθύμιον, περὶ ὧν εἰρήκαμεν, καὶ τὸν τῶν Ἀγαρηνῶν ἐπαυξή-
σας ἀκατάλλακτον πόλεμον, τὰ τε κατὰ Θωμαῶν καὶ τῶν Κρη-

fere est iactus sagittae, praevolans ad urbem accessisset, tyrannique ac regio fastu alloquendo cives demulceret, sic accedentem duo quidam fratres conspicati pari ambo conspiratione unoque consilio pacifice ad-eunt, convenienti pro maiestate honore eum prosequentes. Euphemius eorum lubens salutationem admittit, exque aliis eosdem titulos audit. tum viros ad se comiter vocat, ipse vicissim salutes redditurus. ergo cum caput inclinans alterius fratrum ori osculum figeret, crinibus ille apprehensum valide tenet, alter ab humeris caput amputat. ac quidem Euphemius tali mortis genere fati concessit.

28. Porro Saraceni ex eo tempore non Sicilia solum sed et Calabria et Longobardia potiti sunt, omnem eam regionem incursantes ac populantes, ad usque tempora felicitatis recordationis Basilii imperatoris illic constitutis sedibus. haec enimvero illius declarabit historia. Michael autem cum annos novem menses octo imperium tenuisset, urinae difficultate ex renum passione orta exstinctus est, cum nec infensissimum in deum odium posuisset (ea scilicet ratione, quod eius qui pro nobis carnem assumpsit effigiem adorare nollet; quin potius illius cultores abdicaret, Methodium Euphemiumque, de quibus in superioribus sermo habitus est), Agarenorum quoque implacabile bellum auxisset; ac deus ob eius nequitiam et Thomae rebellionem et Cretensium atque

ταιίων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν εἰρημένων Ἀφρικήων διὰ τὴν ἑαυτοῦ
 D κακίαν ἀποστείλαντος τοῦ Θεοῦ. ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ Δαλματία τῆς
 τῶν Ῥωμαίων ἀπέστη τότε βασιλείας, καὶ γέγονασιν ἅπαντες ἰδιο-
 ρουθμοὶ τε καὶ αὐτοκέφαλοι μέχρι τῆς τοῦ Βασιλείου τοῦ αἰοιδίμου
 βασιλείας· τότε γὰρ πάλιν οὗτοι Ῥωμαίοις καθυπετάγησαν. πε- 5
 πλήρωτο δὲ καὶ ὁ ἐπ' αὐτῷ χρησιμὸς, λέγων οὕτω,

ἀρχὴ κακῶν γε προσπείσεται τῇ χθονί,
 ὅταν κατάρξῃ τῆς Βαβυλῶνος δράκων
 δύσγλωσσος ἄρδην καὶ φιλόχρυσος λίαν.

ἐτέθη δὲ ὁ τοῦτου νεκρὸς ἐν τῷ ναῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἐν 10
 τῷ ἤρωρι Ἰουστινιανοῦ, ἐν λάρνακι πρασίῳ Θεσσαλικῇ.

P 53

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ
 ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΥΙΟΥ ΜΙΧΑΗΛ.
 Δ Ο Γ Ο Σ Γ.

Τὰ μὲν δὴ πραχθέντα Μιχαὴλ τῷ Τραυλῷ βασιλεύσαντι ἐννέα 15
 ἔτεσιν πρὸς μῆσιν ὀκτὼ ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ δεδήλωται· ὁ δὲ
 υἱὸς αὐτοῦ ἤδη Θεόφιλος ἀνδρὸς ἔχων ἡλικίαν τὴν πατρικὴν ἀρχὴν
 καὶ βασιλείαν κατὰ τὸν Ὀκτώβριον μῆνα τῆς ὀγδόης Ἰνδικτιῶνος

Africanorum, de quibus iam dictum est, Saracenorum bellum immisisset.
 sed et omnis Dalmatia sub id tempus a Romano imperio defecit, suique
 omnes iuris ac sibi capita exstiterunt, quoadusque inclitus ille Basilius
 imperium regendum suscepit: tunc enim Romanae facti sunt ditionis.
 impletum vero est quod de illo ferebatur oraculum, in hanc sen-
 tentiam.

hoc initium malorum telluri accidet,
 rerum potietur cum Babylonius draco,
 linguae imperitae, et auri cupientissimus.

cadaver eius repositum in Iustiniani monumento, ad aedem apostolorum,
 in arca ex marmore viridi Thessalico.

THEOPHILI MICHAELIS F. IMPERIUM.

LIBER III.

Michaelis Balbi gesta annis novem mensibus octo, quibus rerum potitus
 est, superiori libro a nobis exposita sunt. eius autem filius Theophilus,
 virilem iam aetatem ingressus, paternum imperium suscepit mense Octo-
 bri, indictione 8. is ferventissimum quidem iustitiae studium prae se

διεδέξατο, λόγῳ μὲν οὖν τῆς δικαιοσύνης ὡσπερ ἔμπυρος ἔραστῆς
 καλεῖσθαι βουλόμενος καὶ νόμων εἶναι φύλαξ πολιτικῶν ἀκριβής·
 τῇ δ' ἀληθείᾳ ἔξωθεν ἑαυτὸν τῶν ἐπιβουλεύοντων διατηρῶν, ὡς B
 ἂν μὴ τις κατ' αὐτοῦ τι νεανιεύσῃται, ταῦτα ὑπεκρίνετο. τὸν
 5 ἐπηρεζόμενον οὖν κίνδυνον ὑφορῶν, τοὺς τῷ πατρὶ μὲν αὐτοῦ ἐκ
 συνωμοσίας τὴν βασιλείαν παρεσχικότας, κατὰ τοῦ Λέοντος δὲ
 ἐπαναστάτας, ἅπαντας ἔγνω ὀλέθρῳ παραδοῦναι τε καὶ σφαγῇ.
 ὄθεν δόγμα ἐξέθετο ἅπαντας τοὺς τῶν βασιλικῶν ὑπολαύοντας
 φιλοτιμιῶν, προσέτι δὲ καὶ βασιλικῆς τιμῆς μετασχόντας τῆς
 10 οἴασον, κατὰ τὴν Μυγναύραν συναθροισθῆναι. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐγε-
 γόνει καὶ τοῦ προστάγματος οὐδεὶς ἐτόλμα καταφρονεῖν, τὴν τῆς P 54
 ψυχῆς τέως ὡς ἐν σκότῳ κρύψας θηριωδίαν, ἠρέμα πῶς καὶ πρᾶειά
 φωνῇ οὕτω πῶς ἔλεξεν ἐν βραχεῖ, ὡς ἐβούλετο μὲν καὶ δι' ἐπιθυ-
 μίας εἶχεν, ὁ λαὸς καὶ κληρὸς ἐμὸς, τοὺς ἀντιλαβομένους καὶ τῆς
 15 βασιλείας ὑπερμαχῆσαντας νεανικῶς ὁ ἐμὸς ἄγαν πατὴρ πολλῶν
 μὲν τιμῶν πολλῶν δὲ τούτους ἀγαθῶν ἐτέρων καταξιῶσαι τε καὶ
 γερῶν· ἀλλ' ἐπεὶ ἔφθασεν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι θάπτον ἢ εἶχε
 βουλῆς καὶ πρὸ τοῦ καιροῦ τῆς αὐτοῦ γνώμης ἔξω γέγονε τοῦ
 καιροῦ, ἵνα μὴ ἀχάριστος δόξῃ πολλοῖς, ἐμὲ οὐ τῆς βασιλείας
 20 μόνον διάδοχον ἀλλὰ καὶ τοῦ τοιούτου καλοῦ τούτοις ὑπόχρεων
 ἐγκατέλιπεν. διὸ ἕκαστος ἐκ μέσον ἀγόμενος δεικνύτω ἡμῖν ἑαυ- B
 τόν. τούτοις ὑποκλαπέντες τοῖς λόγοις καὶ συλαγωγηθέντες τὸν
 νοῦν ἑαυτὸν ἕκαστος ἀπεγύμνου καὶ πῦσιν ὠρᾷτο κατάδηλος. εὐθὺς

7 σκαφῇ P : 11 πράγματος P

ferebat, legumque civilium sedulus observator videri voluit: revera tamen
 simulatorem agebat, seque ab insidiis tutum praestare ac nulli contra se
 aliquid moliendi ansam ullam praebere satagebat. veritus ergo quod im-
 pendeat periculum, coniuratos omnes, qui imperium patri detulerant
 Leonique manus intulerant, internecioni dare constituit penitusque de-
 lere. idcirco promulgat edictum ut omnes qui regia munificentia bona
 consecuti essent, quique honores ullos aut magistratus obtinerent, ad
 Magnauram conveniant. convenerunt omnes, nec qui imperium con-
 temnere auderet ullus fuit. tunc ille dissimulata adhuc ac velut in tene-
 bris tecta mentis saevitia, leni ac placida voce, sic paucis peroravit.
 "voluit," inquit, "valdeque expetiit, vos plebs mea et hereditas, inclitae
 memoriae pater meus, eos qui opem ei tulerant ac pro adipiscendo im-
 perio fortiter decertarant, multis magnisque honoribus bonisque aliis at-
 que praemiis munerari. quoniam tamen citius quam illi constitutum erat
 vivis excessit, et ante tempus animo conceptum, eum fugit occasio: ne
 plerisque ingratus videatur, me non modo eius quod ornavit imperii
 successorem, sed et illius debiti ac gratitudinis reum dereliquit. singuli
 igitur e medio exeuntes sese nobis ostendant." his sermonibus fraudem
 sibi fieri passi deceptique miseri se ipsos singuli prodidere cunctisque

οὐν νόμῳ τῷ πολιτικῷ χρῆσθαι τὸν ὑπαρχον ἐγκελεύεται, καὶ
 “ἄγε δὴ” φησίν, “ὦ οὗτος, τούτους κατ’ ἀξίαν τῶν βεβιωμένων
 ἀμείβου, οὐ μόνον οἷς οὐκ ἔδεισαν τὸ θεῖον, αἵματι ἀνθρωπίνῳ
 μίαναντες δεξιάν, ἀλλὰ καὶ χριστὸν κυρίου βασιλέα ἀνελόντες οἱ
 ἄθλιοι.” τούτοις διέλυσε τὸν σύλλογον ἐκεῖνον τὸν πρῶτον δὴ 5
 πως καὶ θαυμαστόν· ὃν εἶπερ τις κατὰ νόμους ἔχοιτο ἐπαινεῖν,
 C ἀλλ’ οὐκ οἶδ’ εἰ στήσεται ἐγγὺς ἡμερωτάτης τε καὶ προαιτίας ψυ-
 χῆς. καὶ τούτους μὲν οὕτως πως ἕξ ἀνθρώπων ἐποίησεν, προσε-
 πιθεὶς τούτοις τὸ ἐπαινετὸν ἐκεῖνό γε καὶ καλόν, τὸ ἀπελάσαι καὶ
 πρὸς τὴν ἐν ἧ τὸ πρότερον ἀπεκάρη μονὴν Εὐφροσύνην τὴν ἐαν- 10
 τοῦ μητροιανὰ ποιῆσαι παλινοστήσαι, ἣν ἡ ἱστορία δευτέραν γαμε-
 τὴν παρέδωκε τῷ Μιχαήλ, ἐκείνων γε τῶν ἡμῖν εἰρημένων ἐκεῖσε
 χειρογράφων καὶ ὄρκων πολλῶν, οὐχ ὁσίως προαχθέντων γε καὶ
 γενομένων, ὠφελήσαντων οὐδέν. τί δὴποτε; ὅτι μὴ ἐπὶ κυρίου
 πεποιθὼς ἠγάγετο γαμετὴν (ἧ γὰρ ἂν ἔννομόν τινα, ἀλλ’ οὐ τὴν 15
 D ἤδη συνταξαμένην ἠγάγετο τῷ Χριστῷ), ἐπὶ δὲ τῇ ἐαυτοῦ θρασύ-
 τητι καὶ τοῖς ὄρκοις ἐκείνοις τοῖς εὐμεγέθεσί τε καὶ θεοῦ πάντας
 πόρρωθεν ἀποπέμψασι.

2. Καὶ τὰ πρῶτα μὲν τούτου τοιαῦτα· τὰ δ’ ἐξῆς ἀντε-
 ποιεῖτο δικαιοσύνης καὶ ἦν φοβερός τε πᾶσι τοῖς πονηροῖς καὶ 2
 θαυμαστός ἀγαθοῖς, τοῖς μὲν ὅτι μισοπόνηρός τε καὶ δίκαιος,
 τοῖς δ’ ὅτι ἐμβριθής τε καὶ αὐστηρός· πλὴν οὐκ ἦν τοῦτον πάν-

6 ἔλοιτο?

manifestos fecere. mox itaque praefectum leges civiles exsequi iubet,
 “age tu” inquit, “pro eorum vitae rationibus vicem illis redde, quod
 non solum non timuerint deum, ut humano cruore dextram foedarent,
 sed et unctum domini imperatorem miseri sustulerint.” haec locutus con-
 ventum illum primū utique et admirandum dimisit; quem si quis lau-
 daverit quasi ex legum severitate, haud scio an ad lenitatem animi-
 que mansuetudinem prope accessurus sit. ac illos quidem per hunc
 modum e medio sustulit. illud sane his laude dignum honestumque ad-
 iecit, ut nimirum Euphrosynam novercam aula expelleret ac in mona-
 sterium, ubi primum comam posuerat, reverti cogeret. fuit illa quam
 Michaelis alteram coniugem tradidit a nobis contexta historia; nec quae
 inter narrandum illic dicta sunt chirographa ac sacramenta, ipsa nihil
 sancte ac religiose facta, commodi aliquid attulerunt. cur vero non at-
 tulerunt? quod non spe in deo collocata uxorem duxerat (alioqui legi-
 timo toro copulandam duxisset, non quae iam Christo se voto obstrin-
 xisset) sed in sua audacia inque magnis illis sacramentis, et quae a deo
 omnes procul abduxere.

2. Ac quidem in eum se modum habuerunt Theophili exordia. ad
 sequentia quod attinet, iustitiae severus cultor exstitit, cunctisque malis
 sui terrorem, bonis admirationem iniecit, his quidem, quod malis infe-
 stus iustusque erat, illis, quod gravem atque austerum praeferebat. sed

των καθαρεύειν τῶν πονηρῶν. καὶ διὰ τοῦτο εἶχeto μὲν τῆς ἐπὶ
 Θεὸν καὶ τὴν τούτου πάναγον μητέρα, ὡς ἔλεγε, πίστεως, εἶχeto
 δὲ καὶ τῆς πατροπαριδότου μιαρῶς τῶν εἰκονομάχων αἰρέσεως,
 καὶ ταύτη γε δὴ τὸν εὐσεβῆ καὶ πανάγιον λαὸν ἐτάραττέ τε καὶ P 55
 5 πολυειδέσειν ἐδίδου κακώσεσι, πάντα τὸν τῆς βασιλείας αὐτοῦ χρό-
 νον ἠρεμῆσαι μὴ συγχωρήσας, οἷς οὐδὲ τὰς ἐν πολέμοις ἀνδρα-
 γαθίας καταλλήλως ἐλάμβανεν, ἀλλ' ἤττητό τε αἰεὶ καὶ οὐ κατὰ
 βασιλεία ὑπέστρεφεν.

3. Τοιγαροῦν ἐχόμενος τῆς δικαιοσύνης, οὐ μὴν δὲ καὶ
 10 τῆς πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ μητέρα πίστεώς τε καὶ προθυμίας, ἀπῆει
 ἔφιππος διὰ τῆς κατὰ τὴν μέσην πλατείας καὶ λεωφόρου πρὸς τὸν
 ἐν Βλαχέρναις Θεῖον ναὸν ἐκάστη ἑβδομάδι, ὑπὸ τῶν δορυφόρων
 παραπεμπόμενος. ἀπῆει δὲ πᾶσι μὲν, πρὸ παντὸς δὲ τοῖς ἀδικον-
 μένοις διδοὺς ἑαυτόν, ὡς ἂν ἔχοιεν τὰ αὐτῶν ἐκτραγωδεῖν ἀδική- B
 15 ματα καὶ μὴ παρὰ τινῶν κακοποιῶν κωλύοιτο ὑφορωμένων τὴν
 ἔκτισιν, δεύτερον δὲ ἵνα διὰ τὴν ἀγορὰν διερχόμενος Θεατῆς γίνοιτο
 τῶν ὠνίων· ὅθεν ἐκάστου τῶν πιπρασκομένων ὅσον πωλεῖται κατὰ
 τὴν ἀγορὰν ἠρώτα, οὐκ ἐν παρέργῳ τοῦτο ποιῶν ἀλλὰ καὶ λίαν
 ἐνεργῶς τε καὶ ἐπιμόνως, οὐδ' ἐνὶ τοῦτο εἶδει ἀλλὰ παντὶ μὲν τῷ
 20 τρέφειν ἄνθρωπον δυναμένῳ, εἴτ' οὖν ἐσθιόμενον εἴτ' οὖν καὶ
 πινόμενον, παντὶ δὲ τῷ περιθάλλειν καὶ εἰς ἀμφίσιον τελοῦντι,
 καὶ πᾶσιν ὑπλῶς τοῖς κατὰ τὴν ἀγορὰν προκειμένοις τῶν βουλομέ-
 νων ἐξωνήσει. διὰ τοι τοῦτο οὐδὲ ῥαδίως ἂν εἶδέν τις αὐτὸν ἐξ- C

17 Ἐκαστον?

non potuit omnibus vitiis carere. quamobrem fidei quidem in deum in-
 que eius castissimam matrem, uti aiebat, sancte adhaerebat: sed et im-
 purae venerabiles imagines impugnantium haeresi a maioribus acceptae
 addictus erat, eaque ratione religiosam sanctamque turbavit plebem va-
 riique generis malis afflixit, nec quandiu imperii habenas moderatus est,
 quiete eam agere permisit. unde etiam congruentem hanc a deo merce-
 dem rettulit, ut nihil praeclari facinoris in bellis ediderit, sed victus
 semper, nec ut decet imperatorem exque maiestate domum redierit.

3. Qui ergo studiosus iustitiae esset, ergaque sanctam dei matrem
 fidem suam ac alacritatem probaret, per singulas hebdomadas via publica
 stipante satellitio ad divinam Blachernensem aedem equo procedebat.
 huius autem pompae ea ratio erat, ut se omnibus, iis maxime qui ulla
 iniuria afficerentur, ipsorum auditurus querelas, in conspectum daret,
 nec ullus maleficus poenam ab eo irrogandam timens accessum prohibe-
 ret. simul etiam ut per forum equitans res venales inspiceret. omnium
 itaque in foro venalium pretium exquirebat; neque vero obiter rem
 praestabat, sed operose admodum ac morose, nec in uno duntaxat mer-
 cium genere, sed in omnibus esculentis sive etiam potulentis, vestibus
 item ac operimentis; quicquid denique in foro mercium prostabat.
 quamobrem vix unquam solenni imperatorum more pompa procedere

ελληλυθότα εἰς πρόκενσον, πολλὴν ἐνδεικνύμενον σπουδὴν πρὸς τὰ κοινὰ τε καὶ ἐπιμέλειαν νῦν μὲν ἐν κριτηρίοις, νῦν δέ, ὡς εἴρηται, κατὰ τὰς προόδους τῆς ἑβδομάδος.

4. Ὅθεν ἐπεὶ τινὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστίασιν τὰ πρὸ τῆς πόλεως ἔχοντα ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἰς ἑαυτὰ καλοῦσι τοὺς βασιλεῖς, 5 τὰ πρὸς τὴν θάλασσαν τοῦ παλατίου τείχη τῶν ἀρχαίων θεμελίων οὗτος παρεκβαλὼν, καὶ πρὸς τὰ ἡλιακά, ἔνθα πρότερον κινστήρ-
 D νης οὔσης συνέβη βασιλικὸν ἀποπνιγῆναι νίον, παραδείσους ἐργασάμενος, ἐκεῖθεν τὸ λείπον ἀνεπλήρου καὶ ἑαυτὸν ἔτερε τούτοις καὶ ἐψυχαγῶγει, ὡς τὸ εἰκός. καὶ ποτε τούτου ἐκεῖσε ἐνδιατρί- 10 βοντος, εἴτε δὴ καὶ δειπνοῦντος, ὡς λόγος, συνέβη ναῦν τινὰ μυριοφόρον ἕξ οὔριας πλέουσαν ἀναπεπτυμένους δὴ τοῖς ἰστίοις τῷ μεγέθει τὸν λιμένα κατασκιᾶσαι καὶ τὸν βασιλέα εἰς θάμβος ἐπαγαγεῖν. ἐπύθετο οὖν ἀτύκτα τίνος τε ἢ ὀκλᾶς εἶη καὶ ὅ τι φέροι τῶν ἐδωδίων. ὡς δὲ τῆς Ἀνγούστης ἤκουσεν καὶ λαθεῖν τοῦτο 15 οὐκ ἦν, τότε μὲν ἐφηνοχάσαι λέγεται καὶ διαπέμψαι τὸν καιρὸν μέχρι τῆς ἧς εἰώθει ἡμέρας κατὰ τὰς Βλαχέρνας ἵέναι. ἐπεὶ δ' ἦ τε ἡμέρα παρῆν καὶ ὁ τοῦ πλοίου ὄρμος δῆλος ὑπῆρχε τῷ βασιλεῖ ἀναμαθόντι διὰ τινος, τῆς εἰς τὸ πλοῖον φερούσης ἀπήρχετὸ
 P 56 ὁδοῦ· ἦν δὲ κατὰ τὸν Βόσπορον. καὶ ἐπεὶ περ παραγενόμενος 20 παρὰ τὴν πρύμναν ἔστη τῆς νεῶς ἀκολουθούσης τῆς τάξεως, ἠρώτα τὴν σύγκλητον οὐχ ἅπαξ δὴ μόνον ἀλλὰ καὶ δις καὶ τρίς, ὅτου

13 λιμένα Combesisus, λειμῶνα P

visus est, qui procurandae rei publicae magnam diligentiam ac curam haberet, nunc pro tribunali sedens, nunc singulis septimanis, uti dictum est, in publicum procedens.

4. Unde quia suburbana quaedam aspectu iucunda atque amoena haud raro principum animos ad se pellicunt, ipse muros palatii ad mare vergentes ab antiquis fundamentis diruens, et ad solaria (ubi prius cum lacus esset, imperatoris filium aquis suffocari contigerat) hortos faciens, inde levamen aliquod animo quaerebat, seque his, ut par est, oblectabat. illic quandoque versante Theophilo, sive etiam, ut fama est, cenante, contigit navim quandam onerariam praegrandem pansis velis, secundo vento appulsam, ingenti mole umbra portum obtegere ac imperatorem in stuporem agere. percontabatur igitur statim, cuiusnam illa esset quidve annonarum adveheret. ubi porro Augustae esse audivit, resque notior erat quam ut latere posset, tunc quidem siluisse aiunt, diemque exspectasse quo ipsi moris erat Blachernas procedere. cumque dies appetiisset, atque ubi navis statio esset ex quodam didicisset, versus eam contendit iter, ad Bosporum scilicet. veniens itaque stipatus obsequio, et ad puppim positus, senatum rogavit, neque id semel sed iterum atque tertio, num quid alicui deesset eorum quae in usum fami-

δὴ τις ἔχοι χρεῖαν τῶν ἐδωδύμων, σίτου ἢ οἴνου ἢ τινος ἄλλου τῶν
κατ' οἶκον ἀναλισκομένων. ὡς δὲ πολλάκις ἐρωτηθέντες μόλις
ἀπαξ ἀπεκρίθησαν μηδενὸς λείπεσθαι μέχρι τῆς σῆς εὐμοιροῦμεν
δεσποτείας τε καὶ βασιλείας, καὶ προστιθέντων μηδὲν εἰδέναι τῶν
5 ὧν ἐρωτώμεθα, “ἀλλ’ οὐκ ἴστε” ἔφησεν “ὅτι με ὑπὸ Θεοῦ βασι-
λέα γενόμενον ἢ Ἀγούστα καὶ σύμβιος ναύκληρόν με εἰργάσατο;
καὶ τίς πρόποτε, μετὰ πικρίας λέγων τοῦτο ψυχῆς, βασιλέα Ῥω- B
μαίων ἢ τὴν αὐτοῦ γαμετὴν ἔμπορον ἐθεάσατο;” καὶ ἐπὶ τούτῳ
ἀναπολογήτων μενόντων, ἐκέλευσεν αὐθωρὸν μόνους ἐξιόντας τοὺς
10 ἀνθρώπους τὴν ναῦν ἐκείνην παραδοῦναι πυρὶ αὐταῖς ἀγκύραις καὶ
ἰστίοις καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἀγωγίμοις, πολλὰ κατειπὼν ἕστερον
καὶ παντοίαις ἔβρεσι τὴν δέσποιναν περιβαλὼν, ὡς καὶ αὐτῆς
ἐπαπειλῆσαι ἔξυγαγεῖν τῆς ζωῆς, εἶγε δὴ ἔκτοτε τοιοῦτόν τι ποι-
οῦσα φωραθεῖη.

15 5. Ἀλλὰ πατρίδα μὲν ἢ Θεοδώρα (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῇ
Ἀγούστῃ) Παφλαγονίαν ἐπέμνηεν, καὶ χωρίον Ἐβισσαν, γεννή-
τορα δὲ Μαρίον οὐκ ἄσημόν τινα ἢ ἰδιώτην τὴν τύχην, δρουγγά-
ριον δὲ ἢ τουρμάρχην κατὰ τινος, καὶ μητέρα Θεοκτίστην τὴν οὕτω C
Φλωρίαν κατονομαζομένην, ἀμφοτέρους εὐσεβεῖα ἐντεθραμμένους
20 καὶ τὴν τῶν σεπτῶν εἰκότων προσκύνησιν οὐκ ἔξαρονμένους μὲν,
ὡς κατ’ ἐκεῖνο πάντες καιροῦ, ἀσπαζομένους δὲ καὶ ἐνστερνιζομέ-
νους ὑπερφυῶς. ἀλλ’ ἢ μὲν Θεοδώρα διαδήματι βασιλείας πάλαι

4 μηδὲ P

7 λέγω?

19 ἐκτεθραμμένους P

liae cedunt ac annonae sunt, triticum scilicet et vinum aliudve edulium. cumque saepius rogati vix tandem respondissent nullius se egere quando illo rerum domino ac imperatore feliciter gauderent, ac se penitus quo spectaret illa interrogatio nescire addidissent, “at nescitis” inquit “me, qui dei nutu ac voluntate imperator existam, ab Augusta ac coniuge naucerum factum esse?” additque indignabundus “num quis unquam imperatorem Romanum eiusve coniugem mercaturam exercere vidit?” tuncque adeo cum nemo responsum daret, egressis duntaxat viris qui in navi erant, eam confestim cum ancoris et velis, ac quicquid mercium erat, igni succendit, multum postea vituperans, nulloque non convicio dominam onerans, ac vel necem minitans, si porro eiusmodi aliquid factitare unquam deprehenderetur.

5. Ceterum Theodora (hoc enim Augustae nomen) Paphlagoniam patriam honestabat, oppidum Ebissam: parentes Marinum patrem, virum non obscurum aut privatae sortis hominem, sed qui drugarius exstiterit vel (ut aliis placet) tribunus: matrem habuit Theoctistam cognomento Florinam, ambos piis moribus rectaque in fide educatos, ac qui venerabilium imaginum cultum, pro omnium eius aetatis hominum genio atque haeresi, minime abnegassent, sed ardentissimo eas studio oris manusque et sinus amplexu venerarentur. porro Theodora regia pridem ex impe-

δὴ κατέσπετο, καὶ ἡ αὐτῆς μήτηρ Θεοκτίστη ζῶστί τε καὶ πατρι-
κία τετίμητο. αὕτη δὴ οὖν ἡ Θεοκτίστη κατὰ τὸν ἑαυτῆς οἶκον,
ἐνθα δὴ ἡ τῶν Γαστριῶν μονὴ τὴν πῆξιν ἔχει τὰ νῦν καὶ ἴδρουσιν
D (ἣν δὲ τοῦτον ἐξ ἐκείνου τοῦ πατρικίου ἐξωνησαμένη Νικήτα),
τὰς τῆς Θεοδώρας θυγατέρας μετακαλουμένη (πέντε δὲ ἦσαν τὸν 5
ἀριθμόν, ἡ τε Θέκλα καὶ Ἄννα Ἀναστασία τε καὶ Πουλχερία καὶ
ἡ Μαρία) ἄλλαις τε δωρεαῖς αἷς ὑπάγεσθαι τὸ θῆλυ πέφυκεν
ἐδεξιοῦτο, καὶ ἰδίᾳ παραλαμβάνουσα οὐ μαλακίζεσθαι οὐδὲ μένειν
θηλείας ὅπερ ἦσαν ἐξελιπάροι καὶ καθικέτενεν, ἀνδρίζεσθαι δὲ καὶ
τῆς μητρῴας θηλῆς ἄξια διανοεῖσθαι καὶ πρόποντα, τὴν πατριῶν 1
μὲν αἴρεσιν ἀπορριπιζομένης, καταφιλούσας δὲ καὶ κατασπαζο-
μένης τὰς τῶν σεπτῶν εἰκόνων μορφάς. καὶ ἅμα ταύτας εἰς χεῖ-
ρας ἐμβάλλονσα (ἐφυλάττοντο δὲ αὐτῇ ἐν τινι κιβωτίῳ), τῷ
P 57 προσώπῳ καὶ τοῖς χεῖλεσιν ἐπιτιθεμένη ἠγίαζέν τε αὐτὰς καὶ πρὸς
τὸ ἐκείνων φίλτρον διήγειρεν. τοῦτο οὖν ἐνδελεχῶς ποιοῦσα καὶ 1
ταῖς ἐγγόνοις τὸ περὶ τὰς εἰκόνας φίλτρον ἀναζωπυροῦσα οὐκ ἔλα-
θε τὸν Θεόφιλον, πυνθανόμενον "ὄ τι τε αὐταῖς παρὰ τῆς μᾶμ-
μης δεδωρόηται καὶ ὅ τι χάριτος ἐξείργασται ἄξιον. αἱ μὲν γὰρ
ἄλλαι τούτου τὰς πεύσεις ἀγαθὰ φρονοῦσαι ὡσπερ τινὲς λαβὰς
ἐρρωμένως παρέτρεχον· ἡ δὲ Πουλχερία ἅτε ἠλικία καὶ νῶ νηπιᾶ-2
ζουσα τὰς τε φιλοφροσύνας ἔλεγε καὶ τὸ πλήθος τῶν ὀπωρῶν,
συνηρίθμει δὲ καὶ τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησιν, οὕτω δὴ
B ἄπαλὰ φρονοῦσα καὶ λέγουσα ὡς νινία πολλὰ εἶη αὐτῇ κατὰ τὸ

ratorum more corona donata, mater quoque Theoctista zostae quam vo-
cant (id est cingulo donatae) ac patriciae dignitatem consecuta erat. ibi
itaque Theoctista in domum suam, quam eo loco sitam habebat ubi
modo Gastriorum exstructum monasterium est, exque Niceta patricio
emerat, Theodoraе filias invitans (quinque illae numero erant, Thecla
et Anna Anastasiaque et Pulcheria et Maria) cum aliis munusculis, qui-
bus demulceri hic sexus solet, blandiebatur, tum seorsum assumens hor-
tabatur ut supra sexum suum saperent animosque viriles ac materno
lacte dignos assumerent, abominantes paternam haeresim sacrasque ve-
nerabilium imaginum amplexantes ac exosculantes effigies; simulque in
manus assumens, quippe quas in cista quadam repositas habebat, vultui
labiisque admovens puellas sanctificabat, inque earum amorem illas ex-
citabat. hoc illa cum identidem factitaret, ardensque erga imagines de-
siderium neptibus frequens accenderet, non fefellit res Theophilum. is
enim aliquando cum filias interrogaret quid ex avia munus accepis-
sent, quidve humanioris officii blanditiarumque in eas collatum esset,
reliquis interrogationem eius tanquam muscipulam solerti animo constan-
ter declinantibus, Pulcheria non magis aetate quam sensu immatura,
quam blande tractatae essent referre, ac quam variis pomis donatae,
unaque venerabilium imaginum venerationem adiungere, atque ita rem

κιβώτιον καὶ ταῦτα τῇ κεφαλῇ τε καὶ τοῖς προσώποις ἐπιτίθησι
 μετὰ τὰ φιλήματα. ταῦτα γοῦν τὸν βασιλέα εἰς μανίαν ἤγγεν ὑπο-
 λαλούμενα. ἀλλὰ προῦσαι μὲν τι τῶν δριμυτέρων ἢ πικροτέρων
 εἰς αὐτὴν ἐκώλυε τοῦτον τό τε τῆς γυναικὸς αἰδέσιμον καὶ ἡ εὐλά-
 5 βεια, καὶ ἡ παρορησία δὲ πρὸς τούτοις οὐκ ἔλαττον (καὶ γὰρ ἦν
 τοῦτον ἀριδύλως σκώπτουσα καὶ διελέγχουσα ἐπὶ τε τοῖς καθ' ἡμέραν τῶν ὁμολογητῶν διαγωμοῖς καὶ τῇ δηλωθείσῃ αἰρέσει, καὶ
 μόνῃ μικροῦ φανεράν ποιοῦσα τὴν πρὸς αὐτὸν τῶν πάντων ἀπέ-
 χθειαν), ἀπέτειμεν δὲ μόνον τὴν πρὸς αὐτὴν τῶν τούτου θυγατέ-
 10 ρων ἄφιξιν, καὶ διεκώλυε γίνεσθαι συνεχῆ.

6. Τούτοις ἀδελφὰ καὶ τῇ βασιλίδι Θεοδώρᾳ συμβέβη- C
 κεν. ὑπῆρχέ τι τῷ βασιλεῖ πυρακεχομμένον ἀνδράριον, τοῦ Ὀμη-
 ρικοῦ Θερασίτου διεννηροχὸς κατ' οὐδέν. Δένδρις ὄνομα τούτῳ,
 ἄσημά τε φθεγγόμενος καὶ γέλωτας κινῶν καὶ θυμηδίας ἔνεκεν
 15 τοῖς βασιλείοις ἐνδιατῶμενος. οὗτος γοῦν εἰσπηδήσας ποτὲ κατὰ
 τὸν τῆς βασιλίσσης κοιτωνίσκον κατέλαβεν αὐτὴν θείας εἰκόνας
 περιειλημμένην καὶ τοῖς ἑαυτῆς ὄμμασιν μετὰ σπουδῆς προσάγου-
 σαν. ταύτας ὑπ' ὄψιν ἰδὼν οὗτος ὁ παραπαίων τί τε εἰσὶν ἐπυ-
 θάνετο, καὶ πλησιέστερον διέβαινεν. ἡ δὲ "τὰ καλὰ μου" ἔφησεν
 20 οὕτως ἄγροικικῶς "νινία· καὶ ἀγαπῶ ταῦτα πολλά." κατὰ τὴν
 τράπεζαν ἡνικαῦτα εἰσιτιάτο ὁ βασιλεύς, καὶ δὴ πρὸς αὐτὸν εὐ- D
 θὺς διαβάντος ἤρετο αὐτὸν ὅποι ποτὲ ἐτύγγανεν ὦν. ὁ δὲ παρὰ
 τὴν μάναν ἔφησεν εἶναι, τὴν Θεοδώραν οὕτω λέγων, καὶ θεάσα-
 σθαι ἐν αὐτῇ καλὰ νινία τοῦ προσκεφαλαίου ἐξαίρουσαν. συνῆκεν

simplici sensu verbisque narrare, plures illi in arca esse puppas, quas osculata vultui orique admoveret. ob quae furore percitus imperator est: ne quid tamen durius in socrum statueret, obstitit mulieris tum reverentia tum probitas ac religio. nec praeterea eius minor erat loquendi arguendique fiducia. etenim genero palam exprobrabat, ac propter quotidianas confessorum persecutiones eum arguebat; sola denique fere omnium in eum odia ipsi patefaciebat. unum duntaxat, ne aviam in posterum adirent, aut certe ne sic crebro, illis interdixit.

6. Geminum fere est quod Augustae obtigit. alebatur in aula delirus pumilio et Homericus Thersitae persimilis, Denderis nomine, impeditae linguae, risum movere aptus, ioci duntaxat causa in regiam adhibitus. is quandoque in Augustae sacrum cubiculum subito irrumpens ipsam sacras osculantem imagines easque oculis devote adhibentem offendit. has coram delirio homo intuitus interrogat quidnam essent, propiusque visurus accedit. ad quem Augusta, ita subrustice, "meae sunt pulcras puppae, quas valde diligo." imperator tum mensae accumbebat; vidensque hominem ad se propere venientem, ex eo quaesivit ubinam fuisset. respondet ille apud manam (sic Theodoram appellans), vidissetque illam ex pulvinari pulcras puppas proferentem. intellexit itaque imperator,

οὖν ὁ βασιλεὺς, καὶ πλήρης ὀργῆς γεγονώς, ὡς ἔξαιέστη τῆς τραπέζης, πρὸς αὐτὴν ἀπῆει, ἄλλαις τε πολλαῖς ὑβρισταῖς αὐτὴν ἐπαντλῶν καὶ εἰδώλων λάτρην ἀκολάστῳ γλώττῃ αὐτὴν ἀποκαλῶν, καὶ ἅμα διεξῆει τοὺς λόγους τοῦ παραπαίοντος. ἡ δὲ τέως μὲν τὸν θυμὸν καταστορεννύουσα “οὐ τοῦτό ἐστιν” ἔξ ἑτοίμου ἔλεγεν,

- P 58 ὦ βασιλεῦ, οὐ τοῦτο, ὡς ὑπείληφας σύ· τῷ δὲ κατόπτρῳ μου ἤμην ἀτενίζουσα μετὰ τῶν θεραπευαίνων, καὶ τὰς ἐκεῖσε τικτομένης ἰδὼν ὁ Δένδρις μορφὰς ἐλθῶν ἀπήγγειλεν ἀφρόνως τῷ δεσπότη καὶ βασιλεῖ.” οὕτω μὲν οὖν ἐκείνου τέως κατέσβεσε τὸν θυμὸν· τὸν Δένδριν δὲ μετ’ οὐ πολλὰς ἡμέρας παιδεία καθυποβάλλουσα πέπεικε σωφρονεῖν, οὕτω πως λέγουσα ὡς μήποτε λέγειν περὶ τῶν καλῶν νινίων τί. καὶ ποτε παρὰ πότον ἐγκανχῶμενος καὶ τῆς δεσποίνης κατεπαιρόμενος ὁ Θεόφιλος ἠρώτα τοῦτον περὶ αὐτῆς, εἰ πάλιν ἄρα τὰ καλά νινία ἢ μᾶνα ἀσπάζεται. ὁ δὲ τοῖς χεῖλεσι τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐπιθεῖς καὶ τῇ ἀριστερᾷ τῶν ὑπισθεν με-
B ρῶν λαβόμενος “σῆγα, σῆγα περὶ τῶν νινίων” ἀντέφησεν, “βασιλεῦ.” ταῦτα μὲν οὕτω.

7. Καὶ τινος δὲ κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθίζομένου, χεῖρά τε νεανικὴν καὶ ἵππον ἔχοντος δεξιόν, συνέβη τούτου δὴ τὸν στρατηγόν, ὅφ’ ὄν ἐτέλει ὁ στρατιώτης, ἠρώτα κατασχεθῆναι τοῦ ἵππου, ὅφ’ οὗ ὁ ἄνθρωπος σέσωστο καὶ πολλάκις ἐκ θανάτου ἐρέτο. ἐπεὶ γοῦν τοῦτον πολλάκις ἔξαιτησάμενος πᾶσι τε τρόποις καὶ χάρισι (καὶ γὰρ ὑπισχεῖτο πολλὰ διδόναι τῷ ἀνθρώπῳ) ἀπέτυχε τῆς αἰτήσεως, ἤγε δὲ καὶ βίαν ὁ στρατηγὸς καὶ οὐδ’ οὕτως εἶχε

plenusque ira, ut e mensa surrexit, ad eam vadit, multisque aliis conviciis compluens etiam idololatram effreni ore appellavit, deliri hominis sermones simul referens. at illa, mariti interim iram leniens, responso in promptu quaesito “non ita est” inquit “o imperator, non ita est ut tu suspicaris: sed cum in speculum una cum ancillis oculos ipsa intenderem, resultantes in eo formas contuitus Denderis, pictas imagines esse veniens domino ac imperatori insipienter nuntiavit.” sic itaque eius interim iras exstinxit: Denderin vero paucis abhinc diebus castigans sapere deinceps docuit, ita insinuans “cave unquam de pulcris puppis ulli loquaris.” adeoque cum Theophilus aliquando a potu iactabundus adversusque Augustam sese efferens de ea illum interrogaret, num iterum mana pulcras puppas exoscularetur, Denderis dextra manu ori imposita, ac sinistra posteriora tenens, “tace, tace de puppis,” inquit, “o imperator.” atque haec ita gesta sunt.

 τοῖς ποσὶν ὑπετίθουν αὐτοῦ, δάκρυνσι βρεχόμενοι παρειάς. ἀλλ'
 5 ὁ Θεόφιλος τρωθεὶς ἐκείνων μᾶλλον αὐτοῦ τὴν ψυχὴν τῷ παρα-
 δόξῳ τοῦ πράγματος, "εἰ ἐγώ" φησί "σέσωσμαι ἐκ θεοῦ, σωθή-
 σεσθε καὶ ὑμεῖς ἀγωνιζόμενοι κατὰ τῶν ἐχθρῶν."

Τοῦτο οὖν τὸ παρὰ ἐχθρῶν στρατήγημα καὶ ἡ νυκτερινή
 πῶς λαλιὰ τῶν Περσῶν, ταυτὸν δὲ καὶ σπονδὴ εἶπειν, τοῖς μὲν
 10 Θεοφόβου ἐχθροῖς καὶ θάνατον ψηφίζομένοις αὐτοῦ δευτέρα τις
 γέγονεν αἰτία καὶ ἀφορμὴ εὐκαιρος εἰς διαβολήν, (33) τῷ δ' ἀμε-
 ραμονονῆ ἀκηκούτι νίκης οὐ μικρᾶς καὶ κατὰ τοῦ Ἀμορίου κατα-
 δρομῆ. ἦντω γοῦν κατὰ τὴν τοῦ βασιλέως πατρίδα ἀμφότερον C
 τὰ στρατόπεδα, αὐτοῦ τε τοῦ ἀμεραμονονῆ καὶ τοῦτο δὴ τὸ προ-
 15 πολεμῆσαν σφοδρῶς τοῦ νιού, καὶ χάρακα περιέβαλλον καὶ τῆς
 πολιορκίας ἀπῆρχοντο. καὶ τέως ἀπόπειραν ἐποίει ἀποστραφεῖς
 κατὰ Δορύλαιον ὁ Θεόφιλος τοῦ δώροις αὐτὸν ἐκεῖθεν ἀποστῆσαι
 καὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα ποιῆσαι παλινοστῆσαι. ἀλλ' οὐ πείθεται,
 ἐνδομυχοῦσαν φέρων τὴν τῆς πατρίδος αὐτοῦ ἄλωσίν τε καὶ πόρ-
 20 θησιν. μᾶλλον μὲν οὖν ἔξουθένει καὶ ἀνδράποδον ἐκάλει τε καὶ
 δειλόν, μυκτηρίζων καὶ διακωμωδῶν οἷς οὐ πρὸ τούτου τούτῳ ἀλλὰ
 νῦν ἐπὶ ξυροῦ ἐστῶτι ἐπέιθετο. εἶχε μὲν οὖν καὶ τοὺς ἀποσταλέντας D

cum ad Chiliococomum evasisset, quos desertis ordinibus terga dedisse
 duces commemoravimus, occurrentes indignos se vita profitebantur, qui
 imperatorem in pugna prodidissent; iamque suis ipsi gladiis pectora
 nudabant, atque ad eius se pedes oppleti lacrimis provolvebant. verum
 Theophilus, inaudito rei spectaculo prae illis animo saucius, "cum ego
 divina ope" inquit "incolumis evaserim, evadetis et vos, si cum hoste
 fortiter pugnaveritis."

Hoc ergo hostium stratagemata Persarumque noctu cum eis collocutio
 (idemque est ac si foedus dicas) Theophobi inimicis eiusque necem
 machinantibus altera ad calumniam ac opportuna occasio fuit. (33) porro
 ameramnones audita suorum non levi victoria, nihil iam cunctatus Amo-
 rium aggreditur. coniuncti itaque ad Theophili patriam ambo exercitus,
 ipsius scilicet ameramnunae et filii, qui iam fortiter dimicaverat, vallo-
 que ducto coepta obsidio est. interim imperator Dorylaeum reversus
 ameramnunae animum muneribus tentabat, num his delinitum ab expedi-
 tione revocare posset et ad sua remittere. haud vero ille paret, alto
 pectore dirutae patriae ac vastatae iniuriam ferens. quin immo lega-
 tionem spernit, mancipium vocat ac ignavam, graviterque subsannat ac
 ludibrio habet, quod non ante ipsi morem gesserit, sed modo cum in
 novaculae acie res posita sit. retinet vero etiam quos ille legatos mise-

πρέσβεις αὐτόθι που, τῶν δρωμένων ἐπόπτις καὶ μάρτυρας.
 (34) καὶ δὴ χρόνον παρωχηκότος διέφυγεν ἂν ἡ πόλις τὸν ὕλε-
 θρον, τῷ πᾶσαν ἰδέαν πολιορκίας τῶν μὲν ἐνδεικνύοντων τῶν δὲ
 καταβαλλόντων, καὶ πολλῶν ἀνηρημένων ἐξ ἀμφοτέρων ἀνδρῶν,
 τῶν μὲν ἀμυνομένων τῶν δὲ πολιορκούντων, ἀπράκτων δὲ τέως 5
 μενόντων τῶν Ἀγαρηῶν καὶ τῆς πολλῆς ὀφρούς κατασπωμένον
 τῷ πλήθος ἀνηρηθῆσαι λαοῦ. καὶ γὰρ ὡσεὶ χιλιάδες ἐβδομήκοντα
 P 81 ἐκλειοπότες εὐρέθησαν μετὰ τὴν ἄλωσιν ἀριθμούμενοι. ἀλλ'
 οὐκ ἦν παρελθεῖν τὴν ἐκ θεοῦ μάχαιραν ἠπειλημένην ἄνωθεν, οἷς
 ὑβρίζετο. τὸ θεῖον αὐξανομένης δὴ τῆς αἰρέσεως. διὰ τοῦτο ἀνὴρ 10
 τις τῶν ὑποβεβηκότων (Βοϊδίτζης οὗτος ἐκαλεῖτο ὁ ἄθλιος) μέλ-
 λουσιν ἤδη πως ἀναχωρεῖν καὶ πρὸς τὴν οἰκίαν μετ' αἰσχύνης
 παλινστεῖν "τί" φησὶν, "ὦ οὔτοι," γράμματα διὰ βέλῶν πεπομ-
 φῶς, "τοσοῦτον τεταλαιπωρηκότες μέλλετε ἀποφοιτῶν, κεκηκό-
 τες ἄπρακτα καὶ πεπονηκότες; ἔλθετε τοιγαροῦν κατὰ τοὺς πύρ- 15
 γους ἐκείνους, ἔνθα μὲν βοῖδιον ἄνωθεν λίθινον ἔξωθεν δὲ λέων
 B ἐκ μαρμάρου ἐφίσταται· κἀκεῖσέ μοι περιτυχόντες, τὰ ὑμέτερα
 δηλαδὴ φρονοῦντά τε καὶ διευθετοῦντα, καὶ ἄλλως ἀσθενεστέρων
 πεφυκότων ἔνθα δὴ τῶν ἐπάλλεων, ἐγκρατεῖς τε τῶν ἔσω γενή-
 σεσθε καὶ ἐμὲ πολλοῦ ἄξιον κρίνετε." ἦλθον κατὰ τὸν λόγον 20
 ἐκείνου, καὶ εἰσῆλθον ἅμα τῇ προσβολῇ, παίοντες καὶ τιτρώσκον-
 τες τοὺς καταλαμβανομένους. οὐκ ἦν δὲ ὅστις τῶν ἀποθνησκόν-

2 δὴ] τοι?

rat, quos ipsis oculis rerum inspectores ac testes adhiberet. (34) ac vero tempore praelabente evasisset urbs quoque excidium, dum hi nullam non machinam adhibent, quibus urbes expugnari solent, illi fortiter depellunt; multique desiderati, dum sic pugnaci contentione utrinque certatur. hactenusque Agareni irrito conatu laborant, multisque suorum peremptis ac longe diminuto ipsorum exercitu altos illos animos ponunt: ad septuaginta enim milia, censu habito, post captam urbem inventa illis desiderari. verum fieri non poterat ut transiret quem deus caelitus gladium intentaverat, ob contumelias quibus haeresi in dies augescente ab eis excipiebatur. idcirco plebeius quidam exque populi faece (Boiditzes misello nomen erat) illis iam recessuris et cum probro ad sua reversuris, inter missilia iactis literis, ita suggessit. "quid vos, amici, tantis exantlatis laboribus, re infecta aerumnis confecti recessuri estis? venite ergo ad eas turres, ubi superne lapideus bubulus, foris vero leo marmoreus impositus est, meque ibi invenientes, qui eadem vobiscum sentiam ac religionis cultu coniunctus existam; ac cum alioqui ea in parte imbecilliora sint propugnacula, compotes urbis efficiemini ac me plurimum coletis." veniunt itaque ut praemoniti erant, moxque aggressi ingrediuntur, trucidantes ac vulnerantes, si quos obviam habebant. qui

των οὐκ ἦν. πάντες δὲ ἀνηροῦντο καὶ ἔπιπτον ποταμοὺς κινου-
 ντες ἕξ αἵματος. οὕτω μὲν οὖν αἰρεῖται τὸ Ἀμόριον καὶ χερσὶν
 ἀνόμων ἀνομιωτέως προδίδεται, ἐκείνων μόνον ζώντων τῶν μέχρι
 τοῦ Βαγδάδ παραπεμφθέντων, τῶν κατὰ τὰ θέματα τελούντων
 5 μεισιτάων τε καὶ κραταιότερων ἀνδρῶν, οἷς καὶ οἱ μὲν μάρτυρες C
 συνηριθμητο. οἱ δ' ἄλλοι ἅπαντες μαχαίρας πολεμικῆς ἐγίνοντο
 τρόπαιον. οὐδὲ γὰρ οὐδ' οὕτως ἔπεισε τὸν ἐχθρὸν ὁ Θεόφιλος
 πρέσβεις δευτέρους ἀποστείλας, ἐπὶ κεντηναριοῖς διακοσίαις ἕξω-
 νήσασθαι τε καὶ τῶν ἐχθρῶν λυτρώσασθαι τὸν αἰχμάλωτον λαόν,
 10 εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τοὺς γε τέως πρὸς γένος αὐτῶ πλησιάζοντας καὶ
 ἐπὶ συμμαχίαν αὐτῶ ἀποσταλέντας ἐκεῖ. ἀλλὰ μέγα μὲν οὖν
 γαυριῶν μέγα δὲ γε φουσῶν ἐκείνους τε τοὺς πρώτους καὶ τοὺς
 δευτέρους τούτους ἀνταπέστειλε πρέσβεις, καταμωκώμενός τε καὶ
 πλύνων ὕβρισι, “ τοσοῦτοις μόνοις ” φάσκων “ ἕξωνήσασθαι βού- D
 15 λησθε κεντηναριοῖς, ἔνθα τῶν χιλίων μέχρι φιλοτιμίας ἕνεκα καὶ
 δωρεῆς ὑμῖν κατανάλωται; ” οἷς καὶ τὴν καρδίαν παθῶν ὁ Θεό-
 φιλος, καὶ ὡσπερ ὑπὸ πυρός τινος ἀναζέων ἢ ἐλανόμενος, ἔδειτο
 τοῦ περιφύχοντος ὕδατος ἐκ χιόνος προσφερομένου. γλιαροῦ δὲ
 πως τῶ τῆς καρδίας καύσωνι δοκοῦντος, συνέβη κάκεινον ἕξ ἐκεί-
 20 νης τῆς πόσεως δυσεντερίας νόσῳ περιληφθῆναι καὶ ἄκοντα, καὶ
 τῆ νόσῳ ταύτῃ τοῦ γενέσθαι ἐκτός. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸ Ἀμόριον
 οὕτως.

10 γένους?

necem effugeret, nullus erat. caedebantur et cadebant omnes, ac cruo-
 ris rivi late difflebant. sic itaque captum Amorium, maioriq̄ scelere
 ac improbitate impiorum manibus proditum. illi tantum mortem effuge-
 runt, qui Bagdad usque missi sunt, viri scilicet per themata ac legio-
 nes proceres fortissimique, quibus etiam connumerati sunt quadraginta
 duo martyres. reliqui omnes hostili gladio perempti sunt. nam nec
 secundis missis legatis, qui ducentis centenariis eos qui bello capti essent
 de exercitu ab hostibus essent redempturi, barbari animum Theophilus
 ullatenus inflexit; nec modo alios, sed ne eos quidem licuit liberare qui
 se affinitate contingerent illucque suppetias ab ipso missi essent. verum
 ille immensum glorians, fastuq̄ tumens ac superbiens, utrosque tam
 primos quam secundos legatos proluxe derisōs probrisque onustos ac
 complutos remisit, hoc unum adiiciens: “ num tam paucis centenariis
 vultis redimere, qui munificentiae ac liberalitatis ostentandae causa ad
 mille usque centenaria expendistis? ” ex his Theophilus cordis dolore
 affectus, ac velut igni quodam exaestuans, aquam ex nive expressam
 sibi afferri postulavit; quae in tanto illo pectoris aestu cum prope tepida
 illi videretur, imprudens dysenteriae morbo ex illa potione corripitur,
 eaque aegritudine moritur. hactenus ea quae spectant ad Amorium.

35. Κατὰ δὲ τὴν οἰκίαν χώραν παλινδρομήσας ὁ Ἄγα-
 ρηνὸς τοὺς εἰρημένους ἀρχηγούς ἐν φρουρᾷ τινὶ σκοτεινῇ τῷ ξύλῳ
 P 82 ἀσφαλισόμενος καθεῖρξεν, βραχεῖ τινὶ ὕδατι καὶ ἄρτῳ τούτους
 ἐντελάμενος ἀποζῆν. ἐν τοσοῦτῳ δὲ σκότει ἀσφαλείᾳ κατείχοντο
 ὡς μήτε κατὰ τὴν σταθερὰν μεσημβρίαν μικρὸν τι ἀγιάζεσθαι, 5
 ἀλλ' ἢ τῇ ἀλλήλων φωνῇ γινώσκεσθαι τε μόνῃ καὶ μόνων τῶν
 φυλάκων ἀπολαύειν, τῶν ἄλλων στερουμένους ἀνθρώπων, καὶ ὡς
 ἐν ἐρημίᾳ βαθυτάτῃ διάγειν. τούτοις τοῖς δεινοῖς ἐπὶ ἑπτὰ ὄλοις
 ἔτεσι προσεκαρτέρησαν. ἄρτι δὲ κατὰ τὴν πέμπτην τοῦ Μαρτίου
 μηνὸς ὁ τὸ Ἀμόριόν τε προδοὺς καὶ τὸν Χριστὸν ἀρησάμενος 10
 Βοϊδίτζης κατὰ τὴν φυλακὴν γενόμενος, Κωνσταντῖνον ἄνδρα
 φρόνιμον καὶ σοφίᾳ ἐντεθραμμένον φωνήσας (Κωνσταντῖνος δὲ
 Β οὔτος ἦν ὑπηρειῶν τῷ πατρικίῳ κατὰ τὴν ἐν λόγῳ γραφήν), οὐ
 χρήζειν ἔφη τινὰ τῶν ἐντὸς παρεῖναι σοὶ καὶ τῶν ἐμῶν τυγχάνειν
 μυστηρίων ἀκροατήν. ὡς δ' οὐδένα παρεῖναι ὁ Κωνσταντῖνος 15
 καθωμολόγει, “ ἄγε μοι ” ἔφησεν, “ ὦ φιλιτάτῃ καὶ γλυκεῖα ψυχῇ
 (γινώσκεις γὰρ τὸν ἀρχῆθεν πόθον σου συμφύεοντα μοι), βουλή-
 θητι μετὰ τοῦ πατρικίου τῷ πρωτοσυμβούλῳ συνεύξασθαι καὶ
 μαγαρίσαι τὴν αὔριον, ἵνα μὴ παρανάλωμα γίνῃσθε μαχαίρας καὶ
 αἰκισμῶν. τοῦτο γὰρ αὐτῷ διὰ σπουδῆς ἔχοντι καὶ μελετῶντι 20
 C γοῦν αὐτῷ μὲν κατὰ τὸ φανερὸν συνεύξασθαι, θεῷ δὲ τὰ κρυπτά

35. Agareus porro ad suam regionem reversus, quos diximus pro-
 ceteres compedibus vinctos in tenebricoso quodam ergastulo inclusit, brevi
 aqua ac pane vitam sustentare iubens. tantis vero obsitus tenebris locus
 erat sicque arta tenebantur custodia, ut nec alto meridie lucis quic-
 quam eis splendesceret. una vox erat, qua alter alterum dignoscant:
 nulla eis cum aliquo, praeterquam cum custodibus, consuetudo: cum aliis
 penitus sublata; nec aliter quam in altissima eremo vitam agebant.
 tantis malis ad annos septem conflictati sunt. iam autem quinta martii
 Amorii proditor et a Christo apostata, Boiditzes, in carcerem veniens,
 vocato Constantino viro prudente et sapientiae studiis educato (hic
 namque Constantinus, ut historiae monumenta testantur, Patricio mini-
 strabat in scribendis literis), “haud” inquit “opus est quenquam tecum
 intus esse, eaque audire quae tibi secreto commissurus sum.” cumque
 Constantinus neminem adesse affirmasset, “age” inquit “carissima mihi
 ac dulcissima anima: scis enim quo te pridem desiderio medullitus prose-
 quar. ne, quaeso, renuas in crastinum, adiuncto tibi Patricio, una cum
 protosymbulo comprecari ac Saracenorum more caeremoniari, ne utrum-
 que gladio ac verberibus confici contingat. cum enim id ille imprimis
 velit ac molliatur, operae pretium putavi ut tanquam fido amico rem
 tibi manifestam facerem. velis ergo in manifesto una cum illo vota red-
 dere oreque tenus orare: deo autem, qui occulta scrutatur, intus animo

ἐτάζοντι πίστετε κατὰ ψυχὴν, καὶ τῆς αὐτοῦ οὐχ ἁμαρτήσετε αἰ-
 νίου ζωῆς.” τούτοις οὐ μαλακισθεὶς μηδὲ φρεναπατηθεὶς ὁ ἀήτ-
 τητος “ ἀπόστηθι ” ἔφη “ ἀπ’ ἐμοῦ, ἐργάτα τῆς ἀνομίας, ἀπό-
 στηθι.” καὶ ἅμα τῷ λόγῳ ἀπεφοίτησεν, διηγησάμενος ἰδίᾳ τῷ
 5 πατρικίῳ τῶν λεχθέντων μὲν οὐδὲν φανερόν, ἵνα μὴ τις δειλαν-
 δρίας ἐναποτεχθῆ αὐτῷ λογισμός, μόνον δὲ ὅτι θανάτου ψῆφος
 ἐς αἴριον καθ’ ἡμῶν ἐξενήρεκται. εὐχαρίστησεν ἐπὶ τούτοις τῷ
 Θεῷ ὁ πατρικίος, καὶ διαθέμενος τὰ κατ’ αὐτὸν διὰ Κωνσταντί-
 νου τοὺς συμπαρόντας ἅπαντας εἰς πάννηχον ὑμνωδίαν ἀνίστησιν. **D**
 10 (36) ἔωθεν δὲ μετὰ σοβαρᾶς τις φαντασίας ἄρχων ἐξεληλυθὼς
 τοὺς προεξάρχοντας μόνους τῶν ἄλλων ἐξελθεῖν ἐπιτρέπει. καὶ
 δὴ ἐξίασιν ἄνδρες δύο καὶ τεσσαράκοντα, καὶ εὐθύς κλεισθῆναι
 προστάττει τὴν φυλακὴν. ἠρώτα γοῦν πόσον ἔτος αὐτοῖς ἐστὶν
 κατὰ τὴν φρουράν, καὶ ἄλλας ἐκίνει βαττολογίας, κατηκόους τού-
 15 τους βουλόμενος τῶν αὐτοῦ ποιῆσαι φλυαριῶν. ἀλλ’ οὗτοι τό τε
 ἔτος ἀποκριθέντες, ὡς ἕβδομον, καὶ πρὸς τοὺς ἐκείνων ἐκ τῆς
 θείας γραφῆς ῥωμαλέως καὶ μετὰ γενναίας ψυχῆς ἀντιταχθέντες
 λόγους, τὴν ἐπὶ θάνατον φέρουσαν κατεκρίθησαν. ὡς δὲ κατὰ **P 83**
 τὸν Εὐφράτην ἐγένοντο, καὶ περὶ αὐτὸν ἡ πόλις αὐτῶν ὑποδόμη-
 20 ται Σάμαρα, ἐλέγχειν ἐπειρᾶτο τὸν Κρατερὸν Θεόδωρον ὁ ἀλιτή-
 ριος, εἴ πως ἀλλὰ τούτῳ γε πείσει τὸν θάνατον ἐξαρονήσασθαι.
 καὶ “ πῶς ” ἔφη “ σὺ Θεόδωρε παρρησιαζόμενος διὰ θανάτου φοι-
 τῶν ἐλπίζεις πρὸς Θεόν, οὗ τὰς σωτηρίας, ὡς φατέ, οὐκ ἠγάπησας

crede; nec ab aeterna, cuius ille auctor est ac qua muneratur, vita ex-
 cidetis.” his nihil emollitus aut mente deceptus invictus pugil “discede
 a me” inquit, “operarie iniquitatis, discede.” hisque dictis statim re-
 cessit, nihil eorum quae seorsum audierat Patricio locutus, ne qua illi
 timidior cogitatio obreperet. hoc solum ait, latam in eos in diem crasti-
 num mortis sententiam. his auditis Patricius deo gratias egit; suisque
 rebus dispositis socios omnes Constantino adiutore excitat, ut totam noc-
 tem insomnem ducant in divinis laudibus ac canticis. (36) mane igitur
 quidam praeses superbo incessu fastuque egressus eos duntaxat qui in-
 ter reliquos primores essent exire iubet. exierunt igitur viri quadra-
 ginta duo, moxque claudi carcerem praecipit. interrogat ergo quotum
 iam annum in carcere agant, aliaque inepta, eo animo ut suas illi nugas
 audirent. ad annum quod attinet, septimum respondere; robusteque ex
 divina scriptura fortique animi proposito confutatis Agarenorum sermo-
 nibus, mortis sententiam exceperant. cumque ad Euphratem venissent,
 ad cuius oram eorum civitas Samara exstructa est, Theodorum Crate-
 rum miser ille conatur coarguere, si qua illi ratione liceret defugiendam
 mortem suadere. “quonam vero modo” inquit, “Theodore, mortis com-
 pendio ad deum te evasurum confidis, certoque rem speras, qui salutaria

- ἐντολάς; οὐδὲ γὰρ ἂν ἐξ ἱερατικοῦ κλήρου, ᾧ σὺ πάλαι ἐγκατε-
 λέξω, πρὸς σχῆμα ἤλθες τῶν λαϊκῶν· οὐδὲ χεῖρας ἀδάουσι οὐσας
B αἰμάτων σου νῦν ἐν πολέμοις ἐπλήρους πάλιν αὐτάς τῶν μολυσμά-
 των τε καὶ μiasμάτων.” καὶ ὁ Θεόδωρος οὐκ ἐμβραδύνει, μηδέ
 τινα χρόνον ἀναβαλλόμενος, “διὰ τοῦτο” ἔφη “καὶ τὸ ἐμὸν ἐκχέαι 5
 αἷμα οὐ κατοκνήσω, ἵνα μοι λύτρον τε καὶ λουτρόν τῶν πεπλημ-
 μελημένων ἀναφανέν τὴν βασιλείαν δώῃ αὐτοῦ, ἢ ἀποδράσας τίς
 σου τῶν οἰκετῶν καὶ αὐθις ἐπανακάμψας τὴν σοι φίλην λειτουρ-
 γίαν ἐκτελοῖ, εἰς τὴν συγγνώμης χώραν ἄλλ’ οὐκ ἀγνωμοσύνης
 χωροῖ.” καὶ ἅμα εἰς τὸ τῆς ἀθλήσεως εἰσῆει ὥσπερ τις Ὀλυμ- 10
C πιονίκης στάδιον, καὶ πρὸς τὸν πατρικίον Κωνσταντῖνόν φησι,
 τὴν ὑφέρουσαν ὥσπερ αὐτοῦ δειλίαν καὶ φόβον ἀποσοβῶν, “ἄγε
 δὴ, ᾧ στρατιῶτα Χριστοῦ, τὸ πρόκριτος εἶναι πάντων ἡμῶν πρὸς
 τὸν ἐπὶ γῆς βασιλέα λαχόν, πρῶτος καὶ τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀνα-
 λάμβανε στέφανον.” ὁ δ’ ἱερός Κωνσταντῖνος “σοὶ μᾶλλον ὡς 15
 γενναίῳ καὶ κρατεροῦ” ἔφη “τὸ τοιοῦτον προσῆκεν ἀξίωμα, ὅθεν
 ἀκόλουθον ἔξεις με, σαυτὸν πρῶτον εἰς θάνατον παραδιδούς.”
 ἐπιρρώσαντες οὖν ἀλλήλους τοῖς παρακλητικοῖς, κατὰ τὰς κοσμι-
 κάς ἀξίας πρὸς τὸν διὰ μαρτυρίου ἕκαστος ἐχώρει δὴ θάνατον,
 πάντων θαναμαζόντων τὴν μετὰ πεποιθήσεως καὶ γενναίας τούτων 20
D ψυχῆς ἀθλήσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

7 ἦ] ἦ εἰ?

eius mandata, uti vos vocatis, non dilexeris? nonne ex sacerdotali clero, cui pridem adscriptus fueras, laicorum habitum institutumque amplexus es? nonne manus, cum a sanguine insontes essent, nunc iterum inter praelia sordibus ac inquinamentis replebas?” ad quem Theodorus nihil cunctatus nullaque mora “haec ipsa” inquit “causa est cur neque sanguinem fundere recusem, quo nimirum pretium ille ac lavacrum mihi effectus illius mihi regnum conciliet, quemadmodum tu, si quis servorum fugerit, ac postea reversus, cui obsequio mancipare placuerit, illud recte exsequatur, venia dignum habueris, non quasi improbum castigabis.” ita locutus certaminis stadium haud secus ac Olympicis certaminibus victor quispiam ingreditur, aitque ad Constantinum Patricium, subrepentem ei formidinem metumque velut depellens, “age, rogo, Christi miles, qui apud terrenum regem nobis omnibus maiores honores consecutus sis, primus quoque martyrii lauream accipe.” ad quem sacer Constantinus “tibi potius velut strenuo exque nominis ratione κρατεροῦ (victori scilicet et robusto viroque forti) ea convenit dignitas; unde me habebis comitem, cum primum te deo victimam obtuleris.” sicque mutuo hortatoriis verbis sese confirmantes, pro eo ac quisque saeculari militia maiori dignitate fulserat, ad mortem per martyrium contendebant, cunctis eorum cum fiducia generosoque proposito certamen mirantibus. verum haec postea.

37. Τότε δὲ ὁ βασιλεὺς Θεόφιλος οὐ φέρων τὴν ἐκ τῶν Ἀγαρηῶν ἤτταν καὶ ἀδοξίαν, πατρίκιον Θεοδοσίον, ὃς οὕτως ἐλέγετο ὁ Βαβουτζίκος, πρὸς τὸν ῥῆγα Φραγγίας ἔξαποστέλλει, στρατεύματα ἐκεῖ αἰτῶν γενναῖά τε καὶ πολυάνθρωπα. οὐδὲ γὰρ χειρῶν ἀσθενεία ἢ ψυχῆς μαλακότητι τοὺς ἑαυτοῦ κέκρικεν ἠττώσθαι ποτέ, φρυγομαχία δὲ καὶ ταῦτόν εἰπεῖν προδοσία τοῦτο πάσχειν αἰεί. ἀλλὰ καὶ ἂν ἔλαβεν πείραν καὶ τῶν ὧν προσεκαλεῖτο ἔθνων δύναμιν καὶ ἰσχὺν [ἤσθετο] (μετ' εὐφροσύνης γὰρ τὴν πρὸς βασιλέα ἐπικουρίαν ὃ ῥῆξ ἀπέδεδεκτο) καὶ αὖθις κατὰ τῶν Ἀγαρηῶν P 84
10 ἑστράτευσεν ὁ δυσινχῆς Θεόφιλος (ταύτην δὲ τὴν προσηγορίαν ἐκ τοῦ αἰεί πως ἠττώσθαι κατὰ πόλεμον ἐκληρώσατο), εἰ μὴ ὁ ἀποσταλὴς Θεοδοσίος ἐκ τοῦ βίου γενέσθαι προέφθασεν. ἐκείνου τε γὰρ ἢ ἀποβίωσις τὸν στρατὸν ἐκείνον πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐλθεῖν οὐ πεποίηκε, καὶ τοῦ βασιλέως ἐπικρατήσασα ἢ τῆς δυσεντερίας
15 νόσος θανατεῖν ἐποίει ἀλλ' οὐ πρὸς ὄπλα χωρεῖν.

38. Ὡρα δὲ καὶ τὰ τοῦ Θεοφύβου εἰς μέσον θεῖναι καὶ πῦσι καταστῆσαι σαφῆ. ἐκ τε γὰρ τῆς εἰρημένης ἤδη κατὰ τῶν Ἀγαρηῶν ἐν νυκτὶ τὸν πόλεμον συστήσεσθαι αἰτίας, ἀλλὰ καὶ B
τῆς κατὰ τὴν νύκτα γενομένης λαθραίας ὁμιλίας πρὸς τοὺς Σαρακηνούς, ὡς ἔφαμεν, καὶ ἄλλοθεν δὲ ποθεν κατ' αὐτοῦ λοιδορία καθοσιώσιως ἐπιφρεῖσαι καὶ ἀξήθητῆσαι μισητὸν εἰργάζοντο τὸν ἄνδρα καὶ φοβερόν. καὶ ἐπεὶ μὴ οἶός τε ἦν ἀντισχεῖν, εὐξάπα-

15 θανατῶν? an δυσθανατεῖν?

18 καὶ] δὲ P

37. Tum vero Theophilus imperator, quam ab Agarenis cladem probrumque acceperat, animo non ferens, Theodosium patricium, cui Babutzicus nomen erat, ad regem Franciae mittit, fortes inde auxiliarios ac numerosas copias ad se mitti petens. existimabat enim suos nunquam virium imbecillitate aut molliore animo victoria cecidisse, sed pugnae detrectatione, seu (quod idem est) proditione, id illis semper accidisse. ac plane rem experturus erat, ac gentium, quarum auxilia rogaverat, sensisset potentiam, siquidem Francorum rex legationem libens habuerat, nec missurum se armatos abnuebat, novaque rursus acie infortunatus Theophilus (hoc enim ille sibi nomen asciverat, quod in praeliis semper victus exiret) in Agarenos expeditionem suscepisset, nisi quem ille miserat Theodosius prius in humanis esse desiisset. nam tum illius mors in causa fuit ne Francorum auxilia in urbem regiam venirent; tum dysenteriae invalescens morbus imperatori mortem attulit, non etiam resumendi arma facultatem fecit.

38. Porro tempus est ut et Theophobi res in medium producamus ac cunctis eas notas faciamus. ex ea enim, quam dixi iam, nocturna illi adversus Saracenos insinuata pugna, quin et ex nocturno clanculum cum Saracenis, quo de supra, habito colloquio, nec non aliis quibusdam orta in eum auctaque maiestatis crimina exosum virum reddebant et formidolosum.

τητον ὄντα εἰδὼς τὸν Θεόφιλον, φρυγαδεῖα χρησάμενος πρὸς τὴν Ἀμαστριν (πόλις δὲ αὐτῆ Ποντικῆ) μετὰ τέκνων ὁμοῦ χωρεῖ τε καὶ γυναικῶν καὶ τινῶν ἐκκρίτων ἀνδρῶν. ἀνήγγετο οὖν στόλος εὐθύς κατ' αὐτοῦ, καὶ πόλεμος σφοδρὸς ἐξηρτήετο ὡς πρὸς ἐχθρὸν C τοῦ βασιλέως κατάδηλον, καὶ τοῦ τοιοῦτου στόλου ἀρχηγὸς ὁ τῆς 5 βίβλης δρουγγάριος οὕτως Ὠρορύφας λεγόμενος. ἀλλ' ὁ Θεόφοβος τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν οὐκ ἔφησε δίκαιον εἶναι Χριστιανὸν ὄντα αἵμασιν ἀνθρώπων χαίρειν πιστῶν· ὅθεν ὑπέκει τῷ βασιλεῖ ὄρκους δελεασθεῖς, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐπιανάγεται τοῖς ὄρκους θαρρῶν. ἀλλ' ὁ Θεόφιλος τούτους θέμενος εἰς οὐδὲν 10 νῦν μὲν εἰρκτῆ τινὶ καὶ φρουρᾷ τῇ κατὰ τὸν Βουκολέοντα τοῦτον τίθησι, φρουρεῖσθαι προστάξας· μῦθ' δέ τινι τῶν ἡμερῶν, ἐπεὶ ἔγνω ἑαυτὸν ἤδη ἀποβιοῦντα καὶ τὰ ἔσχατα πνέοντα, κελεύει ἐν νυκτὶ ἕξ ἀθθεντίας ἀποτιμηθῆναι οἷόν τι πικρὸν αὐτοῦ ἐντάφιον D καὶ λυπηρόν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν τὴν ἐκείνου ἀχθῆναι κεφαλὴν. ἐπεὶ 15 γοῦν ἤχθη κατὰ τὸ πρόσταγμα, τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ τὴν ἐκείνου ῥίνα λαβὼν “νῦν γε” ἔφησεν “οὐδὲ σὺ Θεόφοβος οὐδ' ἐγὼ Θεόφιλος.” εἰσὶ δὲ οἱ τὸν θάνατον τοῦ Θεοφόβου τῷ Ὠρορύφῃ ἀλλ' οὐ τῷ βασιλεῖ διδώσιν, φάσκοντες ὡς ἅμα τῷ πιστεῦσαι τούτῳ αὐτόν, τὴν κεφαλικὴν ἐπαγαγεῖν τιμωρίαν αὐτῷ λάθρα διὰ νυκτός. ἐκεῖθεν 20 οὖν διαβεβόηται μέχρι τούδε παρὰ Πέρσαις μὴ ὄψεσθαι θάνατον τὸν Θεόφοβον ἀλλ' ἐν ἀφθαρσίᾳ διαζῆν, τῷ κρύβδην ἀλλ' οὐκ ἀναφανδὸν τὸν ἐκείνου θάνατον γενέσθαι ποτέ.

et quia is non satis obniti poterat, cum Theophilum facilis ad calumniam ingenii non nesciret, fuga se cum liberis et uxoribus aliisque delectis viris ad Amastridem Ponti urbem recepit. mox ergo in eum missa classis, graveque omni armorum apparatu, tanquam adversus apertum imperatoris hostem, instructum bellum. classi praeerat excubiarum drungarius Ooryphas nomine. verum Theophobus pro nominis ipsa ratione, concepto intra semet ipsum dei timore, “iniquum,” ait, “qui sit Christianus, fidelium cruore gaudere.” cedit itaque Theophili iuramentis deceptus, iisque fretus ad eum reducitur. verum ille eorum sprete religione hactenus quidem in Bucoleonis carcere includi ac servari iubet: quadam vero die, cum se iam mori ac supremum spiritum agere cognosceret, noctu velut acerbam tristemque sepulcralem victimam ex potestate meroque arbitrio obtruncari praecipit exsectumque caput ad se deferri. ubi allatum pro eo ac mandaverat fuit, arrepto manu illius naso “nunc” ait “neque tu Theophobus nec ego Theophilus.” non desunt vero qui Theophobi necem Ooryphae adscribant, non Theophilo; ac dicant, cum primum se ille ei dedit, noctu ab eo ac secreto capitis poenam excepisse. hinc apud Persas fama percrebuit, non visurum mortem Theophobum, sed incorruptae vitae perennitatem consecutum esse, eo quod eius mors nunquam palam prodita est.

39. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Κρηῖτες παντὶ στόλῳ ἀρά- P 85
 μενοι τὴν πυράλιον ἐδήρουν τῶν Θρακησιῶν καὶ ἡχμαλώτιζον.
 παρὰ τοσοῦτον δὲ αὐτῶν ἐχώρουν τὰ νεανιέματα καὶ τὰ στρατη-
 γήματα παρ' ὅσον οὐ τὴν αἰγιαλίτην μόνον ἐπειρῶντο καταδρα-
 5 μεῖν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν ἐν τῷ ὄρει, ὅπερ οὕτω καλεῖται Λάτρος,
 ἐνοσηροῦντων καὶ τῶν μοναλίον βίον ἀσπαζομένων γυμνῶ τῷ
 ξίφει χωρεῖν καὶ Μυσῶν λείαν τὰ ἐκίτσε ποιεῖν. ἀλλὰ Κωνσταν-
 τῖνος ὁ κατὰ τὸν Κοιτομύτην τηρικαῦτα τὴν πρόνοιαν τοῦ θέμα-
 τος τούτου ποιῶν, ἐπέπερ ἔξω πρὸς τὴν χέρσον ἐγένοντο, ὡς δελ-
 10 φῖνας τούτους ἀπέσφαξε καὶ γενναία χειρὶ τῇ ἀφανείᾳ πάντας παρ- B
 ἔδωκεν. καὶ κατὰ τὸν τῆς αὐτοκρατορίας δὲ χρόνον αὐτοῦ καὶ
 τὸν Ὀκτώβριον μῆνα, εἰς Ἰνδικτιῶνα ὁγδόην, ὁ τῶν Ῥωμαίων
 στόλος ἐν τῇ νήσῳ τῇ Θάσῳ καταναυμαχηθεὶς ἄρδην ἅπας ἀπώ-
 λετο. καὶ κατὰ τὸ ἔξῃς δὲ τὰς Κυκλάδας νήσους, ἀλλὰ μὴν καὶ
 15 τὰς ἄλλας ἀπάσας, ὁ τῶν Ἰσμαηλιτῶν κατασύρων στρατὸς οὐκ
 ἐπαύετο. καὶ αὐθις ἐν Ἀβασγίᾳ ὁ τε Θεόφοβος καὶ ὁ τῆς Θεοδώ-
 ρου ἀδελφὸς Βάρδας ὑποσταλέντες μετὰ στρατιᾶς ἰσχυρῶς ἐδυστύ-
 χησαν, ὀλίγων ἄγαν ἐκεῖθεν ὑποστρεφάντων. ἀλλὰ καὶ ἀχμοὶ
 καὶ πάλιν χειμῶνες ἔξαισιοι καὶ ὅλως ἀνωμαλῖαι καὶ δυσκρασίαι C
 20 κατὰ τὸν ἀέρα γινόμεναι ἐκάκουν τὴν γῆν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ, ἔξ ὧν
 σιτοδεΐαι καὶ λιμοὶ καὶ γῆς ἐκ σεισμῶν ἀνατιναγμοὶ οὐκ ἦν ὅτε μὴ
 ἐγίνοντο κατὰ τὴν αὐτοῦ ἡπύσαν τῆς βασιλείας ἡμέραν.

11 τὸν αὐτὸν τῆς?

39. Circa idem tempus Cretenses plena educta classe Thraciae
 maritima populari praedasque agere ac captivos abigere. eo usque au-
 tem processit illorum insolentia ac bellicus furor, ut non solum mariti-
 mam depraedari conarentur, sed et in eos qui montem sic dictum Latrus
 habitant, ac vitam monasticam agunt, strictis gladiis irruerent, eorum-
 que omnem suppellectilem Mysorum, quod aiunt, praedam facerent.
 Constantinus tamen Contomytes eius tunc provinciae praefectus, quod
 relictis navibus longius in terram excurrerant, velut delphinos in conti-
 nenti deprehensus iugulavit cunctosque strenua manu internecioni dedit.
 eodem quoque Theophilo imperatore mense Octobri, indict. 8, Romano-
 rum classis in Thaso insula navali praelio expugnata tota penitus periit.
 deincepsque Cyclades insulas, quin et alias omnes, diripiendi ac popu-
 landi Ismaelitarum classis atque exercitus nullum finem fecit. iterum
 quoque Theophobus et Augustae frater Bardas cum exercitu in Abasgam
 missi infaustis adeo ominibus rem gesserunt, ut pauci admodum ex illa
 expeditione reduces fuerint. sed et nimii aestus ac rursus exuberantes
 pluviae prorsusque aëris inaequalitas intemperiesque terram ac colonos
 laedebant, indeque rerum penuria ac fames. vix quoque vel unum diem,
 quandiu ille rerum potius est, terra motibus quati destitit.

40. Ἐπεὶ δὲ ὄλην ἐκκενώσας τὴν τοῦ σώματος οὐσίαν τῇ τῆς γαστρὸς διαρροία καὶ φθόγῃ, ὡς μηδαμοῦ στήναι τῆς ψυχῆς ἔτι δυναμένης ἀλλ' ἀποπτῆναι αὐτῆς ζητούσης καὶ ἀποστῆναι, ἐδεδίει [δέ] περὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ γαμετῆς, ἐν τῇ Μαгнаύρῃ πάντας ἐκκλησιάσας [ὅτε] καὶ μόγις κλίνης ὑπὸ τῶν ἐπιτηδείων 5

D κονφισθεὶς καὶ ἄρθεις, καὶ πολὺν ἀθροίσας πνεῦμα ἐν στεναγμαῷ, “ἄλλος μὲν” ἔφη “ἀπολοφνρόμενος ἐν τοιαύτῃ νόσῳ καὶ καταγιγίδι τὸ τῆς νεότητος ἄνθος ἐξετραγιώδησε καὶ τὴν τοσοῦτην εὐδαιμονίαν, αἷς ὁ ἔξ ἀρχῆς φθόνος ἐπιβασκαίνων με δεινῶς τὰ νῦν ἐποφθαλμίζει καὶ ἔξ ἀνθρώπων με ποιεῖ. ἐγὼ δὲ τὴν τῆς γαμετῆς 10

μον χρεΐαν προορῶν καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ δυσποτμίαν καὶ ὄρφανίαν, πρὸς δὲ καὶ διακόνων ἡθροισι καλοῖς ἐντραφέντων καὶ θεραπείαις καὶ τῆς ἐμῆς συγκλήτου καὶ γερουσίας τὴν στέρησιν, ἀνακλαίομαι, ὧ παρόντες, καὶ ἀποδύρομαι οἷς τε ὑμᾶς χειροσῆθεις ὄντας καὶ πρᾶεῖς καταλιμπάνων πρὸς ὃν οὐκ οἶδα πορεύομαι βίον, καὶ ἀλ- 15

P 86 λάσσομαι δόξαν ἀνθ' ἧς οὐδ' ὄλωσ ὁ τι μοι προσαπαντήσεται ἔγνωκα. ἀλλὰ μέμνησθέ μου τέως τῆς ἧς οὐκέτι γλώττης ἀκούσεσθε καὶ ἦν ὅτε πικρὰ τοῦ πρέποντος ἔνεκεν καὶ συμφέροντος καὶ τὴν μετὰ θάνατον εὐνοίαν εἰς τε υἱὸν καὶ γυναικᾶ διαβαίνουσαν ταμιεύσασθε, ἐκεῖνο πάντως προσενθυμούμενοι, ὡς ὁποῖός 20

περ ἕκαστος τῷ πέλας τούτου γενήσεται, τοιοῦτον καὶ αὐτῷ τὸ πρὸς τὸ μέλλον συμβήσεται.” τοιούτοις ῥήμασι τῆς βασιλικῆς

10 τῆς om P

40. Quia vero corporis omnem substantiam ventris diarrhoea taboque exhausserat, nec usquam iam anima sisti poterat, sed avolare ac abscedere quaerebat, de filio atque uxore sollicitus eorumque securitati cavens communem omnium conventum ad Magnauram indicit. ibi aegre sublevantibus lectoque tollentibus necessariis, copiosum cum gemitu, ducens spiritum, “alius” inquit “istiusmodi affectus aegritudine, tantoque quatiante turbine, iuventutis florem dire lamentaretur tantamque hanc felicitatem; quibus iam olim insidiatus livor, nunc quoque graviter obtuens, humanis me rebus extrudit. at ego uxoris futuram viduitatem praevidens filiique orphani sortem miseram, ministrorum item atque servorum qui probis moribus ac obsequiis innutriti sunt, mei denique senatus ac procerum privationem, vehementius defleo atque deploro, o vestra praesentium concio, quod vos mansuetos mitesque relinquens ad eam quam nescio vitam proficiscor, gloriamque commuto, cuius loco quid mihi eventurum sit ignoro. verum hactenus meae memores linguae estote, quam nunquam amplius estis audituri; quae et acerba, pro eo ac honesti atque utilis ratio exposcebat, quandoque locuta est, nuncque cum e vivis excessero, benevolentiam in filium uxoremque recurrentem reponite, istud omnino cogitantes, fore ut qualis quisque in proximum suum exstiterit, tale ei quoque in futurum contingat.” verbis eiusce-

πάντας κατακηλούσης γλώττης καὶ ἡμερούσης, οὐκ ἦν ὅστις ἀδάκρυτος ἦν, οὐδ' ἦν εἰκάσαι τὸν ἀναπεμφθέντα ἐκ τῶν παρόντων στεναγμέν τε καὶ ὀδυρόν.

41. Μικρὸν οὖν ἔτι ἐπιβιώσας κατὰ τὴν εἰκάδα τοῦ Ἰα- B
5 νοναρίου μηνὸς τὸν βίον μετέλλαξεν, τῆς βασιλείας γενόμενος ἐγ-
κρατῆς μῆνας τρεῖς ἐπὶ δώδεκα ἔτεσιν, πολλὰ τοὺς τῆς ὀρθοδόξου
πίστεως περιεχομένους παρ' ὕλον αὐτοῦ τὸν βίον μυσαιττόμενός τε
καὶ χειμῶνα πάντα κατὰ πᾶσαν ὥραν καιροῦ ἐπάγων ἡτοῖς ἀφει-
δῶς, ἀνθ' ὧν ἔνεκεν καὶ τὸ δυστυχῆς ὄνομα παρὰ παντὸς ἀνθρώ-
10 που ὡσπερ τινὰ κληῖρον ἐπήγετο, μηδέποτε τρόπαιον στήσας κατὰ
τῶν ἐχθρῶν βασιλικόν τε καὶ ἀξίεπαινον, μήτε μὴν τὴν προτέραν
ἦτταν ἀναμάχεσθαι δυνηθεῖς, καίτοι γε ὀκτωκαίδεκα πολέμους
παρ' ὅλην αὐτοῦ τὴν ζωὴν κατὰ τῶν ἐχθρῶν συστήσας, καὶ τοσαυ- C
τάκις αὐτοῖς συμπλακεῖς καὶ πρὸς παραιτάξεις χωρήσας οὐκ ἀγεν-
15 νεῖς. ἀλλὰ τοῦτον μὲν οὕτω καταστρέψαντα τὸν βίον ἐνταῦθα
καταλιπόντες ἐπὶ τὰς καταλοιπὸν οἰκοδομὰς αὐτοῦ πονεῖν περὶ τὰ
ἀνάκτορα οὕτως βαδιούμεθα, ἀξιολογωτάτας οὕτως καὶ μνήμης
τυχεῖν ἱκανός.

42. Εὐθὺς γοῦν ἀπὸ τοῦ Κυρίου εἰσιὼν κατὰ τὸ πρόσω-
20 πον ὑπαντίσας εὐρήσεις αὐτάς. ὃ τε γὰρ Καριανός, ὃς οὕτω
φέρει τὴν κλησιν διὰ τὸ ἀπὸ τῆς γραδῶσεως ἔχειν ἀπὸ λίθου Κα-
ριανοῦ οἶόν τινα πλατὴν ποταμόν, ὃ καὶ χρηματιζῶν σήμερον βε- D

16 περι] ἐπὶ P

21 ἐπὶ?

modi imperatoris lingua concionem omnem deliniente atque mulcente, in ea qui lacrimas teneret nullus erat, maiorque omnium pectore erumpens gemitus ac eiulatus quam ut ullus satis coniectura assequi queat.

41. Paucos hinc dies vitae superstes vigesima die Ianuarii naturae debitum solvit, imperio potitus annos duodecim menses tres. adversus rectae fidei professores per omnem vitam odium implacabile gessit, nullumque non turbinem omni hora ac quavis occasione nulla eis venia indulgentiaeque adhibuit; quo factum est ut infortunati nomen apud omnes velut hereditario quodam iure reportarit. nunquam pro imperii maiestate ac laude dignum adversus hostes tropaeum erexit, ac neque acceptam cladem resarcire unquam satis potuit, idque cum octodecies per omnem vitam suscepta adversus hostes expeditione toties cum illis signa contulerit, nec contemnendas copias pugnam commissurus duxerit. verum Theophilo sic vita functo a nobis relicto, ad reliqua eius aedificia exstantia in palatio procedamus, utpote praemagnifica dignaque memoria.

42. Statim itaque a Cyrio ingredienti aedificia illa in faciem incurrent. nam et Cariani domus, sic dicta quod a gradibus quandam velut fluminis planitiem Cariano strata lapide exhibeat, quae et hacten-

στιάριον τῶν ἀποθησαυριζομένων πέπλων [ἐκ] σηρικῶν, τῆς ἐκείνου προνοίας ἔργον ἐστίν, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ὁ γείτων αὐτοῦ κεχρυσωμένην ἔχων ὄροφῆν Τρικόγχος, ἐκ τοῦ σχήματος τὴν κλῆσιν λαχὼν· τρισὶ γὰρ κόγχαις μετεωρίζεται, μιᾷ μὲν κατὰ τὴν ἀνατολὴν συνοικοδομούμενος, ἢ καὶ ἐκ τεσσάρων κίωνων Ῥωμαίων ὑποστηρίζεται, δυοὶ δὲ ἐγκαρσίαις, κατὰ ἄρκτον καὶ μεσημβριαν φημί. τὸ πρὸς δύσιν δὲ τοῦ οἴκου μέρος ὑπὸ δύο μὲν κίωνων ἀνέχεται, τριῶν δὲ πυλῶν τὴν ἔξοδον δίδωσιν. τούτων ἡ μέση μὲν

P 87 ἔξ ἀργύρου κατεσκευάσται, αἱ ταύτης δὲ ἐκατέρωθεν ἐκ γεγανωμένου χαλκοῦ. ἡ ἔξοδος εἰς τὸ καλούμενον οὕτω Σίγμα ἐξάγει, ἐκ τῆς πρὸς τὸ στοιχεῖον ὁμοιότητος τὴν ἐπωνυμίαν λαβόν, ὃ ἴσην τε καὶ ὁμοίαν τοῦ Τρικόγχου τὴν εἰς τοὺς τοίχους ἐπανθοῦσαν ὠραιότητα φέρει· ἐκ γὰρ λακαρικῶν παμποικίλων τοῦτό τε κἀκεῖνο μαρμάρωται. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὴν ὄροφῆν ἔχει στεροάν τε καὶ λαμπράν, ὅτι καὶ πεντεκαίδεκα κίουσιν ἠδρασται ἐκ λίθου δοκιμίον· διὰ στύρακος δὲ πρὸς τὸν θεμέλιον αὐτοῦ κατιῶν τὴν αὐτὴν ἔχοντα τοῦ σχήματος εἰκόνα τε καὶ ὁμοίωσιν εὐρήσεις, ἐννεὰ πρὸς

B ταῖς δέκα κίουσιν διαβασταζόμενον, καὶ τὸν περίπατον ἔχοντα κατεστρωμένον ἐκ λίθου πιπεράτου. τούτου δὲ πλησίον τοῦ περιπάτου, ἐνδότερόν που καὶ ἀνατολικώτερον, Τετράσερόν τι ὁ τεχνίτης ἐξήγειρεν, τρισὶ καὶ αὐτὸ κόγχαις διμυλημένον κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπικειμένου αὐτῷ Τρικόγχου. ἀλλὰ τὴν μὲν μίαν πρὸς τὴν ἀνατολήν, τὰς ἐτέρας δὲ δύο μίαν μὲν πρὸς τὴν δύσιν θατέ-

nus sericarum vestium penus est, ac vestiarium vocatur, illius curae opus est. sed et illi vicinum Triconchum, auro obductum tectum habens, cui ex figura nomen est. triplici enim concha assurgit, una ad Orientem exstructa, quae et quattuor columnis Romanis (porphyreticas vocant) fulcitur, duplicique obliqua ad aquilonem et meridiem. ea porro domus pars quae ad occidentem spectat, duabus columnis sustinetur tribusque portis exitum praebet. harum media argento conflata, utrinque illi adiacentes aere splendent. exitus ad locum ducit Sigma appellatum, ab eius elementi affini figura. parem Sigma Triconcho in parietibus effluentem venustatem praefert: utrumque enim varii coloris marmoribus incrustatum est. quod autem Sigma vocant, tectum firmum habet ac praemagnificum, quindecim columnis ex lapide Docimino fultum. hinc per styracem ad eius fundamentum descendens eandem cum superioribus figuram habere invenies ac compositionem, novemdecim columnis subnixum, constructa porticu piperato lapide. prope hanc porticum, paulo interior magisque ad orientem, aliud quidpiam Tetraserum excitavit artifex, ipsum perinde triplici concha comprehensum, ad similitudinem imminenti illi Triconchi; quarum una quidem ad orientem spectat, duarum vero aliarum alteram ad occidentem, alteram ad meridiem compre-

ραν δὲ πρὸς τὴν μεσημβριάν συμπεριεῖληφεν. τὸ δὲ ἀρκυῶν μέρος ἐκ δύο κίωνων ἀληθινοπιπέρων ἔχει διανειροῦμενον Μυστηριον· οὕτω τὴν κλῆσιν ἔχει τοῦτο κατάλληλον. καὶ ἡ αἰτία ὅτι καθάπερ τὰ ἄντρα συνεπηγῶν ἀβλαβῆ τὴν ἡγῶ διαπέμπει πρὸς

5 τοὺς ἀκούοντας· καὶ εἴ τις τῷ τοίχῳ πλησιύσας τῆς ἀνατολικῆς C κόγχης εἴτε δὴ καὶ δυτικῆς ἐν μυστηρίῳ τι εἴπῃ καὶ καθ' ἑαυτόν, ἐκ διαμέτρου τε καὶ ἀντιπέρας ἰστάμενος ἕτερος, εἰ τὸ οὖς τῷ τοίχῳ ἐπιθῆται, τῆς ἐν μυστηρίῳ λαλουμένης ἐκείνης φωνῆς ἀυτήκοός πως γενήσεται. τοιοῦτόν τι περὶ αὐτὸ θαῦμα ἐγγίνεται.

10 43. Τούτῳ δὴ τῷ οἴκῳ παρεπελήγει πως καὶ συγκατεσκευάσται ὁ τοῦ Σίγμα περίστυλος, ὁ πρότερον ἡμῖν εἰρημένος. ἐκ δὲ τούτου ὑπαιθρόν τι καὶ ἐξάερον κέχυται, μέσον μὲν φιάλην ἔχον χαλκῆν, ἐξ ἀογύρου τὸ χεῖλος ἔχουσαν ἰσπεμμένον· ἡ διάχρυσον στροβίλιον ἔχουσα οὕτω κατωνόμισται, μυστικὴ τοῦ Τρι- D

15 κόγχου φιάλη, ἐκ τε τοῦ πλησίον ὠκοδομημένου Μυστηρίου καὶ τοῦ τρικύγχου οἰκήματος ἐπωνυμίαν λαβοῦσα. ἐκ δὲ ταύτης αὐτοῦ που πλησίον καὶ ἀναβάθραι ἐστήκασιν ἐκ Προικοννησίου λίθου λευκοῦ, καὶ μέσον τῶν εἰρημένων ἀναβαθμῶν τροπικὴ ἐκ μαρμάρων, ὑπὸ δύο λεπτοκαλάμων κίωνων ἰστηρομένη. αὐτοῦ

20 που παρὰ τὴν πλευρὰν τοῦ πρὸς τὸ εὖρος Σίγμα καὶ δύο χαλκᾶ λειοντοχάσματα ἐπελήγεισαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕδωρ ἐκφέροντα τὸ κοῖλον ἅπαν τοῦ Σίγμα ἐπλήρουν τοῦ νάματος, τέρψιν οὐ μι-

4 συνεπηγοῦν?

hendit: quae autem pars ad aquilonem vergit, duplici columna veropiperina discretum Mysterium habet, sic rite pro rei ratione nuncupatum, eo quod haud secus ac specus resonans repetitum sonum omnem (is Echo dicitur) ad audientes transmittit: sic, sive quis ad orientalis sive ad occidentalis conchae parietem accedens silentio ac secum ipse loquatur, exque diametro ac ex adverso recta alius stans parieti aurem admoveat, vocem silentio dictam, ac si in aurem quis locutus esset, distincte audit. tale nimirum est quod ibi miraculum exhiberi contingit.

43. Huic aedi adiunctum unaque constructum eius, quod dicebamus, Sigma peristylum. post haec subdivale quoddam atrium effunditur, mediam habens phialam aeream, cuius labrum argento coronatum. haec auream habens cochleam sic appellata est, mystica Triconchi phiala, ex vicino scilicet utroque aedificio, mysterio ac Triconcho, nacta ut sic vocaretur. eodem prope loco iuncti exstant gradus ex Proeconnesio candido lapide; mediaque eorum, quos diximus, graduum marmorea apsis, duplici ordine graciliorum columnarum fulta. sunt et ibi, ad latus orientale Sigma, aerei leones duo hiantibus faucibus erecti. hi aquam evomentes, mediamque omnem aream Sigma latice compluentes, non exiguam

κρὰν παρέχοντα· ἡ δὲ δὴ φιάλη κατὰ τὸν καιρὸν τῶν δοξίμων,
 P 88 πιστακίων καὶ ἀμυγδάλων, ἀλλὰ μὴν καὶ κουνναρίων πεπληρωμένη,
 κονδίτου ἐκ στροβιλίου ἐκδιδομένου, πῦσιν ἐκίονα καὶ παρεῖχε
 τρυφᾶν τοῖς ὅσοι δι' ἐφέσεως εἶχον τῶν ἐστηκότων ἐκεῖ, πῦσι μὲν
 ἀναντιρρήτως τοῖς ἐκ θυμέλης, πλέον δὲ τοῖς ἐξ ὀργάνων ψάλλουσι 5
 καὶ τὸ σύντονον. κατὰ μὲν δὴ τὰς ἀναβάθρας ὁ δῆμος ἅπας
 ἰστάμενος καὶ τὸ πολίτευμα μετὰ τῶν περατικῶν ταγμάτων τὴν
 τάξιν ἐπλήρουν τὴν βασιλικήν, μέσον αὐτῶν δηλαδὴ κατὰ τὴν
 εἰρημένην μαρμάρινον τροπικὴν, εἰ μὲν τύχοιεν, ἔχοντες καὶ τὸν
 δομέστικον τῶν σχολῶν μετὰ τοῦ ἔσκουβίτου καὶ τῶν δύο δημῶν-10
 B χων, τοῦ τε πρασίνου τοῦ τε βενέτου, πλησίον μὲν τοῦ δομεστίκου
 ἰσταμένου τοῦ τῶν βενέτων δημάρχου, πλησίον δὲ τοῦ ἔσκουβίτου
 τοῦ τῶν πρασίνων, εἰ δὲ μὴ τύχοι ἐνίοτε δομέστικος καὶ ὁ ἔσκου-
 βίτος, ἀλλὰ τέως τούς γε δημάρχους ἔχοντες. τούτων ἔφορος ἦν
 ἀπάντων ὁ βασιλεύς, καὶ θυμηδίας ἀπάσης πληροῦμενος, ἐν χρόν-15
 οῦ διαλίθῳ θρόνῳ καθήμενος, καὶ μὴ πρότερον ἔξανιστάμενος,
 ὡς καὶ τακτικὰ βιβλία καὶ βασιλικὰ διαγορεύουσιν, ἢ τῶν σκιρ-
 τημάτων ἐκείνων ἐπαπολαῦσαι διὰ τῆς θεᾶς καὶ τῶν πολιτικῶν
 ἔξαλμάτων. οὕτω μὲν ταῦτα καὶ διὰ τοῦτο τῷ Θεοφίλῳ κατε-
 σκευάσθησαν, τοσοῦτος δὲ ἔρως ἦν τούτων αὐτῷ ὡς καὶ τὰς συνή-20
 θεις τῶν πραγμάτων ἀντιλήψεις καὶ καθ' ἡμέραν προελεύσεις ἐν
 C αὐτῷ δὴ Τρικόνῳ ἐκτελεῖν. οὗ καὶ κατὰ πρόσωπον τῆς ἐξ ἀρ-

7 ὑπηρετικῶν margo.

11 μὲν] δὲ P

21 καθ'] μεθ' P

praebent voluptatem. phiala autem, quo tempore nuces et amygdala frugesque aliae ac poma esui apta sunt, condito plena, se ex cochlea effundente, quisquis astantium vellet, miscebat praebebatque delicias, cunctis quidem haud dubie thymelicis, iis tamen amplius qui ex organis contentiusque psallebant. in gradibus consistens omnis populus et magistratus una cum officialibus imperatoris comitatum implebant, medium habentes, in ea scilicet quam dicebam marmorea apside, si quando adesse contingeret, etiam scholarum domesticum cum excubito et duobus factionum, Prasiinae scilicet atque Venetae, tribunis, ita ut Venetae quidem factionis tribunus staret iuxta domesticum scholarum, Prasiinae vero tribunus iuxta excubitum; sin autem quandoque domesticum excubitumque deesse contingeret, eos saltem habentes quos diximus tribunos. horum omnium inspector erat imperator, omni iucunditate repletus, in aureo gemmisque distincto sedens solio, nec prius surgebat, ut libris bellica ipsaque imperatorum domestica continentibus statutum est, quam gesticulationibus eiusmodi civiumque tripudio delectatus esset. ita haec, inque eum usum a Theophilo extracta. tanto autem horum amore tenebatur, ut consuetas causarum lites in Triconcho ipso dirimeret et quotidie ad ipsum procederet: cui etiam a fronte portae argen-

γύρου κατεσκευασμένης τῶν πυλῶν ἀνεστήκυστά ἐστιν ὄροσθι τέσσαρσι κίοσι μετεωρίζομένη ἐκ Θεσσαλικοῦ, τοῦ καὶ πρῶτου, λίθου. ἀπὸ τοῦ δὲ ταύτης καὶ κατὰ μέτωπον, πλησίον δὲ τῶν εἰρημένων ἀναβαθμῶν, κατὰ τὸ πρὸς δυσμὰς μέρος τοῦ Σίγμα τρικλίνοι περικτότες τῷ Θεοφίλῳ ἐξωκοδόμηται. Πυξίτης ὄνομα τῷ ἐνί τε καὶ κατωτέρῳ, ἄτερος δὲ ἀνώνυμος μὲν ἀνώτερος δέ, καὶ αὐτοῦ τὸν βυσίλειον κλῆρον ἐν ἑαυτῷ διαιτῶσθαι λαχόν. τοῦτον δὲ Πυξίτου κατὰ τὴν πλευρὰν στίχοι λελατόμηται, ἀσηκῆτις ὄντες γεννήματα Στεφάνου μὲν ἔχοντος τοῦνομα, οὕτω δὲ D
 10 τοῦ Καπετωλίτου προσαγορευομένου. οἱ δὲ κατὰ τὸν τοῦ Σίγμα περιδρομον ἐγκολαφθέντες τοῦ οἰκουμενικοῦ διδασκάλου (Ἰγνάτιος αὐτός ἐκαλεῖτο) τεγγάνουσιν. κατὰ τὸ ἐδώνυμον δὲ μέρος, ὡς πρὸς ἀνατολὰς τοῦ Σίγμα, ἕτερός τις τρικλίνοσ ἐξήρηται, ὃς Ἔρος μὲν ἐπικέκληται, ὄπλοθήκη δὲ αὐτῷ ἐχρημάτιζεν. ἐντεῦ-
 15 θεν οὐκ ἄλλο τι ἢ ἱστορημένασ ἀσπίδας καὶ ὄπλα παντοῖα ἴδοι τις ἐν αὐτῷ, καὶ ταύταισ τοὺσ τοίχουσ διαιμορφομένασ, ὡσ τὸ εἰκόσ. καὶ τὰ μὲν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Τρικόνυχου ἄχρι δὲ τῶν δυσμῶν οὕτωσ ἐνεστιν ἰδεῖν τοὺσ ἀνεγχευμένουσ οἴκουσ ἐκεῖ. κατὰ δὲ τὸ πρὸς ἀνατολὰς μέρος ἴδοισ μὲν καὶ τὸν Μαργαρίτην προσαγορευόμενον. P 89
 20 τρικλίνοσ οὕτωσ ἐκ βάρων τῷ Θεοφίλῳ ἀνεστηκόσ, ὃσ ὀκτώ μὲν κίοσιν ῥοδοποικίλοισ τὸν ὄροφον στηρίζεται, τοὺσ τοίχουσ δὲ ζῳίοισ πεποικιλμένουσ παντοδαπῶσ καὶ τὸ ἔδαφοσ ἔχει ἐκ Προικοννησίου λίθου καὶ συγκοπῆσ ἄπαν κατεστρωμένον. ἴδοισ δὲ καὶ τοῦ ἐν

20 ἐνεστηκόσ· ὁ P

22 καὶ om P

teae sublime quattuor columnis Thessalici marmoris, quod est viride, tectum imminet. e regione autem illius et a tergo, haud procul ab iis quos diximus gradibus, ad Sigma occidentalem partem, quae exstant triclinia, Theophilo auctore sunt exstructa. Pyxites nomen uni ac inferiori: alterum, quod est superius, caret nomine, in quo etiam palatini clerici vestiri solent. ad Pyxitis latus insculpti sunt versus, Stephani a secretis Capetoliti vena producti: qui autem in Sigma porticu exstant exarati, Ignatii sic nuncupati universalis magistri, ingenii monumenta sunt. ad laevum latus, velut ad Sigma orientalem partem, aliud quoddam triclinium imminet, cognomento Eros; quod illi armorum penus erat. hinc non aliud quis in eo videat quam clipeos omnisque generis arma in parietibus depicta, inque illis, ut par est, coloribus manumque ac penicillo expressa. inque eum modum a Triconcho ad occiduas usque partes excitatas ibi aedes liceat conspiceri: ad orientem autem etiam videas quam vocant Margaritam. est autem illa triclinium a fundamentis a Theophilo excitatum, cuius tectum columnae octo Rhodio marmore variae fulciunt: muri omnis generis pictis animalibus variegati, pavementum omne Proconnesio stratum lapide et tessellatum. videre etiam licet or-

αὐτῶ κοιτῶνος ἐκ τεσσάρων μὲν κίωνων Βαθυίνων τὸν χρυσοῦ κα-
τάστικτον κύκλον τῆς ὀροφῆς ἀνεχόμενον, ἐκ τεσσάρων δὲ Θεττα-
λικῶν τὰς στοὰς ἀνεγερμένους καὶ βασταζόμενας, τοῦ τε ἀνατο-
λικοῦ μέρους καὶ τοῦ μεσημβριοῦ, τοὺς τοίχους δὲ καὶ τὸ ἔδαφος
ὁμοίως τοῖς Μαργαρίτου κατεστρωμένα λαμπρῶς. οὗτος μὲν ὁ 5

B κοιτῶν εἶχεν ἐν ἑαυτῷ διαιτώμενον τὸν Θεόφιλον ἀπὸ τῆς ἑαρινῆς
μεσημερίας μέχρι τῆς μετοπωρινῆς καὶ αὐθις· ἄρτι δὲ τῆς χει-
μερινῆς γειτνιαζούσης τροπῆς κατὰ τὸν ἄλλον μετακίετο κοιτῶνα
τὸν κατὰ τὸν Κυριανὸν τρίκλινον, καὶ αὐτὸν ὑπ' ἐκείνου ὠκοδο-
μημένον διὰ τὰς τῶν νότιων ἰσχυροτέρας καὶ βιαιοτέρας πνοάς· ὁ 10
καὶ νῦν τοῦ παππίου ἔστιν ἰδεῖν καταγώγιον. οὐχ ἦττον δὲ κατό-
ψει καὶ τὸ ἐκεῖσε δὴ ἡλιακὸν ὑπ' ἐκείνου καταβεβλημένον κατὰ
πρόσωπον τοῦ βορρᾶ, ἐξ οὗ δὴ ὠρᾶτο καὶ τὸ παλαιὸν τζουκανι-
στήριον, ἐκεῖσε τηρικαῦτα τυγχάνον, ἔνθα καὶ ἡ νέα ἔκτισται ἐκ-
κλησία καὶ αἱ δύο φιάλαι εἰσὶν καὶ τὸ μεσοκῆπιον ὑπὸ Βασιλείου 15

C τοῦ αἰοιδίμου γενόμενα βασιλέως. καὶ πρὸς μὲν τὸ ἀνατολικὸν
μέρος αὐτὰι αὐτοῦ αἱ οἰκοδομαί· πρὸς δὲ τὸν νότον πρῶτον μὲν
αὐτὰ τὰ ἡλιακὰ προτείνας, ὡς ἡμῖν πρότερον εἴρηται, καὶ τοὺς
νῦν ὄντας κήπους ποιήσας κουβούκλεια προσεδείματο, τὸν τε Κα-
μιλᾶν οὕτω λεγόμενον καὶ τὸ πλησίον ἐκείνου κουβούκλειον δευτέ- 20
ρον καὶ τὸ τούτου πάλιν κατὰ τάξιν πλησίον τρίτον, ὃ καὶ νῦν τῆς
Ἀγγούσιης ἔστι βεστίαριον. ἀλλ' ὁ μὲν Καμιλᾶς ἔξ κίοσιν ἐκ
Θετταλικῶ λίθου, τοῦ καὶ πρασίνου, τὴν χρυσοκατάστικτον ὀρο-

7 ἰσημερίας?

μεσοπωρινῆς P

bem camerae cubiculi quod illic est, auro distinctum et quattuor columnis
Bathuinis suffultum; quattuor item Thessalicis sustentatas porticus, tum
orientalis lateris tum meridialis. eius parietes et pavementum magnifice
strata perinde ac Margaritae. versabatur in eo cubiculo Theophilus ab
aequinotio verno ad aequinotium autumnale ac deinceps. iam autem
appetente hiemali solstitio ad aliud cubiculum in Cariani triclinio com-
meabat, quod ipse construxerat; in quo ab australium ventorum vehe-
mentioribus flatibus se protexeret. cubiculum hoc nunc papiae domici-
lium est. nec minus videbis, quod illic exstat, sic dictum Solare ab eo
ad aquilonem fundatum; ex quo conspiciebatur, quod tunc illic erat,
vetus Sphaeristerium, ubi et nova exstructa ecclesia; suntque duae phia-
lae et hortus interior, ab inclitae memoriae Basilio imperatore effecta.
et quidem ad plagam orientalem haec sunt eius aedificia: ad austrum
vero, productis primum Solaribus, uti superius diximus, hortisque, qui
nunc sunt, constitutis, praeterea etiam cubicula exstruxit, quod Camilam
vocant, alterumque illi vicinum; quodque iterum prope illud ordine ter-
tium est: ac modo Augustae vestium penus (hoc est vestiarium) est.
ceterum Camilas, sic dictum cubiculum, tectum quidem habet auro
distinctum, quod columnae sex Thessalici lapidis (hoc est viridis) sublime

φὴν μετεωριζόμενος, τῶν δὲ τοίχων τὰ κάτω μὲν ἔχων ἕξ ὁμοίων κατεστρωμένα πλακῶν, τὰ δ' ἄνω ἐκ χρυσοανγῶν ψηφίδων ἀγάλ- D
ματὰ τινα τρυγῶντα καρπούς, ἔτι δὲ καὶ τοῦδαφος ἐκ λίθων Προικοννησιῶν, συνωκοδομημένον ἔχει καὶ εὐκτήριον, δύο περιέ-
5 χον βήματα, ἔν μὲν εἰς ὄνομα τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης Θεοτόκου, θάτερον δὲ εἰς ὄνομα τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαήλ. ὑποβεβηκὸς δὲ τούτου μεσόπατόν ἐστιν, ὃ τὴν μὲν σκοπιὰν διὰ μαρμαρίνου κλου-
βίου πρὸς τὸν Χρυσοτρικλινον ἔχον εἰς βιβλιοθήκην ἀφώρισται παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ φιλοχρίστου πορφυρογεννήτου βασιλέως *
10 οὔπερ τὸ ἀριστητήριον αὐθίς ἐστιν ἐκ λίθων μὲν Βαθυίνων τοὺς τοίχους ἔχον λελαμπρυσμένους, ἐκ συγκοπῶν δὲ καὶ διαφόρων χροῶν τὸ ἔδαφος πᾶν. τὸ δὲ μετὰ τὸν Καμιλαῶν κουβούκλειον P 90
δεύτερον, τὴν ὄροφὴν ὁμοίαν τῷ προτέρῳ ἔχον καὶ ὑπὸ τεσσάρων κίωνων ἐστηριγμένον δοκιμίων, τὸ ἔδαφος ἐκ Προικοννησίου λίθου
15 κατέστρωται, τῶν τοίχων, ὡς τὸ πρότερον, τὸν μὲν αἴρα ἐκ χρυσοειδῶν ψηφίδων ὄλως κατηγλαϊσμένον φέρον, δένδρα δὲ τινα καὶ ποικίλματα ἐκ πρασίνων ἔχοντα τὸ λείπον ψηφίδων ἀναπληρού-
μενον. τὸ τούτῳ δὲ ὑποβεβηκὸς, ὃ καὶ Μεσόπατος λέγεται, εἰς οἰκῆσιν τῶν τὴν γυναικωνίτιν πεπιστευμένων καρτζιμάδων ἐστίν.
20 τὸ δὲ τρίτον μετὰ τοῦ κουβουκλείου, τὸ καὶ νῦν τῆς Ἀυγούστης B
βεστιάριον χρηματίζον, ὁμοίαν ἔχει τούτοις τὴν ὄροφὴν καὶ τοῦ-
δαφος ἐκ λευκοῦ λίθου Προικοννησίου κατεστρωμένον, τοὺς τοί-

15 ὡς τὸ add Combesisius.

fulciunt. parietum inferiores quidem partes similibus marmoreis crustis constratae sunt; superiores vero exhibent statuas quasdam ex tessellis compositas, quae poma decerpunt. praeterea vero etiam pavimentum ex Proeconnesio lapide stratum. una quoque exstructum oratorium, duo continens altaria, alterum sanctissimae dei genitricis nomine, alterum Michaelis principis caelestis militiae. subiectus ei xystus, per clatrum marmoreum in triclinium Aureum adspectans, bibliothecae usui addictus a Christi amante Constantino Porphyrogenneto; cuius rursus cenaculum parietes quidem ex Bathuino lapide splendoros habet, pavimentum vero omne ex tessellulis marmoreis varii coloris compositum est. quod Camilam sequitur alterum cubiculum, tectum priori simile habet, Dociminis quattuor columnis subnixum, pavimentum Proeconnesio stratum lapide. parietum aërem (inferiores scilicet partes) quemadmodum primum cubiculum aureis tessellis ubique exornatum habet: reliquum vero, ubi deficiunt tessellulae, arbores quaedam versicoloreque figurae implent ex Prasino marmore. huic subiectum cubiculum, quod et medius xystus seu ambulacrum dicitur, exsectorum gynaeceo praefectorum domicilio additum est. tertium denique, una cum cubiculo, quod nunc Augustae vestium penus est (id est vestiarium), simile his tectum habet. pavimentum candido lapide Proeconnesio stratum; parietes omnes, non tunc qui-

χοις δὲ ἅπαντας ὑπὸ εἰκόνων ὕστερον ἄλλ' οὐ τότε καταγλαϊοθέν-
τας ὑπὸ τοῦ υἱοῦ Μιχαήλ. τὸ τούτω δὲ ἠνωμένον καὶ συμπεφυ-
κὸς κατώγειον ἐπτα μὲν κίοσι Καριανοῖς τὴν ὄροφὴν στηρίζεται,
πέντε μὲν πρὸς μεσημβρίαν δύο δὲ πρὸς ἀνατολήν, τοίχοις δὲ δύο
ὠχύρωται, ἐκ πλακῶν Ῥωμαίων καὶ Πηγανουσίων καὶ Καριανῶν, 5

- C** πρὸς δὲ καὶ πρασίνων καλλωπιζόμενοις ποταμιῶν Θετταλικῶν·
Μουσικὸς οὗτος κατονομάζεται διὰ τὴν τῶν μαρμάρων ἀκριβῆ
συγκοπὴν, ὅθεν καὶ τὴν τοῦ ἐδάφους λείωσιν ἐκ διαφόρων μὲν
σχημάτων ἐκ διαφόρων δὲ καὶ ὠραίων λίθων ἐξηρητυμένην ἔχει.
εἴποις ἂν αὐτὸ ἰδὼν λειμῶνα εἶναι διαφόρους ἄνθεσι βρούντα. 10
τούτω πρὸς μὲν δύσιν κατὰ πλευρὰν κουβούκλειον ἠνωται τὴν τῶν
μαρμάρων ὠραιότητα κατὰ πάντα φέρον ἐφόμοιον, ἔτι δὲ καὶ κίοσι
πέντε Καριανοῖς, τρισὶ μὲν πρὸς μεσημβρίαν δύο δὲ πρὸς δυσμᾶς,
D τὴν ὄροφὴν βαστάζουσιν. ἕτερον δὲ πρὸς πόδας τούτου ἐστίν,
εἰς δύο μὲν δόμους διηρημένον, τῷ Ἀγγοστικῷ δὲ πλησιάζον 15
κοιτῶνι· ἐνθα καὶ Λέων ὁ φιλόχριστος βυσιλεὺς εὐκτῆριον τῆς
ἁγίας Ἀννης ἐδειμάτο καὶ αὐτὸ ἐκ τεσσάρων μὲν κίωνων Βαθύτων
τὴν ὄροφὴν ἀνεγειρόμενον, τὸ ἔδαφος δὲ ἐκ λίθου λευκοῦ Προϊ-
κοννησίου, πρὸς τοὺς τοίχους ἐκ Βαθύτων πλακῶν διαμορφώμε-
νον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τῷ τῆς Ἀγούστης πλησιάζει κοιτῶνι, ὡς 20
ἔφαμεν· ἐκεῖνο δὲ τὸ πρὸς δύσιν τοῦ Μουσικοῦ τὴν μὲν κάθοδον
ἐν τῷ προρρηθέντι ἔχει κοιτῶνι διὰ κλίμακος, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν
P 91 εἴσοδον· εἰσάγει δὲ καὶ πρὸς τὸ καινούργιον, κοιτῶνα καὶ τρίκλι-

23 κινούργιον P: cf. p. 204 B.

dem sed postea, Michaelae Theophili filio imperatore, pictis imaginibus egregie ornati. eius quod huic coniunctum cohaerensque diversorium est, tectum columnis septem Carianis fulcitur; quinque ex meridiali plaga, duabus ex ea quae ad orientem spectat, muro duplici munitur, quibus porphyretici Peganusiique et Cariani, necnon et Prasini, undulati denique Thessalici marmoris crustae ornamentum praebent. appellatur diversorium istud ac aula Musicus ob marmorum vario colore compositorum insignem elegantiam, unde et pavimenti faciem ex diversis figuris diversisque ac pulcherrimis lapidibus egregie concinnatam habet. dicas videndo pratum esse diversis floribus scatens. huic ad occidentale latius aliud cubiculum adhaeret, eadem marmorum elegantia instructum. ad haec tectum illius columnis quinque Carianis, tribus ad meridiem, duabus ad occasum, sustentatur. aliud vero est ad eius pedes, in duas aedes divisum, haud longe ab Augustae sacro cubiculo; ubi etiam Christi amans Leo imperator sanctae Annae exstruxit oratorium; cuius ipsius tectum columnis quattuor Bathuinis fulcitur, pavementum ex Proconnesio candido lapide, ad parietes Bathuini marmoris crustis distinctum. verum istud Augustae sacro cubiculo vicinum est, uti diximus: quod autem ad Musici occidentum latius est, ita consertum est ut ex illo per scalam in sacrum idem cubiculum descensus atque aditus pateat. inducit vero et

τον ὄν Βασίλειος ὁ αἰοίδιμος ἔκτισε βασιλεύς, καὶ πρὸς τὸν πόρ-
 τικα τοῦ πέμπτου κουβουκλείου, ἐν ᾧ τὸ τοῦ ἁγίου Παύλου εὐ-
 κτήριον ὑπὸ Βασιλείου τοῦ αἰοίδιμον ἴδρται βασιλέως.

44. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀνακτόροις κατὰ τε βορρᾶν καὶ
 5 νότον ὑπὸ Θεοφίλου μὲν ἀνωκοδόμηται, ὑφ' ἡμῶν δὲ ἱστορία πα-
 ρουδίδονται, ὅτι μὴ βουλόμεθα τὰ ἐκείνου ἔργα, ὁποῖά ποτ' ἂν ἦ,
 λήθῃ παραδίδοσθαι, εἰς διάγνωσιν τῆς ἐκείνου περὶ τὸν βίον προ-
 αιρέσεως. ἀλλὰ καὶ τοὺς τρικλίνονας, τὸν τε οὕτω καλούμενον Λαυ- B
 σιακόν, προσέτι δὲ μὴν καὶ τὸν Ἰουστινιανοῦ, ἐκείνος τοῖς χρυσο-
 10 εἰδέσι ψήφοις ἐκόσμησε· καὶ τὴν καλάθωσιν ἐκ τῶν Βασιλίσκου
 τοῦ τυράννου παλατίων μεταγαγὼν τῷ Λαυσιακῷ περιέθῃκεν. καὶ
 ἕτερον δὲ τρίκλινον μετὰ τεσσάρων κουβουκλείων σεμνῶν τε καὶ
 λάμπρῶν, ὧν τὰ δύο μὲν πρὸς τὸ μεσόπατόν τοῦ δευτέρου κουβου-
 κλείου τοῦ μετὰ τὸν Καμιλαῖν, ὑπὸ τεσσάρων ἀψίδων τὴν χρυσοειδῆ
 15 ὄροφὴν ἔχοντα, πρὸς τὴν Πορφύραν εἰσίν, ἣτις οὕτω λέγεται διὰ
 τὸ τὴν δέσποιναν ἐκεῖσε ἔκπαλαι διανέμειν τὸ ὄξυ ταῖς ἀρχοντίσσαις C
 κατὰ τὸν τῶν βρουμαλίων καιρόν· ἕτερα δὲ δύο πρὸς τὸ μέρος τοῦ
 Λαυσιακοῦ, ἐξ ὧν καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχει κατασκοπὴν, εἰργάσατο
 μὲν, ἐκ λίθου Προικοννησίου τὰ ἐδάφη καταστρώσας αὐτῶν, καὶ
 20 ἐκ χρωμάτων ἀλλ' οὐ μαρμάρων τοὺς τοίχους ὠραΐσας, ὑπὸ ἐμ-
 προημοῦ δὲ ὁμῶς ἀφανεῖα παρεδόθησαν. καὶ Θέκλα δὲ ἣ τούτου
 πρώτη θυγάτηρ τὸ κατὰ τὰς Βλαχέρνας κουβούκλειον, ἔνθα καὶ

ad novae fabricae cubiculum tricliniumque, a Basilio inclitae memoriae
 imperatore conditum: ad porticum item quinti cubiculi, quo loco exstat
 sancti Pauli oratorium, ab inclitae memoriae Basilio imperatore exci-
 tatum.

44. Haec in palatio ad aquilonem et austrum a Theophilo constru-
 cta aedificia, nobis autem, qui nolumus aliquid eorum quae gessit,
 quicquid tandem illud sit, oblivioni tradi, quo nimirum eius animus de-
 merendi cives neminem lateat, literarum monumentis tradita. sed et tri-
 clinia, tum cui Lausiaci nomen tum quod Iustiniani aedificatio est, auro
 rutilis tessellulis ornavit; capitula quoque ex Basilisci tyranni palatio
 translata Lausiaco adhibuit. aliud item triclinium cum quattuor splen-
 didis ornatisque cubiculis, quorum duo versus mesopatium xystumque
 secundi cubiculi, quod est post Camilam, tectum auro rutilum quadru-
 plici apside habentia, ad Porphyram dirigunt. palatii locus est ita di-
 ctus, quod illic more olim recepto Augusta nobiles matronas sub bru-
 malium tempus coccino purpuraque impartiat. duo alia cubicula ad par-
 tes Lausiaci, ex quibus etiam in ipsum aspectum habet, exaedificavit,
 pavimento strato Proeconnesio lapide ac parietibus vario colore, quan-
 quam non ex marmore, ornatis; quae tametsi talia erant, incendio per-
 ierunt. sed et Thecla eius filiarum natu maxima cubiculum, ubi et

τὸ τῆς πρωτομάρτυρος Θεκλῆς εὐκτήριον ἴδρυνται, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἤγαγεν εὐμορφότατον· ἐκεῖσε δὲ καὶ τὸν βίον οὔσα κλινοπετῆς ἐξέλιπεν.

P 92

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ
ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΘΕΟΦΙΛΟΥ.⁵

Λ Ο Γ Ο Σ Δ.

Τοιούτῳ μὲν τέλει βίον ὁ Θεόφιλος ἐχρήσατο, τὴν δὲ βασιλείαν Μιχαὴλ ὁ τούτου υἱὸς διεδέξατο, τρίτον ἔτος διανύων ἀφ' οὗ εἰς τὸν βίον προήχθη τῇ μητρὶ αὐτοῦ Θεοδώρᾳ. τῶν δὲ πραγμάτων ὑπῆρχον φροντισταὶ καὶ ἐπίτροποι οὓς ὁ Θεόφιλος κατέλιπεν, ὅτε **Β** τε Θεόκτιστος ὁ εὐνοῦχος, τηρικαῦτα κανίκλειος καὶ λογοθέτης τοῦ δρόμου τυγγάνων, καὶ ὁ πατρίκιος Βάρδας ὁ τῆς Ἀυγούστης ἀδελφός, καὶ Μανουὴλ ὁ μάγιστρος ἐκ τῶν Ἀρμενίων καταγόμενος, ὃς καὶ θεῖος ἀπὸ πατρὸς τῆς δεσποίνης ὑπῆρχεν. ἐπεπήγει μὲν οὖν τὰ πολιτικά, καὶ καλῶς τέως τὰ πράγματα διηρθάνετο, **15** ἔμελλε δὲ καὶ ἡ τῶν θείων εἰκόνων προσκύνησις ἀνακαινίζεσθαι τε καὶ πρὸς τὴν ἀρχαίαν παλαιοδρομεῖν αὐτίς τιμῆν. καὶ δὴ Μανουὴλ νόσω πιέζεται δεινῇ καὶ χαλεπῇ· πρὸς ὃν εισρέοντες μοναχοὶ **P 93** τοῦ Στουδίου (καὶ γὰρ ἦν αὐτῷ πίστις οὐκ ἀγεννῆς πρὸς αὐτούς)

Theclae protomartyris oratorium est, cum sit pulcherrimum, a fundamentis excitavit; quo etiam loco in lecto decumbens vivere desiit.

MICHAELIS THEOPHILI F. IMPERIUM.

LIBER IV.

Istiusmodi vitae finem nacto Theophilo Michael eius filius, illius successor, imperium capessivit, annos tres natus, ex quo eum parens Theodora partu effuderat. rerum curatores ac procuratores fuerunt, quos ei pater reliquerat, Theoctistus eunuchus per id tempus caniclio praefectus ac dromi logotheta, Bardasque patricius ac Augustae frater, nec non Manuel magister ex Armeniis oriundus, qui et Augustae patruus erat. firmato itaque rei publicae statu, et cum rerum hactenus recta gubernatio foret, futurum erat ut et imaginum cultus instauraretur pristinumque honorem illae rursus reciperent. ad Manuelem itaque diro morbo gravique conflictatum ingressi Studiani monachi, quippe quibus ille fidei

ἀνάκλησιν τῆς ὑγείας ὑπισχυοῦντο. ῥαδίαν τε καὶ ταχεῖαν γενέσθαι, ἦν μόνον τὴν τῶν ἁγίων προσκύνησιν εἰκόνων αὐτός τε θελήσῃ καὶ τοὺς κρατοῦντας πείσοι θεσπίσαι ἀπανταχοῦ. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ὄρων πολλοὶ τῶν θεοφόρων πατέρων προσφιλεῖς 5 τούτῳ τυγχάνοντες, ἐκεῖθεν τὰς ἀρχὰς πρὸς αὐτὸν λαβόντες ὅτε τῶν Ἀρμενιαικῶν ἐστρατήγει, προσφοιτῶντες καὶ ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις παρακαλοῦντες ἔπεισαν ὁρθὰ φρονῆσαι ποτε καὶ τὸ ποθούμενον ὑποσχέσθαι αὐτοῖς, εἰ μόνον ῥάων γένοιτο· ὃ καὶ γέγονε τῇ αὐτῶν πρὸς τὸν θεὸν εὐχῇ καὶ σπουδῇ. (2) ἐπεὶ γοῦν οὗτος τῆς 10 νόσου ἀπήλλακτο καὶ οἱ μοναχοὶ τῆς πρὸς τὸ πρᾶγμα σπουδῆς οὐκ B ἤμέλουν, ἀλλὰ παρακλήσεσι χρώμενοι τῶν πρὸς θεὸν ὑποσχέσεων ἡξίουν μεμνησθαι, πλήρη τοῦτον τοῦ θεοῦ ζήλου εἰργάσαντο· καὶ δὴ τοῖς συνεπιτρόποις ἀνακοινώσας τὰ τῆς βουλῆς, καὶ πείσας ὡς ἔστι καλὸν ἀρχὴν δεξιὰν τοῖς πράγμασιν ἐπιθεῖναι, καὶ 15 μεταρροθμίσας αὐτοὺς καὶ πρὸς τὸ ἑαυτοῦ βούλημα ἀγαγών, πρὸς τὴν Θεοδώραν εἰσήει τὰ περὶ τῆς ὑποθέσεως κοινολογησόμενος. καὶ ἐκείνη μὲν Θεοφιλῆς καὶ ὄντως βασίλεια, ἐπεὶ περὶ τῆς ὁρθοδοξίας ἤκουσε, "τοῦτο" ἔφη "καὶ δι' ἐπιθυμίας ἦγον ἄει καὶ μελετῶσα διέλειπον οὐδαμῶς· ἀλλ' ἢ τῶν πολλῶν συγκλητικῶν 20 καὶ τῶν ἐν τέλει τῇ τοιαύτῃ προσανακειμένων αἰρέσει πληθὺς ἐκώ- C λυεν ἄχρι τῆς σήμερον, οὐχ ἥτιόν δὲ καὶ οἱ τῆς ἐκκλησίας ὑπερμαχοῦντες μητροπολίται, καὶ μάλιστα ὁ πατριάρχης, ὃς μικρὰν

14 ὑποθεῖναι? cf. 1 19.

plurimum habebat, facili negotio citoque recuperandam sanitatem pollicentur, si modo tum ipse sanctarum imaginum cultum approbet, tum illius quovis loco sancienti imperatoribus auctor existat. multi praeterea ex aliis montibus divinatorum patrum Manuelli amicitia iuncti ex eo tempore quo is Armeniacorum dux erat, ad eum venientes eademque rogantes ad rectum tandem eum sensum trahunt, et ut quod ipsis in votis erat polliceatur, si solum morbo levaretur; quod et illorum ad deum precum instantia consecutus est. (2) postquam itaque ille morbo liberatus est, nihil rem monachi negligendam ducunt, sed obsecrando eorum quae sancte deo pollicitus esset meminisse rogabant; qua admonitione divina aemulatione eius prorsus animum incenderunt. communicato itaque cum sociis procuratoribus consilio, cum illis persuasisset operae pretium esse bono statu ab exordio ipso componere, illisque in suam traductis sententiam, ad Theodoram ingreditur ea de re commune consilium habiturus. at illa, quippe religiosa matrona vereque regina atque Augusta, ubi de recta fide audivit, "hoc" inquit "semper et desideraveram, nec versare animo unquam cessabam, etsi hactenus plurimum senatorum procerumque, qui illi studeant haeresi, ingens deterruit numerus, ne quid hactenus eius rei molirer. nec minus qui tuendae ecclesiae sibi partes vindicant, metropolitae omniumque maxime patriarcha. is nam-

ἔχοντα τῆς τοιαύτης αἰρέσεως τὸν ἕμὸν ἄνδρα τὴν ῥίζαν ἐκ τῶν γονέων ἐπὶ πλεῖον ἠϋξήσέ τε καὶ στερεωτέραν εἰργάσατο ταῖς αὐτοῦ εἰσηγήσεισί τε καὶ πικραῖς παρανέσεσιν, εἰς χαλεπὴς αἰκίας καὶ βασάνους ἐκτραπήναι τοῦτον ποιήσας, ὡς ἐκεῖνος ὁσημέραι κατὰ τῶν ἁγίων εὖρηκεν, ἀλείπτῃς τε καὶ διδάσκαλος τῶν τοιοῦ- 5 των κακῶν ὁ ἄθλιος γεγονώς.” “καὶ τί γοῦν οὕτω, δέσποινα, φρονοῦσάν σε καὶ βουλευομένην τὰ κάλλιστα τὸ κωλύον ἐστίν”

D ἀντέφησαν “μὴ καὶ εἰς ἔργον ταῦτα ἀχθῆναι καὶ τὴν πάνδημον ταύτην κελεῦσαι εἰς πέρας ἐλθεῖν ἑορτήν;” εὐθὺς γοῦν μετακαλεσαμένη τὸν τῆς βίβλης δρουγγάριον (Κωνσταντῖνος δὲ οὗτος ἦν, 10 ὁ τοῦ πατρικίου Θωμᾶ καὶ μετὰ ταῦτα γεγονότος λογοθέτου τοῦ δρόμου πατῆρ) δηλοῖ τῷ πατριάρχῃ ὡς πολλοὶ πολλαχόθεν συνελθούτες εὐλαβεῖς τε καὶ μοναχοὶ δέησιν ἐποιήσαντο πρὸς τὴν βασιλείαν ἡμῶν τοῦ τὰς πανσέπτους κελεῦσαι ἀναστηλωθῆναι εἰκόνας. εἰ μὲν οὖν ὁμολόγος εἶ τούτοις καὶ σύμφωνος, καὶ δὴ τὸν 15

P 94 παλαιὸν κόσμον ἢ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία ἀπολαμβανέτω· εἰ δ' ἀμφίβολος καὶ τὴν γνώμην οὐκ ἔχων εὐθῆ, τοῦ μὲν θρόνου ἕξω γενοῦ καὶ τῆς πόλεως, κατὰ δὲ τὸ προάστειόν σου μικρὸν διάβηθι, μέχρις ἂν σύλλογος τῶν ἁγίων πατέρων γένηται μετὰ σοῦ· οἶδε γὰρ ἔτοιμοι διαδικάζεσθαι τε καὶ διαλέγεσθαι καὶ πείθειν σε περὶ τούτων 20 κακῶς λέγοντα.” (3) κατὰ τὸν ἐν τῷ πατριαρχείῳ Θεσσαλὸν (τρίκλινος δὲ οὕτω κατονομαζόμενος) τηρικαῦτα ἀνέκειτο ἐπὶ σκίμπος, τὰς βασιλικὰς ἀγγελίας δεχόμενος· ὃς ἅμα τῇ ἀκοῇ τῶν

que, cum maritus exiguam quandam huius haeresis radicem a maioribus traxisset, eam longe auxit doctrinisque suis ac crebris hortamentis robustiorem fecit, auctor nimirum illi effectus, ut ad verbera tormentaque adiceret animum, quorum quotidie adversus sanctos novus artifex erat, taliumque ei malorum miser incensor ac doctor fuit.” tum illi “ecquid vero causae est, Augusta, cum sic sentias ac optime consulas, quidve impedit, ne hoc opere impleas hancque communem totius plebis laetitiam festamque lucem peragi iubeas?” statim ergo accersito biglae Drungario (erat hic Constantinus Thomae patricii postmodumque dromi logothetae pater) patriarchae denuntiat plures undique viros pietate spectabiles, monachos item convenientes supplicationem Augustis obtulisse, ut omni colendas veneratione imagines restitui iubeat. si igitur ita confitearis hisque consentias, dei ecclesia vetus ornamentum recipiat; sin autem haesitas nec recte sentis, relicta sede ac urbe in suburbanum tuum tantisper recede, dum sancti patres una tecum conveniant. his enim in promptu est ut iudicio tecum contendant ac disputent, maleque de imaginibus loquenti ac sentienti, quod sanioris mentis sit, suadeant. (3) erat Iannes in patriarchalium aedium triclinio, quod Thessalum vocant, in lectulo iacens, cum ad eum regia mandata perlata sunt; moxque auditis

λόγων βληθεὶς τὴν ψυχὴν τὸν μὲν ἀποκομιστὴν τούτων, οὐδὲν ἕτερον φήσας ἢ βουλευέσθαι περὶ τούτων καλῶς, ἅμα τῷ λόγῳ B ἀπέσταλκεν, καὶ θῆτον ἢ λόγος ἐγχειρίδιόν τι λαβὼν τὰς κατὰ γαστέρα φλέβας ἀπέτεμεν, ἃς ἴδει δειλίαν μὲν καὶ οἶκτον ἐκ τῆς 5 τοῦ αἵματος δαιψιλοῦς ἐκχύσεως ἀποτεκεῖν τοῖς πολλοῖς, θάνατον δὲ ἢ τινα κίνδυνον οὐδαμῶς. Θροῦς οὖν καὶ βοῇ εὐθύς τις περιήχει τὴν ἐκκλησίαν, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὰς βασιλικὰς ἀκοάς, προφθάνουσα τὸν δρογγάριον, ὡς ἢ δέσποινα ἐκ κελεύσεως τὸν πατριάρχην κατέσφαιζεν. τῶν γοῦν λεγομένων ἑταστῆς ἀκριβῆς 10 ὁ πατριχίος Βάρδας ἀποσταλεὶς αὐτὰς τε τὰς πληγὰς ἐκ προνοίας γενομένης ἤρέμα πως κατεφώρασεν, καὶ τὸ δράμα τὸν ἔλεγχον οὐ C διέφυγεν, αὐτῶν τῶν θεραπόντων κατειπόντων αὐτοῦ, καὶ τὰ τῆς τομῆς ὄργανα (φλεβοτόμα δὲ ἦν) εἰς μέσον καθυποβαλλόμενα. ἔκτοτε οὖν οὐδενὸς . . , ὡς ἐπὶ τοιαύτῃ αἰτία καὶ γνώμῃ αὐτοφόνῳ 15 ἐπειλημμένος, ἀπηλαύνετο μὲν καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξωθεῖτο ὁ ἀλιτήριος, κατὰ τὸ προύστειον αὐτοῦ τὸ οὕτω λεγόμενον περιορισθεὶς τὰ Ψυχά, εἰσήγετο δὲ ὁ πολλοῖς πόνοις καὶ κόποις τὰ τῆς ἀρετῆς σώσας ἀδιαλώβητα, καὶ τῆς ἐγχερονίου μὲν καθείρξεως, καὶ ταύτης σαπρώσης, ὡς ἔοικεν, τὴν τῶν τριχῶν ἀπόρροϊαν κληρωσά- D 20 μενος, παρὰ Θεοῦ δὲ καὶ τῆς βασιλίδος Θεοδώρας τὴν τῆς ἐκκλησίας κυβέρνησιν τε καὶ πηδαλιούχησιν· Μεθόδιος οὗτος ἦν ὁ μέγας καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀήττητος πρόμαχος.

animo percussus unum hoc respondit, se de his probe deliberaturum; idque locutus mandatorum latorem dimisit. ac dicto citius arrepto in manus cultello seu lanceola ventriculi venas secat, ex quibus effluente sanguinis copia exterrendum vulgus ac miseratione tangendum sciebat, mortem vero aut periculum aliud nullum sibi creandum timebat. confestim ergo tumultuantium clamor ac vociferatio ecclesiam circumstrepere; quin et ipsas regias aures ante reditum ipsius drungarii occupare, patriarcham imperatrice auctore interfectum esse. missus itaque Bardas patricius, qui rumores istos diligenter exquireret, vulnera de industria inflictasensim deprehendit; nec fabula coargutionis lucem effugit, cum ipsi famuli delatores essent et incisoria venarum instrumenta seu scalpella in medium proferrent. exinde igitur nulla cuiusquam miseratione, ut qui talis reus criminis suaeque ipsius animae insidiator deprehensus esset, expellitur, eiectusque miser ecclesia in suburbanum suum ita dictum Psichae (ac si Micas dicas) relegatur; inducitur vero is qui multis laboribus atque aerumnis integram ac illibatam virtutem conservaverat, ac cui ex diuturno, ut par est, carceris paedore atque foetore pili defluxerant, quanquam ei dei nutu ac Theodorae Augustae assensu ecclesiae gubernatio clavusque debebatur, magnus scilicet invictusque ecclesiae defensor Methodius.

4. Σκόπει δὲ καὶ ὅπως ἐν ταύτῳ συναγαγούσης τῆς γενναίας καὶ τῷ ὄντι βοηθοῦ γεγονυίας τῷ ἀνδρὶ, ἀλλ' οὐκ ἐναντίας, τοὺς ὅποι ποτὲ γῆς ὄντας ὀρθοδόξους, καὶ τὴν παρρησίαν ἀναλαβέσθαι θεσπίσασα "ἄγε δὴ" ἔφησεν, "ὦ κληῖρος Θεοῦ καὶ πατέρες, ἔμοῦ
P 95 τὴν τῶν ἱερῶν καὶ πάνσεπτων ἀναστήλωσιν εἰκόνων ὑμῖν χορηγού- 5
σης καὶ διδούσης ὅτι μάλιστα μου μετ' εὐμενείας, ἀντεπιθεῖναι μοι δικαίαν χάριν καὶ αὐτῇ δεσποίνῃ οὕσῃ βουλήθητε, οὐ ταπεινὴν τινα καὶ μικράν, ἵνα μηδὲ χάρις νομιζοίτο, οὐδὲ τοῖς διδοῦσιν ὑμῖν ἢ ἐμοὶ αἰτουμένη ἀνάρμοστόν τε καὶ ἀσύμφορον, ἐπιτηδείον δὲ καὶ μονίμον καὶ παρὰ Θεῷ εὐυποδέκτον καθεστῶσης καὶ νομι- 10
ζομένης. ἢ δὲ ἔστιν ἢ εἰς τὸν ἐμὸν ἄνδρα τε καὶ βασιλέα περὶ τούτων διαβαίνουσα συγγνώμη τε καὶ συγχώρησις καὶ ἀμνηστία παρὰ Θεοῦ τῆς τοιαύτης διαμαρτίας· ὡς εἰ μὴ τοῦτο γένηται,
B οὗτ' ἐμὲ σχοίητε ἐπακολουθοῦσαν ὑμῖν οὔτε τὴν τῶν σεπτῶν εἰκό-
νων προσκύνησιν καὶ ἀνάρρησιν; ἀλλ' οὐδὲ τὴν τῆς ἐκκλησίας 15
ἀνάληψιν." (5) καὶ ἅμα τὸν λόγον κατέπαυσεν. "ὅτι μὲν οὖν δίκαια," ἢ ὀρθόδοξος ἐκκλησία καὶ ὁ ταύτης ἐξάρχων Μεθόδιος ἔφασαν, "δέσποινα, ἔξαιτῇ, οὐδ' ἡμεῖς ἔχομεν ἀπαναίνεσθαι· δίκαιον γὰρ τοῖς εὐεργέταις καὶ ἄρχουσι τὰς προσηκούσας χάριτας ἀντεπιτίθεσθαι διασιλῶς, ὅταν μὴ τυραννὶς ἄρχῃ χεῖρ, ἀλλ' ἔστι 20
γνώμη Θεοφιλῆς. ἀλλ' οὕτω Θεοῦ δίκην ἡμεῖς τὸν πρὸς ἄλλον

21 οὐ τῆς Θεοῦ δίκης margo Combef.

4. Sed et Theodoraе animum considera, quomodo scilicet generosi pectoris matrona, et quae vere marito adiutor exstiterit, non illi adversata sit, in unum congregatis quotquot usquam erant orthodoxis, factaque regio diplomate libera dicendi sentiendique licentia, sic eos allocuta sit. "eia" inquit, "dei hereditas ac patres mei. cum humanissime sacrarum venerabiliumque imaginum restitutionem vobis indulgeam atque praebeam, rogo ut mihi, quae praesertim domina sim ac Augusta, iustam gratiam munusque reponatis, non id vile aut exiguum, ut nec muneris atque gratiae nomen mereatur, ac tum vobis, qui daturi estis, tum mihi flagitanti haud satis congruum aut utile videatur, sed conveniens illud ac perenne, quodque deo acceptum merito existat ac habeatur, nempe ut viro meo ac imperatori eorum quae in causa imaginum deliquit indulgentia veniaque praestetur, tantumque scelus oblivione a deo deleatur. sin autem minime feceritis, neque me vestra sequentem decreta habebitis, neque venerabilium imaginum adorationem praeconiumque a me impetrabitis, nec vero ecclesiam recipietis." (5) expleto mox sermone, orthodoxa ecclesia, ac qui eius praeses erat Methodius, "iusta" inquit "est, Augusta, petitio tua; neque nos possumus ire infitias. aequi enim ac iusti ratio postulat ut a quibus beneficia consecuti sumus, praesertim principibus, convenientes gratias largiter rependamus, tum praesertim, cum non tyrannica manus imperat, sed mens pia est et religiosa. eum tamen qui in aliam vitam commigravit, a poenis illi a deo

βίον διαβεβηκότα δυνατοὶ ἔξαιρεῖσθαι, τὰ ὑπὲρ ἡμῶς φανταζόμε- C
νοι. δυνατοὶ μὲν ἡμεῖς, καὶ κλείς οὐρανῶν πιστευθέντες παρὰ
θεοῦ, τοῖς βουλομένοις πᾶσιν ἀνοιγνύναι αὐτάς· ἀλλὰ τοῖς κατὰ
βίον τοῦτον ἔτι οἰκονομουμένοις, πρὶν ἀλλαχοῦ μεταστῶσιν· ἔστιν
5 δ' ὅτε καὶ τοῖς μεθισταμένοις, ὅταν τε μικρὰ τὰ σφάλματα ἦ καὶ
μετάνοια τούτοις προσῆν. τοῖς δ' ἤδη μετὰ πονηρῶν ἐλπίδων
ἀπάρασι καὶ πρόδηλον φέρουσι τὴν κατὰγνωσιν οὐχ οἷοί τε τὰς
εὐθύνας διαλύειν τούτοις ἡμεῖς." (6) καὶ ἡ δέσποινα, εἴτ' ἀλη-
θῶς εἶτε καὶ ἄλλως τῷ τοῦ ἀνδρὸς ἀναθερμανθεῖσα φίλτρῳ (ὅπερ D
10 ἔστι, καὶ ἡμεῖς συγκατατιθέμεθα), ἡ μὲν ἐνωμότως τὸν ἱερὸν
ἐκείνον θίασον ἐβεβαίω ὡς μεγάλη τραγωδοῦσης καὶ κατολοφρο-
μένης καὶ πάντα ἐκτραγωδοῦσης κατὰ τὸν τῆς ἐξόδου τούτου και-
ρὸν, καὶ διαγραφούσης ὡς οἷα ἐπακολουθήσει ἡμῖν μεμισημένοις
ἐν τηλικαύτῃ πόλει περὶ τῆς τοιαύτης αἰρέσεως, εὐχῶν στέρησις,
15 ἄρῶν ἐπέκτασις, λαοῦ ἐπανάστασις, εἰσῆει τούτῳ μετὰμελος τῆς
αἰρέσεως. καὶ ταύτας ἅμα αἰτησάμενός τε καὶ κατασπασάμενος
ζεύσῃ ψυχῇ, ἕμοῦ ἐν χερσὶ καθυποβαλοῦσης, τοῖς ἀπάγουσιν
ἀγγέλοις τὸ πνεῦμα παρέδωκεν. ταύτης ἐκείνοι ἀκηκοότες δὴ τῆς
φωνῆς, καὶ τὸν τρόπον τῆς Ἀυγούστης εὐλαβηθέντες (ἦν γάρ, εἰ P 96
20 καὶ τις, φιλόχριστος), καὶ ἅμα τὴν τῶν ἁγίων εἰκόνων ζητοῦντες
τιμὴν, κοινῇ ψήφῳ καὶ γνώμῃ τῆς μὲν ἁμαρτίας ταύτης, εἰ οὐ-
τως τοῦτ' ἔστιν, συγγνώμην ἔφασαν εὐρήσειν παρὰ θεῶ, καὶ ἅμα

3 αὐτούς?

constitutis, maiora nobis quam pro nostra facultate arrogantes, haud
quaquam liberare possumus. licet quidem nobis (inque eam rem claves
caelorum concreditas a deo accepimus) omnibus qui velint aperire, sed
his duntaxat qui in hac vita adhuc disponuntur, priusquam in alteram
commigraverint. quin etiam quandoque his ipsis qui e vita emigraverint,
cum levia sunt delicta, quibus nec desit paenitentia. his autem qui spe
non bona vivis excesserint feruntque palam suae damnationis senten-
tiam, poenas diluere minime possumus." (6) tum Augusta, sive id vere
sive alioqui nimia in maritum succensa amoris vi (quod plane ita est,
nosque assentimur), iureiurando tamen sacro illi choro affirmabat, cum
sub eius exitus horam ingentem luctum ederet, direque lamentaretur et
deploraret, ac coram exponeret quanta eum suosque istiusmodi haeresis
invidia in tanta civitate consecutura essent, nempe a precibus abdicat-
io, dirarum prolixa vis, populi defectio, subisse illi rei paenitudinem,
simulque imagines petisse, ac ferventi animo, eadem ipsa Augusta in
manus porrigente, exosculatum esse, abducentibusque angelis spiritum
tradidisse. hac illi voce audita, Augustaeque mores indolemque reve-
riti, quippe cum femina omnium religiosissima Christique amans esset,
ac cum alioqui sanctarum imaginum cultum instaurari exquirerent, com-
muni sententia ac suffragio, dummodo se res Theophili ita haberent,
eius veniam delicti se a deo exoraturus dixere, simulque rei scriptam

δι' ἐγγράφου ἀσφαλείας τὴν πίστιν τούτου τῇ δεσποίνῃ ἐδίδουσαν. ἐφ' οἷς τὴν ἐκκλησίαν ἀπολαβόντες, καὶ τῷ Μεθοδίῳ ἀγνωστῶ τὴν τῆς ἀρχιερωσύνης ἀποδεδωκότες τιμὴν, τῇ πρώτῃ τῶν ἁγίων νηστειῶν κυριακῇ σὺν αὐτῇ τῇ δεσποίνῃ πάννηχον ἕμνωδιαν ἐν τῷ κατὰ τὰς Βλαχέρνας ἱερῷ τεμένει τῆς ὑπεραγίας ἡμῶν δεσποίνης 5
B καὶ Θεοτόκου τετελεκότες, τῇ ἕωθεν μετὰ λιτῆς τῷ μεγάλῳ τοῦ Θεοῦ λόγον τεμένει καταλαμβάνουσι· καὶ τὸν κόσμον αὐτῆς αὐθις ἀναλαμβάνει ἢ ἐκκλησία, τῆς ἁγίας μυσταγωγίας τελειωθείσης ἁγνῶς. καὶ ἡ μὲν δοθόδοξος οὕτω προσέκοπτεν ἐκκλησία, ἀνακαινιζομένη ὡς ἀέτος, τὸ τῆς γραφῆς, πάντων τῶν αἵρεσιωτῶν ἐν 10 πύσῃ τῇ ὑφ' ἡλίῳ καθαιρέσει ὑποβληθέντων καὶ τοῦ ἀρχιερέως αὐτῶν· Ἰωάννης οὗτος ἦν, ὁ διὰ τὴν οἰκίαν ἀσέβειαν Ἰαννῆς παρὰ τῶν εὐσεβῶν ὀνομασθεῖς, οὐκ ἐπηλύτης καὶ ξένος, αὐτόχθων δὲ καὶ τῆς βασιλίδος ταύτης τῶν πόλεων βλάβστημα (φύεσθαι δὲ
C καὶ ἐν ἀμπέλῳ βᾶτον ἠκούσαμεν), οὗδ' ἔξ ἀσήμου τινὸς ἀλλὰ καὶ 15 λῖαν ἐγγενοῦς καταγόμενος σειρῆς, τῆς οὕτω τῶν Μοροχαρζαμίτων λεγομένης.

7. Οὗτος οὖν, ἵνα καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἢ ἱστορία δηλώσῃ, τῆς μονῆς τῶν μάρτύρων Σεργίου καὶ Βάκχου τῆς ἐν τοῖς Ὁρμίσδου διακειμένης ἠγούμενος ἄνωθεν καὶ τῷ βασιλικῷ κλήρῳ κατα- 20 ριθμούμενος, διαφερόντως παρὰ Μιχαὴλ ἠγάπητο τοῦ Τραυλοῦ, εἴτε μόνῳ τούτῳ τῷ κοινῶνός εἶναι τῆς τούτου αἰρέσεως, εἴτε καὶ
D τῷ διαφέρειν ἐπὶ λογιότητι δόξαν τινὰ ἐσχηκώς. πλὴν ἠγάπητο

6 ἐν τῷ? 11 καὶ] μετὰ?

cautionem Augustae tradidere. interea recepta ecclesia, sanctissimoque Methodio pontificali honore sublimato, sanctorum ieiuniorum prima dominica, una cum Augusta, peractis in sacra sanctissimae dominae nostrae deique genitricis Blachernensi aede in dei laudibus et canticis nocturnis vigiliis, mane solenni supplicatione ac pompa ad magnum dei verbi templum veniunt, riteque peracta re sacra suum rursus ecclesia ornatum recipit. inque eum modum proficiebat orthodoxa ecclesia, et ut verbis scripturae utar (Psalm. 102 5), renovabatur ut aquila, proscriptis toto terrarum orbe cunctis haereticis, eorumque antistite, Iohne scilicet, cui a fidelibus ob suam impietatem Iannis nomen inditum est. fuit vero ille non advena aut barbarus, sed indigena ipsaque ortus urbe regia. nam et ex vite rubum enasci auditum est. at neque obscura satus prosapia, sed valde nobili, stirpe scilicet quam Morocharzamiorum vocant.

7. Hic ergo, ut eius res scripto consignemus, monasterii sanctorum martyrum Sergii et Bacchi, quod ad Hormisdæ aedes situm est, olim praepositus ac palatino adscriptus clero, Michaeli Balbo imperatori carissimus fuit, sive eo solum nomine, quod haeresis illi socius erat, sive quod excellentis eruditionis sibi nomen quaesierat illaque eius fama per-

καὶ τοῦ Θεοφίλου διδάσκαλος ἐγκαθίστατο. καὶ οὗτος ἐπεὶ τὰς
 τῆς βασιλείας ἔσχεν ἡνίας, σύγκελλον μὲν πρότερον τοῦτον τιμᾷ,
 εἰδ' ὕστερον καὶ πατριάρχην καθίστησι Κωνσταντινουπόλεως,
 προγνώσεις τινὰς διὰ λεκανομαντείας καὶ γοητείας αὐτῷ ἀπαγγέ-
 λοντα. καὶ ἡ γοητεία τοιαύτη· ἔθρους ποτὲ τρισὶν ὕφ' ἡγεμόσι
 στρατηγουμένου ἀπίστου τε καὶ σκληροῦ τὴν τῶν Ῥωμαίων χώραν
 κατατρέχοντός τε καὶ καταληϊζομένου, καὶ ὡς εἰκὸς ἀθνημοῦντος
 ἐπὶ τούτῳ τοῦ Θεοφίλου καὶ τοῦ ἐπηκόου παντός, ἀποσκευάζεσθαι
 πού τὴν ἀθνημίαν οὗτος συμβουλεύει καὶ θάρρους πληρωθῆναί τε
 καὶ χαρᾶς, εἶγε μόνον τῇ τούτου ἐπακολουθοίη βουλῇ. ἡ δὲ ἦν
 τοιαύτη. ἐν τοῖς εἰς τὸν εὐριπον τοῦ ἵπποδρομίου ἰδρυνμένοις
 χαλκοῖς ἀνδριῶσιν ἐλέγετό τις εἶναι ἀνδριῶς τρισὶ διαμορφούμενος
 κεφαλαῖς, ὡς κατὰ τινα στοιχείωσιν πρὸς τοὺς τοῦ ἔθρους ἀρ-
 χηγῶς ἀνῆγεν. σφύρας οὖν μεγίστας σιδηρᾶς Ἰσαρίθμους ταῖς
 κεφαλαῖς προσέταττε γενέσθαι, καὶ ἀνδράσιν ἐγχειρισθῆναι αὐτὰς
 τρισὶν, ἐπὶ χειρῶν γενναιότητι διαφέροντας· κατὰ δὲ τινα ὥραν
 νυκτερινὴν πρὸς τὸν εἰρημένον ἀνδριάντα πλησίον στάντας αὐτοῦ,
 καὶ τὰς σφύρας ἐπὶ χεῖρας ἐν μετεώρῳ ἔχοντας, ἡνίκα τούτοις
 κελεύσειεν, μεθ' ὑπερβαλλούσης δυνάμεως ὁμοῦ ταύτας κατενεγ-
 κείν, ὡς ἔξ ἐνὸς κρούσματός τε καὶ πλήξεως τὰς τοιαύτας ἀποτε-
 μεῖν κεφαλᾶς. τούτοις τοῖς λόγοις εὐφρανθεῖς τε ἅμα καὶ ἐκπλα-
 γεῖς ὁ Θεόφιλος ἐκέλευσε τὸ ἔργον ἐπαγαγεῖν. ὡς οὖν παρήσαν
 πόρρω δὴ τῶν νυκτῶν οἱ μὲν ἄνδρες τὰς σφύρας κατέχοντες, ὁ δὲ

19 κελεύσαιεν P

crebuerat. utut sit, illi carissimus fuit, ac Theophili praeceptor con-
 stituitur. Theophilus vero suscepto imperio primum cum syncelli digni-
 tate ornat; tum deinde patriarcham Cypolitanum praeficit, cum is illi
 divinatione ex pelvi vates ac praestigiis quaedam auguratus esset. fuit
 autem divinatio eiusmodi. gens quaedam infidelis saevaque tribus du-
 ctoribus Romanae dicionis terras locaque incurabat, exque ea praedas
 agebat; quae res, ut par est, Theophili animum omniumque subdito-
 rum maestos anxiosque habebat. Iannes dimissa illa animi aegritudine
 optime de rebus sperare ac gaudere iubet, si modo illius consilii parere
 in animum induxerint. consilium tale erat. inter aereas statuas in circi
 Euripo erectas statua quaedam triceps exstare ferebatur. haec ille ca-
 pita sua quadam devotione et consecratione in gentis illius duces refert.
 tres ergo ingentis molis fabricari malleos iubet, totidemque robustissi-
 mis viris tradi. quadam vero noctis hora viros illos ad eam statuam
 prope se stantes malleosque ad ictum sublimes tenentes, cum ipse man-
 daverit, summa vi capita ferire praecipit, unoque velut ictu ac conatu
 ea excindere. recreatus verbis Theophilus, simulque stupore affectus,
 rem exsequi iubet. veniunt itaque intempesta iam nocte viri quidam

Ἰωάννης διὰ λαϊκοῦ ἐνδύματος ἑαυτὸν περικρύπτων, ὡς ἂν μὴ κατὰδηλος γένηται, καθ' ἑαυτὸν ὁ Ἰωάννης τοὺς στοιχειωτικοὺς λόγους ὑπειπὼν καὶ τὴν ἐνοῦσαν τοῖς ἄρχουσι δύναμιν εἰς τὸν ἀνδριάντα μεταγαγὼν, ἢ μᾶλλον τὴν οὖσαν πρότερον ἐν τῷ ἀνδριάντι καταβαλὼν ἐκ τῆς τῶν στοιχειωσάντων δυνάμεως, παῖειν ἕκα-
C στον προστάττει νεανικῶς τε καὶ ἰσχυρῶς. καὶ οἱ μὲν δύο ἰσχυροτάταις χρησάμενοι καταφοραῖς τὰς δύο τοῦ ἀνδριάντος κεφαλὰς ἀπέκοψαν· ὁ δ' ἕτερος μαλακώτερον ποιήσας τὴν πληγὴν μικρὸν μὲν κατέκλινεν, οὐ μὴν καὶ ὅλην τοῦ σώματος ἀπέτεμεν τὴν κεφαλὴν. τούτοις οὖν καὶ τὰ κατὰ τοὺς ἡγεμόνας ἐπηκολούθει. ἔρι-
δος γὰρ τινος κραταιᾶς ἐπεισπεσοῦσης αὐτοῖς καὶ ἔμφυλλου μάχης, ὑπὸ τοῦ ἐνὸς οἱ δύο τῶν ἡγεμόνων πίπτουσι κατὰ τὴν κεφαλῶν ἔκτομήν, τοῦ τρίτου μόνου διασωθέντος μὲν, οὐχ ὑγιῶς δέ. οὕτως εἰς τὸ μηδὲν εἶναι τὸ ἔθνος χωρῆσαν πρὸς τὰ οἰκεία αὐθις μετὰ φυγῆς ἀφώρμα καὶ συμφορᾶς. ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς γοητείας
D οὔτως, (8) τῷ δὲ γόητι τούτῳ ἀδελφὸς ἦν σαρκικός, ὄνομα Ἀρσαβῆρ, τὴν τύχην πατριίκιος παρὰ Θεοφίλου τιμηθεὶς. τούτῳ γοῦν προάστειον κατὰ τὸ εὐώνυμον μέρος τοῦ ἐκπλεομένου Εὐξείνου ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Φωκᾶ προσῆν, οἰκοδομὰς μεγίστας ἔχον καὶ πολυτελεῖς στοᾶς τε καὶ βαλανεῖον καὶ πρὸς τούτοις δεξαμενὰς.
ἐκεῖσε δὴ ὁ πατριάρχης συχνὰς ποιῶν καταγωγὰς λέγεται τι ὑπόγειον κατασκευάσαι ἐνδιαίτημα τῶν Τροφωνίου παρόμοιον, ὅπισθεν δὲ τῆς ἀνοιγομένης θύρας κατὰ τὸ πρόχειρον πυλῖδα εἶναι τινα

10 τοῦς om P

malleos ferentes: Ioannes vero laici habitu sese occultabat, ne cognosceretur. tum ille magico carmine recitato, eaque fortitudine quae in ducibus erat in statuam translata, seu potius, quae in statua ex superioribus daemonum invocationibus haerebat, deiecta destructaque, viros omni conatu statucae capita ferire imperat. horum bini validissimis ictibus duo statucae capita decusserunt: tertius aliquanto remissius feriens non nihil ille quidem depressit, non tamen etiam totum a corpore caput abscidit. haud fere aliter cum gentis ducibus actum est. orta enim inter eos gravi concertatione, cum illa in bellum civile evasisset, ductam unus et alter sub tertio capitis abscissione cadunt, uno duntaxat superstite, sed non plene sano. sic gentis rebus in nihilum redactis, ad suas rursus sedes turpi fuga ac clade redit. ac quidem eiusmodi Iannis praestigiae. (8) huic porro praestigiatori frater carnalis erat, Arsaberus nomine, patricii honorem a Theophilo consecutus. huic suburbanum ad Euxini sinistram enavigati partem, ad sancti Phocae monasterium, aedificiis maximis ac splendidis, porticibus, balneis ac praeterea cisternis instructum fuit. illic crebro solitum diversari patriarcham subterraneum quoddam domicilium, Trophoniano haud absimile, construxisse ferunt.

διὰ βαθμίδων οὐκ ὀλίγων ἐκεῖσε δὴ τοὺς θέλοντας παραπέμπουσαν. ἐκεῖνο γοῦν αὐτοῦ πονηρὸν ἐργουστήριον. ἐκεῖσε δὴ τούτῳ τινὲς νῦν μὲν ἐταμιεύοντο θαλαμηπολούμεναι, μονάζουσαι τε καὶ ἄλλως τὸ κάλλος γυναικῆς μὴ διαφθείρουσαι, αἷς συνεφθείρετο·

5 νῦν δὲ μαντεῖαι δι' ἠπατοσκοπίας καὶ λεκανομαντείας καὶ γοητείας P 98 καὶ νεκρομαντείας ἐνηργοῦντο, ταύταις προσχρωμένον κοινωνοῖς τε καὶ βοηθοῖς. ὕθεν πολλάκις καὶ τινα προλέγειν τούτῳ συνέβαινε τῇ τῶν δαιμόνων συνεργείᾳ ἀληθῆ, οὐ τῷ Θεοφίλῳ μόνῳ ἀλλὰ καὶ ἑτέροις τοῖς τούτου ὁμόφροσιν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τούτου τὸ
10 μίαιρὸν ἐνδιαίτημα ὁπέ ποτε πρὸς Βασίλειον τὸν τηνικαῦτα παρακοιμώμενον ἀπεμποληθὲν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ εἰς ἱερὸν μετηνέχθη φροντιστήριον, οὐκ ἐκεῖνο μόνον ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπά, καθὼς αὐτῷ διαφέροντα ἦν· καὶ ἐκ βιάθρων ἢ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος ἀνιδρύθη μονή.

15 9. Τότε δὲ οὗτος καὶ πῦσα ἢ αὐτοῦ, ὡς εἴρηται, συμμο- B ρία τῇ καθαιρέσει ὑποβληθέντες οὐχ ἡσυχῇ παραπέμπειν τὸν ἐαντῶν βίον ἐδοκίμαζον, ἀλλ' ἔτι καὶ κατὰ τῶν ἁγίων εἰκότων ἐνευνεύοντο. μετὰ γοῦν τὴν καθαιρέσιν ὑπερορίας ἐν τινι μονῇ γεγονώς, εἰκότος μιᾶς κατὰ τὸν ὄροφον ἱστορημένης καὶ ὑπενῶς οἶον
20 ἀτενιζούσης αὐτῷ, μὴ φέρων οὗτος ὄρῳ τὴν ἐκείνης πρὸς αὐτὸν ἐπικατιοῦσαν θέαν, καθαιρεῖσθαι ταύτην διὰ τινος οἰκέτου προστάττει καὶ τοὺς ὑφθαλμοὺς κατορύττεσθαι, τοῦτο μόνον ἐπιλέγων, ὡς τὴν ταύτης οὐ δύναμαι μορφῆν ἐνορᾶν. ἤκουστο γοῦν

in eius postico in promptu fores erant, multis inde gradibus intromittentes eos qui intus penetrare vellent. haec itaque illius nefanda officina. illic modo ad cubiculi thalamicque delicias cum sacrae virgines tum aliae insigni forma mulieres condebantur, quibuscum meretricio ritu foedaretur; modo iecinorum inspectiones exque pelvi divinationes ac praestigiae aliae mortuorumque evocationes, his illi sociabus ac adiutoribus, exercebantur. hincque adeo non raro non solum Theophilo sed et aliis eiusdem sententiae atque haeresis hominibus vera quaedam daemonum ope praedicebat. hoc enimvero impurum eius domicilium, aliquando tandem a fratre Basilio tum accubitori venditum, in sacrum transit monasterium. neque id modo, sed et quae ad illum attinebant reliqua: sanctique magni martyris Phocae a fundamentis erectum monasterium est.

9. Ceterum ille eiusque omnis sodalitas, uti dictum est, in eum modum cessare iussi ac depositi, haud sibi quiete transigendam vitam putaverunt, verum adhuc quidpiam adversus sacras imagines moliti sunt. sacerdotio itaque motus, cum in monasterio quodam exsul versaretur pictaque imago quaedam in tecto velut intentis in eum oculis esse videretur, non ferens ille imaginis sic de alto quasi intuentis aspectum, per unum e famulis tolli eam iubet atque eius oculos effodi, unum hoc adens, non posse se eius effigiem formamque intueri. audivit haec Au-

ταῦτα τῇ δεσποίνῃ, καὶ τῇ προσηκούσῃ μάστιγι καὶ παιδείᾳ διὰ
C σκντάλης καθυποβέβλητο. (10) ἀλλ' οὐδ' οὕτως ἦν ἀγαπητὸν
 αὐτῷ τῆς ἡσυχίας ἐρεῖν, μῶμον δὲ τινα καὶ ὡς ἐπειρῶντο τῷ ἐν
 ἁγίοις Μεθοδίῳ προσάπτειν; καὶ μῶμον εἰς γυναικὸς φθορὰν
 παῖδα κεκτημένης μονογενῆ (Μητροφάνης οὗτος ἦν, ὁ μετ' οὐ
 πολὺ τῆς Σμύρνης καθηγησάμενος), ἦν καὶ χρυσιῶν ἱκανῶν ἔξω-
 νησάμενοι καὶ ἅμα καθυποσχόμενοι εἰ μόνον τούτοις συμφήσειεν,
 πολλὰ κατελέγοντο πρὸς τὴν δέσποιναν καὶ τοὺς ἐπιτροπεύοντας
 τοῦ παιδὸς αὐτῆς. βῆμα γοῦν εὐθέως καὶ κριτήριον φρίκης γέ-
 μον ἐκ πολιτικῶν ἀνδρῶν συγκροτούμενον καὶ ἐκκλησιαστικῶν.
D οὐ τῶν εὐσεβῶν τις ἀπῆν, οὐ τῶν ἀσεβῶν, οὐ τῶν μονήρῃ βίον
 ἐπειλημμένων, οὐκ ἄλλος τις τῶν ἀκούειν ἢ λαλεῖν δυναμένων·
 τοὺς μὲν γὰρ ἢ πρὸς τὸ ξένον τῆς λοιδορίας κατηφιῶντας οἷον ἐνή-
 γεν αἰδώς, τοὺς δ' ἢ τοῦ χροστεῖν καὶ χαίρειν ὑπ' ἀκρασίας ἠδονῆ.
 ἤγοντο γοῦν οἱ κατηγοροῦντες εἰς μέσον, καὶ τῶν λεγομένων ἢ ἄν-
 θρωπος ἔλεγχος. ὁ δὲ ἅμα τῇ παραστάσει τῆς γυναικὸς, οὐδὲν
 ὑποστειλάμενος οὐδαμῶς, ὅπως τε ἔχεις κυρία, ταύτην ἐπηρώτα
 εἰς ἐπήκοον (καὶ γὰρ ἦν αὐτῷ γνώριμος ἐκ πολλοῦ δι' ἀρετήν),
 καὶ ὅπως ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, περὶ τοῦ ταύτης ἀνδρὸς καὶ τῶν
P 99 προσηκόντων αὐτῇ· οὕτως τούτῳ ἐπήνθει τὸ ἄπλαστον. οἱ δὲ
 μᾶλλον ἐκβοήσαντες ἐγυυρίων ὑφ' ἠδονῆς, τὰ τῆς κατηγορίας
 ἐπαύζοντες καὶ σαφῆ τὸν ἔλεγχον δόντες λοιπόν. ἄς δ' οὗτος
 μόλις τῆς κατηγορίας ἐλήσθητο, ζήλω πυρωθεὶς, ὡς ἂν μὴ δι'

gusta, ac qua virum decebat castigatione, scuticae taureisque subiecit. (10) at ne sic quidem ut quietus ageret in animum inducebat; sanctumque Methodium structa in eum calumnia circumvenire tentabant. haec autem in eo erat, constuprasset scilicet mulierem unici filii matrem, id est, Metrophanis, eius videlicet qui haud multo post Smyrnenis episcopus fuit. hanc auri multa vi conducentes, aliaque polliciti, modo eorum fraudi acquiesceret, acriter apud Augustam eiusque filii procuratores accusant. mox itaque formidolosum tremendumque tribunal ponitur, exque utroque ordine, civili scilicet sacroque, iudicium cogitur. nemo non piorum, nemo non impiorum aderat; monachi omnes, ac quisquis audire poterat aut loqui, praesto erant. alios pro criminis novitate maestos pudor adduxerat, alios insultandi cupido, et ut petulantia oblectarentur. producuntur ergo accusatores in medium, et quae reum erat peractura, mulier coram sistitur. Methodius, simul atque mulier adstitit, nihil quicquam veritus deque solita subtrahens comitate et salutatione, cunctis audientibus ex ea percontari "quonam te modo habes, domina?" dudum enim virtutis nomine illi nota erat. "quonam modo hic atque ille?" de marito iisque qui ullo eam modo contingebant. tantus in eo candor ac simplicitas effloreat. adversarii maiori clamore sublato, aucta inde accusatione superbe gaudio gestiebant, iamque aperte crimen se evicturos putabant. is porro, ubi tandem calumniam sensisset, zelo succensus, ne

αὐτοῦ τὰ τῆς ἐκκλησίας κινδυνεύοι καὶ τοῦ Χριστοῦ, ἄλλον μὲν εἶναι καιρὸν αἰδοῦς ἄλλον δὲ ὑποστολῆς καὶ σεμνότητος, μικρὸν ἐκ τοῦ θρόνου μετεωρίσας αὐτὸν καὶ πρὸς ἑαυτὸν τὸν κόλπον συναγαγὼν γυμνὴν ἐδείκνυεν τὴν αἰδῶ, τεθαιματουργημένην ἔχων καὶ
 5 οὐ κατ' ἄνθρωπον, καὶ ἅμα διηγεῖτο τὴν θαιματουργίαν, ὡς B
 πρὸ πολλοῦ κατὰ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην γενόμενος, σφριγώντων ἔτι καὶ ἐνακμαζόντων τῶν παθῶν, ἔρως τις αὐτὸν ἐξέκαιεν θερμότερον ἢ καὶ κατὰ πάθος ὁρμήν. ἐπεὶ γοῦν ἐκινδύνευεν καὶ περιγενέσθαι τούτου οὐκ ἦν οἶός τε, τὸν κορυφαῖον Πέτρον τῷ χεῖρε
 10 πρὸς τὸν ναὸν ἐκπετάσας ἐξελιπάρει τυχεῖν τινὸς ἐπικουρίας καὶ ἀρωγῆς. καὶ δὴ τῷ κόπῳ τῆς εὐχῆς ὀψὲ πρὸς ὕπνον κλιθεὶς, γυμῆναί οἱ τὸν ἀπόστολον ἐκείνου τοῦ μέρους ἀπτόμενον καὶ τὰς ὁρμὰς σβεννύοντα τῶν παθῶν, τοῦτο μόνον προσεπιλέγοντα τὸ C
 "ἀπολέλυσαι δὴ τῆς τῶν παθῶν ἐπικρατείας, Μεθόδιε." τούτοις
 15 ἐκεῖνος τὸν μακρὸν ἐκείνου πέπεικε σύλλογον, αἰσχύνης πλήσας τοὺς τῆς ἀληθείας ἐχθρούς. οὐ μὴν ὁ μάγιστρος Μανουὴλ τούτοις ἠξίου λύεσθαι τὰς κατηγορίας, ἀλλὰ καὶ τῇ γυναικὶ ἠπέλειε ἢ μὴν ἀπαγαγεῖν τῆς ζωῆς, εἰ μὴ τὴν πᾶσαν διδάξῃ ἀλήθειαν. καὶ ἢ γ' εὐθέως ἔκπυστον καὶ σαφῆ τὴν πᾶσαν δραματουργίαν
 20 ποιεῖ, τόσου καὶ τόσου λέγουσα χρυσοῦ ἐξωνηθῆναι, καὶ ἔτι ἐν τινὶ μου τῶν κιβωτίων, οὕτως ὡς ἐδόθη, σεσημασμένον ἐστὶ καὶ D
 πεφύλακται σφραγιδι αὐτῶν. αὐθωρὸν οὖν ἀποστεῖλαντες ἐκεῖνό

2 εἶναι] εἰδῶς εἶναι Combef.

4 γυμνὸν P

quid eius causa ecclesiae res Christique honor labefactarentur, nempe non nesciens aliud pudoris aliud subticendi ac gravitatis tempus esse, paululum se a throno subrigens sinumque ad se colligens verenda nuda ostendit miraculo arefacta, nec qualia virorum esse solent; simulque ut se res habuerit gestumque miraculum sit, referebat. cum nimirum pridem iam ad seniore Romam venisset, adhucque in ipso ferrent ac vigerent carnis libidines, maiore quam pro affectus ipsa vi amore exarsisse. hinc itaque aucto periculo, ac cum vim tantam libidinis non posset superare, Petrum apostolorum principem expansis ad eius templum manibus exorasse ut ab eo opem aliquam impetraret. dumque tandem precandi labore fessus in somnum sese reclinasset, visum in somnis apostolum, qui eam tangendo partem libidinis sensum omnem exstingueret; simulque dixisse, "Methodi, liberatus es a libidinum tyrannide ac dura vi." his ille fidem tanto illi conventui fecit, ac veritatis hostes pudore implevit. nolebat tamen magister Manuel his obiecta crimina dilui. quinimmo mulieri minitabatur, se illi vitam adepturum, nisi rei omnem veritatem doceret. illa porro totam statim fabulam eloquitur ac palam facit, tanto se redemptam esse, aurī pondo accepisse, adhucque in arcula, uti acceperat, signatum subque illorum sigillo domi se habere. confestim ergo cum misissent, mulieris illa indicatione inventum in arca

τε, ὡς ἔφησεν ἡ γυνή, ἔδρον τὸ χρυσίον κατὰ τὴν κιβωτὸν καὶ ἤγαγον. καὶ οὗτοι τῇ τοῦ πατριάρχου συμπαθεία καὶ παρακλήσει πρὸς τοὺς κρατοῦντας οὐ ποινῶν καὶ βασάνων, ὧν ἦσαν ἄξιοι, ἀλλὰ συγγνώμης ἠξίωοντο, τοῦτο μόνον εἰς ἔκτισιν λαβόντες καὶ τιμωρίαν τὸ ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐν τῇ τῆς ὁρθοδοξίας πανηγύρει μετὰ λαμπάδων ἀπὸ τοῦ ἐν Βλαχέρναις σεβασμίου σηκοῦ τῆς Θεομήτορος πρὸς τὸν Θεῖον καὶ περιώνυμον τῆς σοφίας ἀφικνεῖσθαι νεῶν καὶ τὸ οἰκεῖον ἐνηγεῖσθαι αὐτοῖς ὡσὶν ἀνάθεμα διὰ τὴν πρὸς τὰς

P 100 Θείας εἰκόνας ἀπέχθειαν· ὃ καὶ τηρούμενον ἐφάνη ἐπὶ πολὺ καὶ τῆς αὐτῶν μέχρις ἐταμιεύθη ζωῆς. καὶ ἡ μὲν ἐφ' ἱκανὸν αὖξη- 10
 Θεῖσα τοιαύτη αἵρεσις τοιοῦτον δὴ εἶχε καὶ τὸ πέρασ ἐκ τοῦ Θεοῦ· ἀνέλαμψαν δὲ αἱ Θεαὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων μορφαί, οὐ θεϊκῶς ἡμῖν λατρευόμεναί τε καὶ τυπούμεναι, σχετικῶς δὲ καὶ σεβασμίως τὴν δι' αὐτῶν πρὸς τὰ πρωτότυπα ἡμῖν τιμὴν πως διαπορθ-
 μέουσαι.

B 11. Ταύτην ἄγουσα τὴν ἑορτὴν ἡ Θεοδώρα δι' ἡδονῆς εἰστία ποτὲ ἐν ταυτῷ τὸ τῆς ἐκκλησίας πλήρωμα πᾶν κατὰ τὰ ἐν τοῖς Καριανοῦ ἀνάκτορα, ἃ, ὡς εἴρηται πρότερον ἡμῖν, τῶν ἑαυτοῦ ἕνεκεν θυγατέρων ὁ Θεόφιλος ἐνεδείματο. οὐκ ἦν γοῦν ὅστις οὐ παρῆν ἐκεῖ τῶν ἱερέων καὶ ὁμολογητῶν. τούτοις ἐναρίθμιοι 20
 Θεοφάνης τε ὁ τῆς Σμύρνης καὶ ὁ αὐτοῦ Θεόδωρος ἀδελφός. ὡς οὖν τὰ τῆς εὐωχίας παρήκμασεν καὶ εἰς βρωσὴν τὰ τραγήματα μετὰ τῶν πλακούντων παρέκειντο, συνεχῶς ἀτειζούσης τῆς βασι-

aurum ac allatum est. accusatores, miserante patriarcha serioque rerum dominos exorante, non quarum rei erant poenas dederunt iustaeque ultionis supplicia tulerunt, sed veniam consecuti sunt, ea duntaxat indicta multa, ut quotannis solenni restitutarum imaginum die (ὁρθοδοξίας festum honorant) praelucentibus facibus a venerabili dei genitricis Blachernarum aede ad divinum celeberrimumque sapientiae templum venirent, dictumque in eos anathema ob eorum in sacras imagines odium suis ipsi auribus audirent. quod in multos annos servatum est, ac quoad illi vitae superstites fuerunt. ac quidem tantis aucta compendiis eiusmodi haeresis talem quoque dei nutu finem accepit, pristinoque splendore divinae sacrarum imaginum effigies formaeque effulserunt, quas non divinis ipsis honoribus colamus ac velut deos pingamus, sed quibus relative certoque venerationis cultu ad exemplaria ipsasque principes formas honorem transmittamus.

11. Festum hunc diem cum Theodora gaudio celebraret, collectum omnem ecclesiae coetum in Cariani triclinio, quod in palatio est, epulis quandoque recreabat. has nempe aedes, ut in superioribus a nobis dictum est, Theophilus in filiarum usum exstruxerat. sacerdotum nemo dederat, nemo confessorum inter illos aderant Theophanes Smyrnensis episcopus eiusque frater Theodorus. vergente ad finem convivio cum iam placentiae ac bellaria apponerentur, intentis crebro in eos oculis,

λίδος καὶ τὰ ἐν τῷ μετώπῳ γράμματα τῶν πατέρων καθορώσης καὶ στεναζούσης συνέβη πως τούτους ὡς ἔξ ὁμολόγου ἀντοφθαλμη-
σαι καὶ ταύτην ἐνιδεῖν ἀτενιζούσης αὐτοῖς. φησάντων γοῦν ὡς C
τίς ἄρα, δέσποινα, ἡ αἰτία τῆς πρὸς ἡμᾶς σου δράσεως ἀτενοῦς;
5 τὴν ἐκ τῶν γραμμῶν ἔφη θαυμάζειν καρτερίαν ὑμῶν καὶ τὴν
τοῦ ταῦτα δράσαντος ἀπήνειαν εἰς ὑμᾶς. καὶ ὁ μακαρίτης Θεο-
φάνης μηδὲν εἰλαβηθεὶς τε καὶ τῶν προησφαλισμένων διανοηθεὶς
“ὑπὲρ ταύτης” ἔφησε “τῆς γραφῆς εὖ μάλα τρανώς ἐν τῷ τοῦ
Θεοῦ ἀδεκάστῳ δικαστηρίῳ διαδικάσομαι σὺν τῷ ἀνδρὶ σου καὶ
10 βασιλεῖ.” τοῦτῳ περίλυπος γενομένη, ἀλλὰ μὴν καὶ σύνδακρυς,
“καὶ ταῦτα” ἔφησεν ἡ βασιλεία “ἡ ὑπόσχεσις καὶ αἱ δι’ ἐγγράφων
ὁμολογίαι ὑμῶν, ὡς μὴ μόνον συγκεχωρηκέναι ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀγῶ- D
νας ἐνάγειν καὶ καλεῖν;” “οὐ” φησιν ὁ πατριάρχης ἀθροὺν
ἀνασταῖς καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἱερέων, “βασιλεία, οὐ· ἀλλ’ ἔξει
15 βεβαίως τὰ ἡμέτερα, τῆς ὀλιγορίας τούτων λογιζομένης οὐδέν.”
οὕτω μὲν οὖν εἰσιγᾶσθη ταῦτα, καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας ἔθῃ ἀκό-
μμαντα.

12. Καὶ ἑτέρα δέ τις αἴρεσις οὕτω τῶν Ζηλίκων λεγομένη
ἀναφανεῖσα, σὺν τῷ ἐαυτῆς ἀρχηγῷ Ζῆλι ὀνομαζομένῳ, φέροντι
20 δὲ τὴν τῶν ἀσηκρήτων ἐν πρώτοις τιμὴν, ἔθεραπεύθη τε καὶ πρὸς
θεοσέβειαν μετηνέχθη ἐν προόδῳ βασιλικῇ, τῆς τοῦ μύρου μόνου

16 ἔθῃ] ἐσώθη?

legensque inscriptas eorum facies, altos animo gemitus Augusta trahebat. sed et illos, ut par est, contigit oculos advertere sicque in ipsos intentos Augustae oculos observare. quaerebant ergo, quid causae esset cur sic Augusta intentos oculos ipsis obverteret. ad quos illa mirari se illorum patientiam, quod sic vultus literis insculpti sustinissent, illiusque immanitatem a quo eiusmodi poenam sustulissent. tunc beatus Theophanes nulla ductus reverentia, nec quod sancte patrum conventus promiserat animo cogitans, “huius” inquit, “scripturae causam adversum virum tuum ac imperatorem clare admodum, deo incorrupto iudice, disceptabimus.” gravi sermo Augustam dolore affecit, effusaque in lacrimas “haecne” inquit “vestra promissio ac scripta cautio est, quod non solum non ignoscitis verum etiam in ius vocare vultis?” “non ita” ait, “non ita,” surgens statim patriarcha ac reliquos sacerdotum coetus. “promissa” inquit “rata manent, spreto horum virorum contemptu.” sic itaque ista pacata sunt assertaque ecclesiae moribus tranquillitas est.

12. Sed et alia quaedam haeresis (sic dicta Zelicum) orta, una cum suo auctore Zeli dicto, qui a secretis erat hacque potissimum dignitate fulgebat, curata et ad sanio rem sensum traducta, in imperatoris solenni pompa, illius sectatoribus sola unguenti unctione cum novis albis

Theophanes contin.

P 101 μετὰ καινῶν ἐμφωτίων τε καὶ ἐσθημάτων καταξιωθέντων χρίσεως τῶν ἀντιποιοιμένων αὐτῆς, καὶ τελειωθέντων λαμπρῶς.

13. Ὁ γε μὴν ἄρχων Βουλγαρίας (Βώγωρις οὗτος ἦν) θρασύτερον ἐξεφέρετο γυναῖκα τῆς βασιλείας κρατεῖν διακηκούς· ὄθεν καὶ τινὰς ἀγγέλους ἀπέσταλκεν πρὸς αὐτήν, τὰς συνθήκας λέγων καταλύειν καὶ κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκστρατεύειν γῆς· ἀλλ' αὐτὴ μηδὲν θῆλυ ἐννοοῦσα ἢ ἀνανδρον "καὶ ἐμὲ" αὐτῷ κατεμήνηεν "κατ' αὐτοῦ εὐρήσεις ἀντιστρατεύουσιν. καὶ ἐλπίζω μὲν κυριεῦσαι σου· εἰ δὲ μὴ γένηται καὶ ἐκνικήσεις με, καὶ οὕτω σου περιέσομαι, τὴν νίκην ἀριδὴλον ἔχουσα· γυναῖκα γὰρ ἀλλ' οὐκ ἄνδρα ἔξεις ἠττηθέντα σοι." διὰ τοῦτο μὲν οὖν καὶ ἐφ' ἡσυχίας ἔμεινεν, μηδὲν τολμήσας νεανιεύεσθαι, καὶ τὰς τῆς ἀγάπης αὐτῆς ἀνελέου σπονδάς. (14) καὶ δὴ ζήτησάν τινα καὶ πολλὴν ἔρευναν περὶ τινος μοναχοῦ, οὕτω καλουμένου Θεοδώρου τοῦ ἐπίκλην Κουφραῦ, εἴτε ἔκ τινων ὀνειράτων καὶ ὕψεως εἴτε ἄλλως πως, πρὸ πολλοῦ αἰχμαλωτισθέντος ἢ Θεοδώρα πρὸς τὸν ἄρχοντα Βουλγαρίας ἐποίει, καὶ αὐτὸν ἠξίου διὰ γραμμάτων ἀνερευνηῆσαι καὶ τιμῆς ὅσης καὶ βούλοιο ἀπολυτρώσασθαι τοῦτον αὐτῆ. ἠξίου δὲ καὶ οὗτος, ἀφορμὴν ἔκ τούτου λαβὼν, περὶ οἰκίας αὐτοῦ προσβέειν ἀδελφῆς παρὰ τῶν Ῥωμαίων μὲν αἰχμαλωτισθείσης ποτέ, κατεχομένης δὲ νῦν ἐν τῇ τοῦ βασιλέως αὐτῆ. αὕτη δὴ οὖν πρὸς τὴν πίστιν καλῶς μετενεχθεῖσα, καὶ γράμματα κατὰ τὸν τῆς αἰχμα-

8 ἐλπίζομεν κυριεῦσαι P

tunicis (ἐμφώτια vocant) receptis, eoque candoris amictu ac pompa summationem adeptis.

13. Ceterum Bulgariae princeps Bogoris nomine, audito feminam rerum potiri, ferocius ipse efferrī. missis itaque ad Theodoram nuntiis minatur rupto foedere adversus eam se copias educturum. at illa, nihil muliebri aut non satis virile in animum inducens, ita renuntiavit, "me quoque vicissim adversum te offendes copias educentem, nec me victoria potituram diffido. sin autem minime contigerit ipseque me viceris, sic quoque ipsa superavero, penes quam manifesta victoriae iura futura sint, cum tibi non vir sed mulier victa concesserit." hoc responso perterritus barbarus quietem bello praetulit, nihil ferocius moliri ausus, amicitiaeque rursus foedera renovavit. (14) inter haec Theodora omni diligentia perquirendum statuit sic nuncupatum Theodorum monachum cognomento Capharam, sive quibusdam insomniis visoque monita, sive alia ratione inducta: is vero diu ante inter captivos fuerat abductus. mittit ergo ad Bulgariae principem, datisque literis rogat ut hominem sedulo perquiri iubeat, quo liberit pretio ex ipso redimendum. ille vicissim occasionem nactus missis legatis sororem ad se remitti petit, Romanorum quondam excursionibus captam, et quae tunc in aula servaretur. haec itaque ad Christi fidem probe translato animo, doctaque literas per

λωσίας παιδευθεῖσα καιρόν, καὶ ἄλλως τὴν τῶν Χριστιανῶν τάξιν
 τε καὶ περὶ τὸ θεῖον αἰδῶ τε καὶ δόξαν, ὡς ἔστι, θαυμάζουσα
 διαφερόντως, ἐπεὶ τῆς ἐπανόδου τῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν τετύχηκεν,
 οὐ διέλιπεν ἐκθειάζουσά τε καὶ παρακαλοῦσα καὶ σπέρματα κατα-
 5 βύλλουσα τῆς πίστεως πρὸς αὐτόν. ὃ δὲ (ἦν γὰρ παρὰ τοῦ εἰρη-
 μένον Κουφαρᾶ μικρὰ τινα παιδευθεὶς καὶ τῶν μυστηρίων κατηχη-
 θεὶς) τοῦτον μὲν ἀποστείλας τὴν οἰκίαν ἐλάμβανε μισθὸν ἀδελ- **D**
 φῆν· πλὴν ἔμενεν ὅπερ ἦν, ἀπιστία κατισχημένος καὶ τὴν αὐτοῦ
 θρησκείαν τιμῶν. ἀλλὰ τις πληγὴ περιπεσοῦσα θεήλατος (λιμὸς
 10 δὲ ἦν, οὕτω μᾶλλον τῶν παχυτέρων καὶ γαιωδεστέρων, ὡς ἔοικεν,
 μεταπαιδευομένων καὶ τὰ κακὰ μεταμανθανόντων) τὴν αὐτοῦ ἐπο-
 λιόρκει καὶ κατέτρυχεν γῆν. καὶ ὅς θεὸν ἐκεῖνον ἠνάγκαζεν ἐπι-
 καλεῖσθαι πρὸς ἄμυναν τῶν δεινῶν, τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοδώρου μὲν
 πολλάκις καὶ τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς θαυμαζόμενον τε καὶ σεβόμενον,
 15 ὡς εἰκός. τυχόντες οὖν τῆς ἀπαλλαγῆς τῶν δεινῶν, οὕτω δὴ
 πρὸς θεοσέβειαν μετατίθεται, καὶ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας
 καταξιῶται, καὶ Μιχαὴλ κατονομάζεται κατὰ τὸ ὄνομα τοῦ βα- **P 102**
 σιλέως, παρὰ τοῦ πρὸς ἐκεῖνον ἀποσταλέντος ἀρχιερέως ἀπὸ τῆς
 βασιλίδος τῶν πόλεων. (15) καὶ τι δὲ τοιοῦτον ἐπισυμβῆναι
 20 φασίν, ὡς ἔρωτα δεινὸν περὶ τὴν κνηγεσίαν τὸν Βώγωριν ἀρχοντα
 κεκτημένον ταῦτα καὶ κατὰ τινα οἶκον τῶν ἐαυτοῦ, ἐν ᾧ συνεχῶς
 ἀφικνεῖτο, θελῆσαι ἐξιστορῆσαι, νύκτιω ὡς ἂν ἔχοι καὶ μεθ'.

2 ἔστι] εἰκός?

eas captivitatis moras, omnemque praeterea Christianorum ordinem in-
 que deum reverentiam ac de illo opinionem, uti par est, plurimum ad-
 mirata, cum ad fratrem reversa esset, nullum unquam finem faciebat
 praedicandae illi Christianae institutionis et obsecrandi fideique ac pie-
 tatis in eo semina iaciendi. ille iam pauca quaedam ab eo quem dixi-
 mus Cyparia didicerat, primaeque institutionis rudimenta audierat. misso
 itaque monacho commutationis iure sororem recepit. mansit tamen id
 quod erat, infidelitate scilicet laborans suaeque adhuc cultor superstitionis.
 ceterum plaga quaedam divinitus illata, famis scilicet (sic enim
 comparatum, ut qui addictiore indole crassiorique ingenio sunt ac ter-
 reni, erudiantur malaque dedoceantur) illius infestans regionem direque
 affligens, deum, cuius saepius, ut par est, Theodorus sororque laudes
 prosecuti essent ac cuius erant cultores, malorum depulsores invocare
 cogit. quo a malis liberante Bogoris veram amplectitur fidem, ac lava-
 crum regenerationis ab episcopo qui ab urbe regia missus fuerat con-
 secutus, ex imperatoris nomine Michael appellatur. (15) sed et aliquid
 eiusmodi accidisse aiunt. nempe cum Bogoris princeps venatione supra
 modum delectaretur, haec quoque in domo quadam, in quam frequens
 concedebat, voluisse depingi, ut noctu perinde interdumque iis spectacu-

ἡμέραν τὰ τοιαῦτα τῶν ὀφθαλμῶν ἐντροφήματα. ὡς γοῦν ὁ τοιοῦτος αὐτὸν ἔρωσ ἐπεισῆλθεν, μετακαλεῖται μοναχόν τινα τῶν καθ' ἡμᾶς Ῥωμαίων ζωγράφον· Μεθόδιος ὄνομα τῷ ἀνδρί. τοῦ-

B τον οὖν στάντα κατὰ πρόσωπον ἔκ τινος θείας προνοίας οὐ τὰς ἐν πολέμῳ ἀνδροκτασίας ἢ τὰς ζώων καὶ θηρίων ἐπικελεῦσαι γράψειν 5 σφαγᾶς, ἀλλ' ἂ βούλοιο, τοῦτο μόνον ἐπειπὼν ὡς εἰς φόβον τοῦς ὀρώοντας ἐκ τῆς θείας ἐνάγεσθαι βούλοιο καὶ ἅμα παρακαλεῖσθαι πρὸς ἐκπληξιν ἀπὸ τῆς γραφῆς. μηδὲν γοῦν οὗτος πρὸς φόβον ἕτερον ἐνάγειν ἢ τὴν τοῦ Θεοῦ δευτέραν εἰδῶς παρουσίαν, ταύτην ἐκείσε καθυπέγραψεν, καὶ τοὺς δικαίους ἐντεῦθεν τὰ βραβεῖα τῶν 10 πόνων ἀπολαμβάνοντας, ἐκείθεν δὲ τοὺς πεπλημμεληκότας τοὺς τῶν βεβιωμένων δρεπομένους καρποὺς καὶ πρὸς τὴν ἠπειλημένην

C κόλασιν ἀπελαννομένους τε καὶ ἀποπεμπομένους σφοδρῶς. ταῦτ' οὖν, ἐπειδὴ πέρας εἶχεν ἡ γραφή, κατιδῶν, καὶ δι' αὐτῶν τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἐν ἑαυτῷ συλλαβῶν, καὶ κατηχηθεὶς τὰ καθ' 15 ἡμᾶς θεῖα μυστήρια, νυκτῶν ἄωρὶ τοῦ Θεοῦ μεταλαγχάνει βαπτίσματος. ἐφ' ᾧ καταφανῆς γεγονὼς τὴν ἐκ πάντος τοῦ ἔθνους αὐτοῦ καθυφίσταται ἐπανάστασιν, οὗς καὶ μετὰ τινων ὀλίγων καταπολεμήσας, τὸν τοῦ Θεοῦ τύπον σταυροῦ ἐν κόλποις περιάγων αὐτοῦ, τοὺς καταλοίπους οὐκέτι κρύφα, πάντα δὲ ἀναφανδὸν 20 ἐποίησε καὶ αὐτοὺς ἐπιθυμοῦντας Χριστιανούς. ἐπεὶ γοῦν μετε-

D τέθη πρὸς Θεοσέβειαν, γράφει δὴ πρὸς τὴν δέσποιναν περὶ γῆς, πλήθει στενοῦμενος τῷ ἑαυτοῦ, καὶ ἀξιοῖ παρὰ ταύτης παρηρησιαστικώτερον ὡς ἤδη ἐν ἄλλ' οὐ δύο ὄντων αὐτῶν, πίστει τε καὶ φι-

lis oculos pasceret. hoc itaque amore captus monachum quendam ex nostris Romanum pictorem, Methodium nomine, accersit. ubi autem virum coram habuit, divino quodam nutu ac providentia "nolo" inquit, "depingas hominum in bello caedes aut bestiarum ferarumque iugulationes, sed quod videntibus solo aspectu terrorem iniiciat ac quod pictis coloribus in stuporem agat." is vero, quem non lateret nihil perinde terribile esse ac secundum domini adventum, hunc illic graphice omnique artis conatu depinxit; atque hinc iustos praemia laborum percepturos statuit, illinc scelerum reos male gestorum fructus decerpentes, iudice nimirum ad intentata propellente supplicia duriusque a se repellente. haec princeps absoluta tabella ut oculis conspexit, exque ad aspectu dei in se timorem concepit, divina denique edoctus Christianorum mysteria, intempesta nocte divini baptismatis munus consequitur. non latuit ea res, gentisque totius defectionem ascivit. ille parva suorum manu, divinum crucis signum in sinu suo circumferens, oppido rebelles fundit; nec iam occulte sed palam omnino reliquos, ipsos quoque rei avidos, Christianos facit. ad veram itaque fidem ac pietatem translatus ad Augustam scribit agros impetraturus, angustioribus scilicet quam pro suorum multitudine dicionis illius terminis; eoque maiori fiducia rogat, quod

λίη συνδεθέντων τῇ ἄρραγι, καὶ ἑαυτὸν ὑποθήσειν καθυπισχεῖτο
καὶ εἰρήνην ἐργάσασθαι ἀδιδόν τε καὶ ἀδιόπτωτον. ἡ δὲ εὐμε-
νῶς τε ἤκουσεν αὐτοῦ, καὶ δέδωκεν ἐρήμην οὖσαν τηρικαῦτα τὴν
ἀπὸ τῆς Σιδηραῦς, ταύτης δὴ τότε ὄριον τυγγανούσης Ῥωμαίων τε
5 καὶ αὐτῶν, ἄχρι τῆς Δεβελτοῦ, ἣτις οὕτω καλεῖται Ζάγορον παρ'
αὐτοῖς. οὕτω μὲν οὖν ἅπανα ἡ Βουλγαρία πρὸς εὐσέβειαν με-
εργουθμίσθη, Θεοῦ πρὸς τὴν οἰκείαν μετακαλεσαμένου γινῶσιν αὐ- P 103
τούς, καὶ οὕτως ἐκ μικρῶν σπινθήρων τε καὶ πληγῶν· καὶ οὕτω
γῆς τῆς τῶν Ῥωμαίων ὡς ἄλλης τινὸς ἐπαγγελίας ἀξιοθέντες πρὸς
10 κοινωνίαν ἄρρηκτον καθυπέβαλον ἑαυτούς.

16. Εἶχε μὲν οὖν οὕτω τὰ κατὰ τὴν δύσιν λαμπρῶς τε
καὶ ἐτιθρόνυλτο πανταχοῦ. ἐφ' οἷς ἀγαλλομένη ἐκείνη, καὶ οἷον
τρόπαια ἐπιθεῖναι μελλῶ δι' ἐφέσειος ἔχουσα, καὶ τοὺς κατὰ τὴν
ἀνατολὴν Παυλικιανούς ἐπειρᾶτο μετέγειν ὡς βούλοιο πρὸς εὐσέ-
15 βειαν ἢ ἐξαιρεῖν καὶ ἀπ' ἀνθρώπων ποιεῖν· ὃ καὶ πολλῶν κακῶν
τὴν ἡμετέραν ἐπέπλησεν. ἡ μὲν γὰρ πέμψασά τινος τῶν ἐπ' ἐξ-
ουσίας (ὃ τοῦ Ἀργυροῦ καὶ ὃ τοῦ Δουκὸς καὶ ὃ Σουδάλης οἱ ἀπο- B
σταλέντες ἐλέγοντο) τοὺς μὲν ξύλω ἀνήστων, τοὺς δὲ ξίφει παρε-
δίδουν, τοὺς δὲ τῷ τῆς θαλάσσης βυθῷ. ὡσεὶ δέκα μυριάδες
20 ὃ οὕτως ἀπολλύμενος ἤριθμεῖτο λαός, καὶ ἡ ὑπαρξίς αὐτῶν τῷ
βασιλικῷ ταμιεῖω ... ἤγετο καὶ εἰσεκομίζετο. ὑπῆρχεν οὖν τῷ
στρατηγῷ τῶν Ἀνατολικῶν (Θεόδοτος οὗτος ἦν ὃ κατὰ τὸν Με-

iam non duo sed unum existant, insolubili fidei amicitiaeque vinculo colligati. subiectum se illi fore pollicetur, pacemque sempiternam nec ulla unquam re convellendam cum ea habiturum. placuit Theodoraē peti-
tito, deditque Bulgaris regionem quae tum deserta erat, quicquid scilicet a Ferrea soli est (loci nomen est, limes eo tempore Romanorum ac Bulgarorum dicionis) ad Debeltum usque: Bulgari Zagoram vocant. per hunc itaque modum omnis Bulgaria ad pietatem Christique fidem transi-
vit, deo ad suam illas cognitionem vocante, et quidem ex sic exiguis scintillis plagisque; sicque agri Romani portionem velut aliam quandam rem promissam consecuti, Romanis se foederatos indivulsae societatis vinculo subiecerunt.

 νόσω καὶ οὗτος βληθεὶς ἅμα τῇ οἴκαδε ὑποστροφῇ ἐδήλου τὰ συμ-
 πίπτοντα τῷ ἄββᾶ, καὶ ἀντιδηλοῦτο φάναι ὡς μετ’ ἐμοῦ γενήσῃ
 μετὰ μικρόν, ὡς ἠτήσω. καὶ δὴ τινων ἡμερῶν παρελθουσῶν ὁ 5
 μοναχὸς τε μετεκαλεῖτο πρὸς τὸν θεὸν καὶ οὗτος ἀθωρὸν ὡς ἐκ
 συνθήματος ἐπηκολούθει λαμπρῶς· καὶ τοσοῦτον ἦν κατὰ τὸν
 αὐτὸν καιρὸν ἀμφοτέρων ἢ ἐκεῖθεν ἀποδημία ὡς ἄτερος ἑτέρου,
 καίτοι γε μικροῦ τοῦ διαστήματος ὄντος, μὴ ἀκοῦσαι τὸν θάνα-
 τον. τοιοῦτω μὲν δὴ τέλει τοῦ βίου ὁ Πετρωνᾶς χρησάμενος λέ- 10
 D γεται, ἐτελεύτα δὲ καὶ πρὸ τούτου ὁ Μανουὴλ νόσω δὴ τινι κρα-
 τηθεὶς.

26. Μετέβαινε δὲ καὶ ὁ Βάρδας καὶ τὰς ἐκ βασιλέως
 ἤμειβε συνεχῶς τιμὰς, ὥσπερ τις νέος γαῦρός τε καὶ φιλότιμος 15
 τὰς ποικίλας τῶν πρὸς τέρψιν στολάς. μετέβαινε γοῦν καὶ πρὸς
 τὴν Καίσαρος ἀγῆι δόξαν τε καὶ τιμῆν, τοῦ Μιχαὴλ οὐ πρὸς ἕτε-
 ρόν τι τῶν πολιτικῶν τοσοῦτον ἐπτοημένον ἢ θεάτρα καὶ ἵππων
 ἀμίλλητήρια. καὶ τὸ δὴ χαλεπὸν, οὐκ ἠγάπα μόνον θεατῆς εἶναι,
 εἶγε καὶ τοσοῦτον ἐσχόλαζεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἠνιοχεῖν ὁ τῆς τῶν
 Ῥωμαίων βασιλείας, θέαμα τυχάνων καὶ παίγνιον πᾶσι δὴ καὶ 20
 P 115 κατάγελως. οὕτως ὁ Βάρδας τοῦ ἀδελφιδοῦ ἐπετρόπευεν, καὶ
 οὐδὲ ζῆν, ὡς ἔοικεν, ἠθέλησεν, εἰ μὴ τοῦτον μεταπέσει τὸ ἀν-
 δράποδον. πλὴν διώκει τέως αὐτὸς τὰ πολιτικά, καὶ τῆς βασι-

fiant.” “num vero,” inquit monachus, “tibi animo sedet, ut me sequaris?” “ita, pater,” inquit, “lubentissime sequar.” morbo itaque et ipse correptus, statim ac domum rediisset, ea narrat quae abbati evenerant; vicissimque refert dixisse monachum “ipsum quoque,” ut petierat, “brevis morientem eum secuturum.” ac sane paucis elapsis diebus, cum monachus ad deum evocatur, tum statim Petronas velut ex condicto magnifice sequitur, ita nimirum ut quamvis brevi sic intervallo dissiti erant, ambobus simul emigrantibus, alter alterius mortis nuntium audire nequiverit. moritur vero et illo prior Manuel, morbo quodam detentus.

26. Sed et Bardas nullo fixus munere alias ex aliis continue dignitates profusa principis largitate mutabat, haud secus ac juvenis quidam ac ambitiosus vario ad luxuriam cultu mutat vestes. mutata itaque functione ad Caesaris dignitatem gloriamque ascendit, cum Michael nulla alia rei publicae cura teneretur quam ut theatris ludisque Circensibus vacaret. quodque adeo gravius, non solum illis lubens spectaculis intererat tantamque operam navabat, sed et ipse Romani arcem imperii tenens equos agebat, cunctisque se ridiculum ac spernendum praebebat. ita Bardas Nepotis curatorem agebat; cui nec vita, ut par est, in votis esse debuisset, nisi a servili vitae hoc instituto illum avocaret. interim tamen negotia publica administrabat, ac sibi ipse imperium animo desti-

λείας κατεστοχάζετο ὡς αὐτὴν εὐκαίρως περιληψόμενος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τὸ μέλλον ἐταμιεύετο· τότε δὲ τῆς ἕξω σοφίας ἐπιμεληθεὶς (καὶ γὰρ ἦν τῷ τοσούτῳ χρόνῳ παραρρῶνεῖσα καὶ πρὸς τὸ μηδὲν ὅλως κεχωρηκυῖα τῇ τῶν κρατησάντων ἀγροικία καὶ 5 ἀμαθία) καὶ διατριβὰς τῶν μαθηματικῶν κατὰ Μαγναύραν ποιήσας αὐθις ἀκμάζειν καὶ ἀνηβῶν ταύτην ἐσπούδαζέ τε καὶ πε- B φιλοτίμητο. καὶ τοῦτο τῶν ἔργων αὐτοῦ κάλλιστόν τε καὶ περιβόητον ὄν οὐκ ἴσχυσέ πως τὰς ἐνούσας ἄλλως κῆρας αὐτῷ ἀπονήψασθαι. ἤρχε δὲ καὶ τῆς τοιαύτης σχολῆς τὴν μὲν φιλοσοφίαν 10 ἐξηγητόμενος Λέων ἐκεῖνος ὁ μέγας τε καὶ φιλόσοφος, ὃς κατὰ συγγένειαν μὲν τοῦ ἐξαδέλφου τῷ πατριάρχῃ Ἰαννῇ ὤκειότο, τὸν θρόνον δὲ τῆς Θεσσαλονίκης κατέχων, ἐπειδὴ νῦν ἐκ καθαιρέσεως ἐσχόλαζεν, εἰς ταύτην προεβιβάζετο τὴν σχολήν, τὴν ἀμαθίαν πόρρω ποι ἀπελαύνων καὶ ἀποτρεπόμενος.

27. Ἄξιον δὲ μὴδ' ὅπως εἰς γυνῶσιν ἤλθεν ὁ τηλικούτος C ἀνὴρ τῷ τότε κρατοῦντι παραδραμεῖν. Θεόφιλος δὲ ἦν, ὁ τοῦ Μιχαὴλ σπορεὺς καὶ πατήρ. οὗτος οὖν ἐπεὶ τὴν τῶν μαθημάτων εἰς ἄκρον ἐπιστήμην ἐξήσκησεν, τοσοῦτον χωρήσας διὰ πα- 20 σῶν, τῆς φιλοσοφίας καὶ τῶν αὐτῆς ἀδελφῶν, ἀριθμητικῆς τέφμη καὶ γεωμετρίας καὶ ἀστρονομίας, ἀλλὰ καὶ τῆς πολυθρολήτου μουσικῆς, καὶ εἰς ἄκρον αὐτῶν ἐλάσας ὡς οὐδεμιᾶς ἕτερος σπουδῆ τε πολλῇ καὶ βίῳ ἀπράγμονι καὶ μεγέθει φύσεως, εὐτελεῖ D τινὶ καταλύματι χρώμενος καὶ καταγωγίῳ τοῦς εἰς αὐτὸν φοιτῶν-

nabat, cuius quandoque sibi ipse compos fore videretur. ceterum haec quidem in futurum illi reposita: interim vero saecularis ac profanae sapientiae cura suscepta, cum iam plura lustra humaniores literae imperatorum barbarie ac inscitia obsolevisent ac prope extinctae essent, mathematicarum disciplinarum scholis ad Magnauram constitutis, magnifice rursus florere ac velut repubescere eam fecit. nec tamen hoc Bardae facinus, quanquam summam praeferret honestatem gloriaque celeberrimum esset, eius noxas reliquas eluere valuit. praeerat huic scholae ac doctor philosophiae erat magnus ille ac philosophus Leo, sanguinis quidem prosapia Iannis patriarchae patruelis, gradu vero Thessalonicensis quondam episcopus. tunc autem cessare iussus atque amotus, quod iconomachorum haeresis cultor erat, huic negotio praepositus opera sua ac industria inscitiam procul abigebat atque fugabat.

27. Operae pretium autem videatur, ut et noverimus qua ratione vir tantus in eius qui tum rerum potiebatur notitiam venerit. erat is Theophilus Michaelis pater. hic ergo cum disciplinarum omnem scientiam perfecte excoluisset, sicque omnium disciplinarum, philosophiae eiusque germanarum (arithmeticae scilicet et geometriae, nec non astronomiae, quin et celebratissimae musicae) perfectionem nactus esset, tantumque in illis omnibus unus ipse profecisset quantum ne in una quidem quispiam alius, diligentī in eam opera, solitudinis tranquillo,

τάς ἐπαιδεύειν, ἐκδιδάσκων ἦντινα ἐπιστήμην καὶ βούλοιντο. ὡς δ' ἤδη χρόνος παρίππασεν καὶ τῶν μαθητῶν οὐκ ὀλίγοι κατὰ τὰς ἐπιστήμας προέκοπτον, συνέβη τινὰ νεανίαν τῶν ξαντοῦ φοιτητῶν, τῆς γεωμετρικῆς ἐπιστήμης ἄρτι τὸ πέρας κατεिल्φότα, ὑπογραφεῖα γενέσθαι τινὸς στρατηγίδα τάξιν διέποντος, καὶ προκοπῆς 5 ἔνεκεν τοῦ βίου ἀγαπήσασιν τούτῳ ἀκολουθεῖν. ὡς δὲ κατὰ τὸν πόλεμον ἅμα τούτῳ ἐγένετο; ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ζωορῆται καὶ τῶν ἐπιφανῶν τινὲ εἰς δουλείαν διὰ τὸ νέον τῆς

P 116 ἡλικίας δίδοται. Μامοῦν ἐκεῖνος οὕτω καλούμενος τηρικαῦτα μὲν τῶν Ἰσμαηλιτῶν ἐτέλει ἀμεραμνονῆς, ἄλλοις τε μαθήμασι 10 σχολάζων Ἑλληνικοῖς καὶ δὴ καὶ γεωμετρίας ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὐκ ἀμελῶν. λόγου δὲ ποτε παρὰ τοῦ τὸν νεανίαν ἔχοντος δεσπότην κινήθοντος περὶ τῆς σπουδῆς ἀμεραμνονῆ καὶ τῆς τῶν μαθημάτων ἐπιμελείας, ὡς δὴ καὶ περὶ τῆς γεωμετρίας ἔλεγεν, ἀκοῦσαι τούτου εἶπεν ὁ νεανίας ἐπιθυμεῖν καὶ τῶν αὐτοῦ διδασκά- 15 λων, ὡς καὶ αὐτοῦ τινὰ ἔχοντος ἐπιστήμην γεωμετρικὴν. ὡς οὖν ἀνέμαθεν ὁ ἀμεραμνονῆς; μετὰ περιχαρείας εἰσκαλεῖται πολλῆς, καὶ τὸν αἰχμάλωτον ἐπυνθάνετο εἰ γνώσιν τῆς τοιαύτης

B κέκτηται ἐπιστήμης. καὶ ἐπεὶ τὴν συγκατάθεσιν ἐποίησατο, ἔτι μὲν ἀπιστίαν πρὸς τοὺς ἐκεῖνου λόγους ὁ βάρβαρος κεκτημένος 20 οὐκ ἔλεγεν ἑτέρους εἶναι ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τῶν ἐκεῖνου διδασκάλων ἑκτός. ὡς δ' ὁ νεανίας ἔλεγεν τούτων διακοῦσαι ἐπιθυμεῖν καὶ

5 στρατηγίδος P
οὐρανῶν P

13 σπουδῆς τοῦ ἀμ.?

21 ἀπὸ τῶν

ingenii dexteritate, in villi quodam tuguriolo discipulos erudiebat; et, quam quisque mallet scientiam docebat. cum autem longum iam tempus transisset multique eo doctore non paenitendos progressus fecissent, contigit ut eius discipulorum iuvenis quidam, summam per eum nactus geometriae peritiam, uni ducum a secretis, rei per eum familiaris compendium facturus, ad bellum proficiscenti se ultro comitem daret; dumque illic versatur, nescio quo casu in Agarenorum potestatem veniret, ac quod viridi florentique iuventa erat, illustrium uni servus dederetur. Mamum nomine tunc Ismaelitarum ameramnunes cum Graecanicis aliis disciplinis operam dabat, tum praecipue geometriae deditus erat. accidit autem ut eius, de quo diximus, iuvenis herus de ameramnunis in disciplina diligentia sermonem domi haberet; cumque et geometriae meminisset, "eum" ait iuvenis "eiusque lubens magistros, quippe ipse geometriae non omnino rudis, audirem." id vero ut audivit ameramnunes, ingenti gaudio ad se adolescentem accersit, quaeritque ex illo "num eiusmodi scientiae cognitione aliqua praeditus sit." ait ille; necdum tamen barbarus ut dictis fidem accommodet in animum inducit, neminem geometriae gnarum arbitratus praeter magistros suos, qui in aula agerent. dicente illo "libenter se auditurum eorumque doctrinam explora-

τῆς αὐτῶν διδασκαλίας, εὐθὺς οὗτοι παριστάντες ἀπῆρχοντο ταύτης, καὶ διεχάραττον τὰ τρίγωνά τε καὶ τετράγωνα σχήματα, καὶ τοὺς Εὐκλείδου κανόνας προσέφερον, καὶ τὸ μὲν ὅτι ἐδίδασκον ἀνδρικῶς καὶ ἐπιστημονικῶς, τοῦτο λέγοντες τοιαύτην ἔχει τὴν 5 κλῆσιν καὶ τοιαύτην τὸ ἕτερον, αἰτίαν δὲ καὶ λόγον, καὶ διότι οὕτως τε ἔστιν καὶ κλῆσιν ἔχει, κατάλληλον ἀπεδίδοσαν οὐδαμῶς, ἀμάθειαν καὶ ἄγνοιαν, ἀλλ' οὐ στενότητα γλώττης πως ἔχοντες. C ὡς οὖν τούτους γαυρουμένους ἑώρα καὶ μέγα φρονοῦντας ἐπὶ τῇ τῶν σχημάτων ὁ νεανίας καταγράψῃ, "τ'" φησὶν "ὧ οὗτοι, ἐπὶ 10 παντὸς λόγον καὶ πράγματος τῆς αἰτίας τὸ κράτος ἐχούσης καὶ τοῦ διότι, ἡμεῖς τὴν ὑπαρξιν μόνον λέγοντες τοὺς τούτων παρατρέχετε λόγους ὡς οὐκ ἀναγκαίους; καὶ εἰς ταῦτὸν τὸν διδασκόμενον ἄγετε ὅπου καὶ τὸν μηδὲν παιδευόμενον μηδέ τι περὶ τούτων διαγινώσκοντα;" τῶν δὲ διαπορησάντων καὶ τὰς αἰτίας τούτων 15 διευκρινεῖν καὶ διδάσκειν παρακλινομένων, ἐπεὶ διερμηνεύοντα καὶ σαφῶς λέγοντα ταύτας διήκουον, ὡς τοῦτο μὲν διὰ τὸδε καὶ τοῦτο διὰ τὸδε τὴν εἰρημένην ἔχει κλῆσιν τε καὶ γραφήν, D καὶ ἅμα αὐτῶν ὁ νοῦς διηνοίγεται καὶ τῶν λεγομένων συνίεσαν, θάμβει λοιπὸν συσχεθέντες ἡρώτων ὀπόσους τὸ Βυζάντιον τοιούτους 20 τρέφει ἄνδρας ἐπιστήμονας. ὡς δὲ πολλοὺς οὗτος ἔλεγεν καὶ ἑαυτὸν τῷ τῶν μαθητιῶντων χορῷ ἀλλ' οὐ τῶν διδασκόντων κατέλεγεν, περὶ τοῦ διδασκάλου τοῦτον αὖθις ἐπανηρώτων, οὐ ζῶσιν ἔτι ἡρίθμηται καὶ ὑπεράνω πέφυκε γῆς. ὁ δὲ "ἔστι τε".

4 ἔχει?

11 τοῦ] τὸ P

22 οὐ] εἶ?

turum," illi statim adstantes geometrica auspicantur, figurasque triangulas et quadrangulas describunt, atque Euclidis canones afferunt; factumque, ac sic se rem habere, strenue ac erudite docent, sic nimirum istud vocari, hoc illius esse nomen: causam vero et rationem adscripti nominis, ac cur se res ita habeat, nullam illius momenti afferentes, meram suam inscitiam ac ignorantiam, sola linguae angustia pro eius verbositate non pressi, prodebant. tum iuvenis elato animo ventosos ob eam figurarum descriptionem videns, "cum in omni doctrina" inquit "ac negotio rei causa eiusque assignata ratio primas teneat, cur vos, res solummodo esse dicendo, quasi nullius frugis rationes omittitis, inque eandem classem eum qui doctus sit et eruditus, ac qui earum rerum ignarus, redigitis?" haesitantibus illis, et ut ipse causas distincte ederet atque doceret rogantibus, ubi exponentem ac perspicue dicentem audiere, "istud nimirum in causa esse cur hoc istud sortitum sit nomen, hocque illud, hancque adeo delineationem;" eoque loquente eorum animus aperiebatur, sermonemque intellexerunt; porro hominem admirari ac cum stupore percontari, "quotos Byzantium viros eius generis sicque eruditos aleret?" respondente illo "longe plurimos, ac se ex discipulorum, non ex magistrorum numero esse," rursus de doctore quaerunt,

ἔφησεν “ἐπὲρ γῆς;” καὶ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν ἐξεθείασεν, ἀκτῆμονα βίον διάγειν λέγων αὐτὸν καὶ τοῖς πολλοῖς ἄγνωστον, ἐπὶ σοφίᾳ
 P 117 διαλάμποντα. γράμματα γοῦν εὐθὺς ὁ Μάμουσ πρὸς ἐκείνον δια-
 χαράττει, τόνδε τὸν νοῦν περιέχοντα, “ὡς ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δέν-
 δρον ἐπέγνωμεν, ἐκ τοῦ μαθητοῦ τὸν διδάσκαλον. ἐπεὶ γοῦν τόσος 5
 ὢν περὶ τὴν ἐπιστήμην τῶν ὄντων δι’ ἀρετὴν καὶ γνώσεως βύθος
 ἄγνωστος εἴ τοῖς σοῖς συμπολίταις καὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως
 οὐπω τοὺς καρποὺς ἀπέληφας, ὅτι μηδὲ τιμῆς ἠξίωσαι παρ’ αὐ-
 τῶν, μὴ ἀπαξιώσης ἔλθειν πρὸς ἡμᾶς καὶ τῆς σῆς διδασκαλίας
 μεταδοῦναι ἡμῖν. εἰ γὰρ οὕτω τοῦτο γένηται, τοὺς ἀχένας σοι 10
 κλιεῖ γένος ἅπαν τὸ τῶν Σαρακηνῶν, καὶ πλούτου καὶ δωρεῶν
 ἀξιοθήσῃ, ὧν οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἠξίωται.” ἐπιδοὺς οὖν
 B τὰ γράμματα τῷ νεανίᾳ, καὶ δώροις αὐτὸν φιλοφρονησάμενος,
 τὸν διδάσκαλον καταλαμβάνειν ἐκέλευσεν, καὶ τιμὰς εὐθὺς ὑ-
 πεισχεῖτο καὶ δωρεὰς καὶ αὐθις, εἰ βούλοιο, τὴν εἰς οἶκον ἐπάνο- 15
 δον, μόνον εἰ τοῦτον πείσειε τὴν τῶν Ῥωμαίων καταλιπεῖν γῆν.
 ὡς τὴν βασιλεύουσαν ἔφθασε καὶ τοῦ διδασκάλου πρὸς πρόσωπον
 ἕστηκεν, ἡ τούτου θεία ἀναφλέξασά τε καὶ οἶον θερμαίνουσα ὀλο-
 φύρεσθαι κατηνύγαζε, καὶ δάκρυσιν οὐ παρειὰς μόνον ἀλλὰ καὶ
 τράχηλον καὶ στέφνα διάβροχα ἐμποιεῖν. καὶ τὸ πρῶτον ἀφασία 20
 τῶν δρωμένων τὸν διδάσκαλον κατελάμβανεν, τίς τε εἶη οὐκ εἰδώς,
 C καὶ ὅτου ταῦτα ἔνεκεν διαπράττετο· ἢ τε γὰρ τούτου μορφή ἀλ-

17 τὴν] γῆν P

“num adhuc vivat ac superstes sit.” respondet vero “omnino superstitem esse,” virique magnifice virtutem laudat, dicens inopem vitam agere, ac vulgo ignotum sapientia clarere. statim ergo Mamum ad hunc literas in hanc sententiam scribit. “ex fructu arborem, ex discipulo magistrum agnovimus. ergo tu, qui tanta rerum praeditus scientia ob virtutem ac scientiae altitudinem civibus tuis ignotus es, necdumque sapientiae ac scientiae fructus percepisti (quippe nullum ab eis honorem consecutus), ne dedigneris venire ad nos, tua nos doctrina impartiturus. hoc si feceris, tibi cervicem gens omnis Saracenorum inclinans tanta munerum ac divitiarum vi cumulabit, quanta nemini unquam hominum obtigit.” his ergo literis adolescenti traditis, eoque liberaliter donato, ad magistrum iubet proficisci; rursusque honores ac munera pollicetur; ac si velit, etiam facultatem facturum redeundi in patriam, si modo Leoni, ut ad eos transeat Romano relicto orbe, suaserit. ubi itaque in urbem regiam venit, ac coram magistro adstitit, eius incensus aspectu, velutque calore exaestuans, in gemitus cogitur, nec solum genas sed et collum et renes rigat lacrimis. ac primum quidem rerum incertus magister haerere, cum nec quis ille esset exploratum haberet, nec sciret cuius gratia haec agerentur. adolescentis enim longiore mora

λοιωθεῖσα τῷ χρόνῳ καὶ τῇ τῆς αἰχμαλωσίας κακονχία ἄλλοιόν
 τὸν νεανίαν ἀλλ' οὐκ ἐκείνον εἶναι τὸν γνωριζόμενον ἀνεδίδασκει.
 ὡς δὲ τὴν τούτου γνώσιν κατὰ μικρὸν ἐδίδου, ὄνομα καὶ μαθή-
 ματα ἐπειπὼν, καὶ προσετίθει τὰ τῆς αἰχμαλωσίας καὶ τὴν αἰτίαν
 5 τῆς ἀπολυτρώσεώς τε καὶ ἀφίξεως, καὶ ἅμα εἰς χεῖρας ἐδίδου δὴ
 τὴν γραφὴν, τότε δὴ κοινῇ τὴν τραγωδίαν ἐπλήρουν καὶ θρηνη-
 διάν. πλὴν οὐκ ἀκίνδυνον εἶναι λογισάμενος τὴν ἐκ τῶν ἐχθρῶν
 γραφὴν, εἴ γέ ποτε κατάφωρος γένοιτο, τῷ λογοθέτῃ πρόσεισι
 (Θεόκτιστος οὗτος ἦν ὁ πυρυνάλωμα τῷ Βάρδα γενόμενος) καὶ
 10 διηγεῖτο τὰ τοῦ αἰχμαλώτου πάντα καὶ μαθητοῦ, καὶ ἅμα δίδω-
 σιν τὴν τοῦ ἀμεραμνοννῆ γραφὴν. αὕτη ἡ αἰτία τῆς τοῦδε τοῦ D
 ἀνδρὸς πρὸς τὸν βασιλέα γνώσεώς τε καὶ οἰκείωσις. οὗτος ὁ μα-
 θητῆς καὶ τοῦτο τὸ γράμμα τὴν τε τοῦ Λέοντος σοφίαν ἐν ὑπαί-
 θρω γενέσθαι ἐν γωνία τέως οὖσαν ἐποίησεν καὶ τῆς εὐτελείας ἐκεί-
 15 νης καὶ πενίας ἔξω παρήγαγεν. τό τε γὰρ γράμμα ἐμφανίζει τῷ
 Θεοφίλῳ ὁ λογοθέτης, καὶ προσκαλεῖται τοῦτον αὐτός, καὶ πλου-
 τίζεται καὶ ἐν τῷ τῶν ἁγίων μί ναῶν διδάσκειν δημοσίᾳ παρὰ τοῦ
 βασιλέως ἐπειγεται. οὐ πολὺς γοῦν χρόνος, καὶ ἐπεὶ διέγνω ὁ
 Μαιμοῦν μὴ βούλεσθαι τὸν φιλόσοφον τῆς οἰκείας τὴν ἄλλοτριαν
 20 ἀλλάξασθαι, διὰ γραφῆς ἐκτίθησιν ἀπορίας γεωμετρικῶν τε καὶ
 ἀστρολογικῶν ζητημάτων καὶ τινων ἐτέρων δυσδιαγνώστων κεφα- P 118
 λαίων, καὶ τὴν λύσιν τούτων κομίσασθαι ἄξιοι. ὡς δ' οὖν ἔκα-
 στον προσηκόντως ἠρμήνευσεν ὁ Λέων καὶ τὰς τούτων λύσεις ἔξέ-
 θετο, προσεφῆρμοσέ τε τούτοις καὶ τινα προγνώσεως ἐκπλήξεως

24 τινὰς προγνώσεις?

immutata species, malisque captivitatis detrita, alium existimari prae-
 bebat quam qui notus erat. at ubi paulatim sui notitiam fecit, nomen-
 que ac disciplinas edidit, et captivitatem adiecit, causamque redemptionis
 ac cur venerit, simulque literas in manus dedit, tunc sane communi
 ambo luctu planctuque soluti sunt. cum tamen Leo haud sibi tutum in-
 telligeret, si quando ab hoste clanculum literas accepisse deprehenderetur,
 ad logothetam accedit (Theoctistus is erat, cui Bardas necem conscivit)
 ac captivi verba omnia et discipuli exponit, simulque ameramnunis
 literas tradit. sicque virum imperatori innotescere contigit, inque
 illius necessariorum numerum cooptari. hic discipulus ac epistola, quae
 hactenus in angulo delituerat, Leonis sapientiam in apertum produxit,
 adiectaque illa cum per egestatem vitae sorte exemit. logotheta namque
 Theophilo literas ostendit, quem ille accersitum ditat, publiceque
 doctorem in sanctorum quadraginta martyrum sacra aede praeficit. ubi
 non multis exactis diebus, intelligens Mamum haud ex animo Leoni esse
 ut natali solo relicto se ad eum conferret, geometricas quasdam ac
 astronomicas aliarumque scientiarum difficiles quaestiones solertia mentis
 solvendas ac exponendas mittit. Leo ubi rite singulas interpretatus
 esset ac uniuscuiusque solutionem edidisset, quaedam etiam admirationis

ἔνεκα, τότε δὴ μεγάλως ἐπὶ χειρας λαβόντα αὐτὰ τὸν ἀμεράμινουνη
 τρωθῆναι δὴ τῷ τούτου πόθῳ, καὶ μέγα ἀνακραγεῖν, τὸν ἄνδρα
 τῆς φιλοσοφίας καὶ τῶν μαθημάτων ὑπεραγάμενος. ὄθεν εὐθὺς
 οὐ πρὸς ἐκείνον πρὸς δὲ τὸν Θεόφιλον ἐπιστολὴν πέμπει, τὸν νοῦν
 τοῦτον ἐμπεριέχουσαν, ὡς βουλόμην μὲν αὐτὸς ἀφικέσθαι σοι, 5
 ἔργον φίλου τε καὶ μαθητοῦ ἐκπληρῶν· ἐπεὶ δὲ ἢ τε προσανα-
B κειμένη μοι ἀρχὴ ἐκ Θεοῦ καὶ ὁ πολὺς ὑπὸ τὴν χειρᾶ μου τελῶν
 καὶ ἔξουσίαν λαὸς τοῦτο οὐ συγχωρεῖ, ἀξιῶ τὸν ὃν ἔχεις ἐπὶ φιλο-
 σοφίᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις περιβόητον ἄνδρα βραχύν τινα
 χρόνον ἐπαποστεῖλαι, καὶ συγγενέσθαι μοι τοῦτον πείσαι, τρόπῳ 10
 διδασκαλίας τῆς αὐτοῦ ἐπιστήμης μεταδιδόντα καὶ ἀρετῆς τῷ οὐ-
 τως ἔχοντι ἔμοι πρὸς ἐκείνας ἐρωτικῶς. πάντως δὲ οὐκ ἀναβολὴ
 τις γενήσεται ὅτι τε τῶν οὐχ ὁμογλώσσων ἐγὼ καὶ ὅτι τῆς πίστεως
 ἀλλότριος· ἀλλ' ὅτι μᾶλλον τοιοῦτος ὁ ἀξιῶν, πέρας ἢ αἴτησις
 λήφεται παρὰ φίλοις ἐπιεικέσι τε καὶ χρηστοῖς. χάρις δέ σοι κα- 15
C ταβληθήσεται ὑπὲρ τούτου χρυσίον μὲν εἴκοσι κεντηνάρια, εἰρήνη
 δὲ καὶ σπονδαὶ αἰδίοι τε καὶ ἀτελεύτητοι. τοσοῦτοις μὲν ἐκείνος
 τὴν αὐτοῦ ἔξωνεῖτο παρουσίαν καὶ ἀφίξιν· ἀλλ' ὁ Θεόφιλος ἀντα-
 ποκρίνας καὶ ἄλογον τὸ οἰκεῖον δοῦναι ἑτέροις καλὸν καὶ τὴν τῶν
 ὄντων γνῶσιν ἔκδοτον ποιῆσαι τοῖς ἔθνεσι, δι' ἧς τὸ τῶν Ῥω- 20
 μαιῶν γένος θαναμάζεται τε καὶ τιμᾶται παρὰ πᾶσιν, ἐκείνῳ μὲν
 οὐκ ἐπένευσε, τοῦτον δὲ διὰ τιμῆς πλείονος σχῶν τὸν Ἰωάννην τοῦ

16 ἑκατὸν margo Combef.

19 τῶν om P

causa futura praedicendi signa adiecit. tunc ameramnunes acceptis in
 manus literis maiorem in modum viri desiderio animo affici altumque
 vocem tollere, eius philosophiae ac disciplinarum defixus admiratione.
 mox ergo non ad Leonem sed ad ipsum imperatorem literas scribit,
 hunc fere continentes sensum. "statueram, quod est amici discipulique
 officium, ipse ad te venire: sed cum creditum mihi a deo imperium tan-
 taque haec subiectae plebis multitudo id non permittant, rogo ut quem
 virum philosophia aliisque disciplinis longe celebrem habes, ad breve
 tempus mittas ac mecum versari iubeas, ut me sua ille doctrina ac vir-
 tute, quarum tanto amore flagro, impertiat. neque ob religionis gentis-
 que diversitatem praestare rem differas: sed magis quod talis est qui
 rogat, finem facile vota habebunt inter probos ac mites amicos. pro
 hoc autem munere auri centenaria viginti reddemus, pacemque ac foedus
 perenne componemus." tantis ille redimendam viri praesentiam
 putavit, et quod is illi utendum praeberet. at Theophilus dato responso,
 nec consentaneum ratus bonum proprium aliis tradere, rerumque scien-
 tiam gentibus prodere, cuius causa Romanum genus ubique gentium ad-
 mirationem habet honorique ducitur, eius minime votis annuit: Leonem
 vero maiori porro in honore lubens, Ioanni patriarchalem tum sedem

πατριαρχικοῦ τότε θρόνου ἀντιποιοῦμενον κατὰ τὴν Θεσσαλονι-
 κέων μητρόπολιν, καὶ ὡς πλήρη σοφίας ὄντα καὶ ὡς οἰκειοῦμενον
 τούτῳ κατὰ συγγένειαν, χειροτονεῖν ἐγκελεύεται. (28) ὃς ἐπεὶ D
 μετὰ τὴν χειροτονίαν κατὰ τὴν Θεσσαλονίκην ἐγένετο, εἶχε μὲν
 5 ἅπαντας τὴν αὐτοῦ ἐλάβουμένους τε καὶ τιμῶντας ἀρετήν, εἶχε
 δὲ μᾶλλον τιμῶντας τοῦτον λαμπρότερον ἔκ τινος αἰτίας ἢν ὁ λόγος
 δηλοῖ. περὶ τὰς τῶν καρπῶν γονὰς στεῖρά πως τοσοῦτον ὠρᾶτο
 ἢ γῆ καὶ ἄτεκνος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ὡς καὶ θάνατον κατεπέγε-
 σθαι. οὓς ἰδὼν τῷ τῆς συμπαθείας οἴκτῳ βληθεὶς μήτ' ἀθυμεῖν
 10 παρήγει μήτε μὴν συμφοραῖς ἐπαπόλλυσθαι, εἶγε δὴ βούλοιντο
 τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπικουρίας καὶ αὐτοῦ γε τυχεῖν. περὶ τινα γοῦν
 καιρόν, ὃν ἐκ τῆς ἀστρολογικῆς ἐδιδάσκετο ἀστέρων τινῶν ἐπιτο-
 λαῖς τε καὶ φάσεσιν ἀπόρροϊάν τινα καὶ συμπάθειαν τοῖς περιγείοις P 119
 προσγίνεσθαι, τὰ σπέρματα τῇ γῆ κατεβάλλετο καὶ ὑπὸ κόλπους
 15 ταύτης ἐδίδου, ὧν τοσαύτην γενέσθαι συνέβη εὐφορίαν τε καὶ εὐ-
 καρλίαν, ἐπεὶ τὸ ἔαρ ἀνέτελλεν καὶ ὁ τοῦ θέρους ἐφεστήκει και-
 ρός, ὡς πολλοὺς ἐπαρκέσαι χρόνους αὐτοῖς καὶ εἰς τὸ ἔξῃς, πάν-
 τως οὕτω τοῦ Θεοῦ τὸν ἄμητον πολύχρον ἐνεγκαμένον ταῖς τῶν
 ἀναγκαζομένων λίτανείαις ἐπιδόντος καὶ ἱκετείαις, ἀλλ' οὐ τῇ
 20 ἐκεῖνον περὶ τὰ τοιαῦτα ματαιοπονία. τοῦτο γοῦν τὴν ἐπὶ πλέον
 τῶν Θεσσαλονικέων ἠῶξήσῃ πρὸς τὸν ἄνδρα στοργὴν καὶ τὸ φίλ-
 τρον αὐτῶν διήγειρεν, ὡς εἰκός. (29) θυμαζόντων δὲ πολλῶν B

administranti iubet ut eum Thessalonicensem metropolitam ordinet, vi-
 rum scilicet sapientia ornatum, et qui sanguinis necessitudine ipsum
 contingeret. (28) ubi sacerdotio initiatus Leo Thessalonicam venit,
 omnium in se civium animos, ipsum pro virtute venerantium ac colen-
 tium, convertit. accidit vero etiam aliquid quod eam eius venerationem
 ac cultum magnificentius auxit. eo tempore tanta fuit terrae sterilitas
 omniumque frugum penuria, ut et mors iam immineret. visa autem
 Leo civium tanta miseria, miserantis animi affectu saucius, hortatur
 maestitiam ponere nec calamitatibus immori, si modo divinam opem
 consequi velint atque eius quoque auxilio iuvari. ad certum itaque
 tempus, quo ex astrologia didicerat ab stellarum quarundam exortu con-
 spectuque benigniores quasdam e caelo influentias in haec inferiora de-
 mitti, sementem facere iubet inque terrae sinum iacere; quo facto tanta
 fertilitas frugumque ubertas appetente vere messisque tempore contigit
 ut in multos deinceps annos collecta annona suffecerit, ita plane deo
 uberem illam messem conferente, cum se facilem miserorum supplica-
 tionibus ac votis prae buisset, non quasi inanis illa astrologi observatio,
 tantae illius benignitatis causa exstiterit. ea tamen res Thessalonicen-
 sium erga Leonem amoris vim ac flammam, uti par est, maiorem in
 modum excitavit auxitque. (29) porro plerisque eius sapientiam mi-

περὶ τῆς αὐτοῦ σοφίας, καὶ ὅπως εἰς ἄκρον ἔφθασε πασῶν τῶν ἐπιστημῶν, λέγεται πρὸς τινὰ τῶν ἑαυτοῦ συνήθων φάναι “ὡς τὴν μὲν γραμματικὴν καὶ ποιητικὴν κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν διατρίβων κατώρθωσεν, ῥητορικὴν δὲ καὶ φιλοσοφίαν καὶ ἀριθμῶν ἀναλήψεις κατὰ τὴν νῆσον Ἄνδρον γενόμενος· ἐκεῖσε γάρ τινας 5 σοφῶ ἀνδρὶ ἐντυχὼν καὶ τὰς ἀρχὰς μόνον καὶ τινὰς λόγους παρ’ αὐτοῦ λαβὼν, ἐπεὶ μὴ ὅσον ἐβούλετο εὑρίσκειν, τῇ χέρσῳ ταύτης περικοστῶν καὶ μοναστήρια καταλιμβάνων καὶ τὰς ἀποκειμένας 10 βίβλους ἀνερευνῶν τε καὶ ποριζόμενος, καὶ πρὸς τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων σπουδαιότερον ταύτας ἐμμελετῶν, πρὸς τὸ τῆς γνώσεως οὕτως ὑψος ἀνεβιβάζετο, ὅτε δὴ καὶ κόρον σχῶν τῶν μαθημάτων πρὸς τὴν βασιλεύουσαν αὔθις ὑπέστρεψεν, τὰ σπέρματα τῶν ἐπιστημῶν ταῖς τῶν βουλομένων διανοίαις καταβαλλόμενος.” ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον· καὶ νῦν δὲ ἐπεὶ μετὰ τρεῖς χρόνους (τοσοῦτος δὲ ὁ τῆς τοῦ θρόνου ἀντιλήψεως χρόνος) ἐκ τῆς καθαι- 15 ρέσεως αὔθις ἐσχόλαζεν, τῆς κατὰ τὴν Μαγνάρον μὲν οὗτος ἦρχε φιλοσόφου σχολῆς, ὁ δὲ δὴ τούτου φοιτήτης. Θεόδωρος τοῦ τῆς γεωμετρίας διαιτητηρίου προϊστάτο, καὶ Θεοδήμιος τοῦ τῆς 20 ἀστρονομίας, καὶ Κομητᾶς τῆς τὰς φωνὰς ἐξελληνίζούσης γραμματικῆς· οἷς ὁ Βάρδας καὶ δαυριλῶς ἐπαρκῶν καὶ ἐκ φιλομαθίας πολλὰκις ἐπιφοιτῶν καὶ τῶν διδασκομένων τὰς φύσεις ἐπιρρωννύς, ἐντὸς τοῦ καθήκοντος χρόνου ὥσπερ πτερὰ τοῖς λόγοις διδοὺς πτεροφυεῖν ἐποίει καὶ προβαίνειν εἰς τοῦμπροσθεν.

rantibus, ac qua ille ratione ad omnium scientiarum apicem evaserit rogantibus, dixisse ferunt ad quendam sibi familiarem “grammaticam quidem ac poesin Cpoli morantem se didicisse, rhetoricam vero et philosophiam nec non arithmeticam in Andro insula versantem. illic enim cum docto quodam viro consuetudinem habuisse, ab eoque principiis duntaxat ac praeceptis quibusdam rationibusque imbutum, nec quantam desideraverat nactum eruditionis vim, vicinam continentem pervagando monasteriaque adeundo, atque in illis exstantes libros scrutando sibi que comparando atque in montium iugis acri diligentia evolviendo et in eis meditando, ad tantae doctrinae fastigium evasisse. tumque abunde disciplinis expletum in urbem regiam rursus venisse, eorumque animis qui ipsius uti opera vellent scientiarum semina inspersione.” verum haec prius: modo autem, post tres annos (tot enim fluxerant ab arrepto sacerdotio) iterum cessare iussus ac gradu motus philosophiae scholam ad Magnauram regendam susceperat: Theodorus vero eius discipulus geometriae ludo praesidebat, Theodegius astronomiae, Cometas linguae Graecae grammaticae. iis Bardas dum large sumptus suppeditat, ac quo scientiarum desiderio accensus videbatur, saepe ipse quoque scholas frequentans discipulorumque animos confirmans, intra iusti temporis moras velut alas doctrinis addidit, eisque plumescendi (ut sic dicam) ac profectus maximi compendium fecit.

30. Καὶ τοῖς τοῦ ἵπποδρόμου δὲ συνεχῶς ὁ Βάρδας ἐαν-
 τὸν ἐδίδου κριτηρίοις, καὶ ἔραστῆς νομιζέσθαι ταύτης τῆς γνώμης
 φιλοτιμούμενος. ἔτυχε δ' ἂν παρὰ πολλοῖς, τοῦ χρόνου τὰ γε-
 γονότα καλύψαντος· ἀλλὰ πάλιν τὰ τῆς ἐκκλησίας κινήσας τε καὶ P 120
 5 ἀναταράξας, καὶ ἀντὶ γαλήνης φιλονεικίας αὐτῇ καὶ κακώσεων
 [καὶ] ὀλεθρίων αἴτιος γεγονώς, εἰκότως οὐ τὴν κρείττω δόξαν ἀλλὰ
 τὴν ἐναντίαν ἠνέγκατο. ἄρτι γὰρ τὸν βίον Μεθοδίου μετηλλαχό-
 τος, τέσσαρας μόνους χρόνους τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρό-
 νον κεκρατηκότος, Ἰγνάτιον μοναχὸν ὄντα καὶ τῆς μονῆς ἡγούμε-
 10 νον τοῦ Σατύρου, τὸν Νικηφόρου μὲν τοῦ βασιλέως ἔκγονον, υἱὸν
 δὲ Μιχαήλ, τὸν ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ ἀρετῇ παντοία μαρτυρηθέντα
 πρὸς τὸν τῆς πατριαρχίας θρόνον ἀναβιβάζουσι καὶ τῆς οἰκουμέ-
 νης τοὺς οἵακας ἐμπιστεύουσιν. οὗτος οὖν μετὰ τινας χρόνους
 τὸν Βάρδαν ἐπὶ τῇ τοῦ οἰκείου γυναιίου ἀλόγως καὶ ἀναιτίως ἀπο-
 15 βολῇ τῆς αὐτοῦ δὲ νύμφης περιπλοκῇ τῆς ἐκκλησίας ἀπείργων, B
 ἐπεὶ μὴ τῶν θείων κανόνων ἡμέλει, τὴν ἣν ἐκείνῳ ἐδίδου ποινήν
 τῆς ἐκκλησίας ἀποπεμπόμενος, ταύτην εἰσπράττεται παρ' αὐτοῦ.
 καὶ ἵνα τὸν λιμὸν καὶ τὴν δίψαν παρῶ καὶ τὰς ἐπὶ γῆς τοῦ ἀνδρὸς
 ἐκτιάσεις τε καὶ ῥαβδισμοὺς καὶ τὰς καθ' ὄλον τὸ σῶμα ὠμοτάτας
 20 πληγὰς, ἐν τούτῳ μόνον ἐγὼ εἰπὼν ἐπὶ τὰ συνεχῆ βαδιοῦμαι τῆς
 ἱστορίας. (31) παρεδίδου τὸν Ἰγνάτιον ὁ Βάρδας φρουρᾶ, καὶ
 φρουρᾶ ἀπηνεῖ τε καὶ χαλεπῇ· ἣ δὲ ἦν ἐν τῷ τῶν ἱερῶν ἀποστο- C
 λων τεμένει, οὐκ ἐν τῷ δὴ μεγάλῳ τε καὶ σεμνῷ, ἀλλ' ἔνθα οἱ

30. Idem Bardas in iudiciis in Circo agitari solitis assiduus erat, animique iuris aequique tenacis laudem ambiens vulgo utique adeptus esset, tempore obscurante ea quae illi iam iniqua patrata erant: quia tamen iterum res ecclesiae miscuit ac turbavit, rixaeque ei et malorum ac exitii auctor exstitit, pro tranquillitate, qua fruebatur, hinc merito non gloriam sed probrum labemque reportavit. etenim Methodio, ubi annos solummodo quattuor sedem Cpolitanae rexerat, ex humanis sublato, Ignatium monachum ac monasterii Satyri-tum praepositum, Nicephori imperatoris ex filia nepotem ac Michaelis filium, virum scilicet omni pietatis atque virtutis laude clarum, qui rerum potiebantur ad patriarchalem sedem provehunt, eique orbis gubernacula concredunt. hic itaque post annos aliquot, dum Bardam Caesarem, quod nulla legitima causa aut crimine repudiata uxore cum nuru sua commiscebatur, neglecti canonum iuris non indiligens vindex et ultor, ecclesia arcet; quamque illi poenam indixerat, eiiciendo ab ecclesia, eandem ab eo vicissim sustinuit. atque ut famem sitimque praeteream, humique distento corpore verbera ac saevissimas membris omnibus plagas taceam, ubi unum hoc tantummodo dixero, octeptam historiae seriem repetam. (31) traditur a Barda Ignatius carceri, idque immani funestissimoque. fuit ille in sanctorum apostolorum delubro, non in magna ac venerabili apostolorum

τάφοι καὶ λέγονται καὶ εἶσιν. ἔκειῖσε δὴ ἐναποκλείσαντες ἐν τινι τοῦτον τάφῳ τοῦ Κοπριωνύμου, ἐν κρυμῷ καὶ παγετῷ γυμνότερον ὑπέρον, τὸ τῆς παροιμίας, ἐν μετεώρῳ ἐπικυθίσαντες τὰ τοῦ κρυμοῦ καὶ χειμῶνος πάσχειν ἐξεβιάζοντο· τὰ δὲ ἦν ἡ δυσεντερία τε καὶ τῶν ἐντὸς ἀναγκαίων ἐκ τῆς τοῦ ψύχους ὑπερβολῆς διὰ γαστροῦς ἀπόρροια καὶ θάνατος ἐκ τούτου πικρός. ἀπεβίω δ' ἂν ἐκ τῆς τῶν φρουρούντων δεινότητος καὶ ὀμότητος (ἦσαν δὲ οὗτοι ὅ τε Γοργονίτης Ἰωάννης καὶ ὁ Σκουτελόπτης Νικόλαος καὶ Θεόδωρος **D** ὁ Μωρός), εἰ μὴ τις οἴκτῳ βαλλόμενος (Κωνσταντῖνος ἦν ὁ Ἀρμενιακός) τῇ τούτων ἀπουσίᾳ ἐν τῷ μέλλειν σιτίζεσθαι ἐκεῖθεν τε 10 τὸν ἄνθρωπον κατεβίβαζεν, καὶ οἶνῳ βραχεῖ, ἔτι δὲ καὶ ἄρτῳ καὶ μικρῷ τινὶ περιθάλλει τὸ λυποῦν ἐπ' ὀλίγον παρεμυθεῖτο. ὡς δὲ τὸ τῆς τιμωρίας ἀρκοῦντως ἐδόκει αὐτῷ, τότε δὴ ὑπερόριον μὲν τὸν ἄνδρα τοῦτον κατὰ τὴν νῆσον Μιτυλήνην ποιεῖ· ἐπεὶ δὲ καὶ τινες τῶν ἐπισκόπων ἀντέλεγον καὶ τὴν δίκην πόρρω που δὴ οὔσαν 15 καὶ ἀποφοιτήσασαν ἐπεκαλοῦντο καὶ οὐκ εἴ τι γένηται ἄλλον δέξασθαι ἠπέιλον, ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας συναπορορήγνυσθαι, τὸν ἐκ τούτου τάραχον δὴ κατευλαβηθεῖς ἔγνω καὶ τούτους ἀπάτη περιελθεῖν καὶ ἀλωπεκῆ. **P** 121 ἰδία γοῦν καὶ κρυφῆ τούτων ἕκαστον μετακαλούμενος οὐ μικρόν τι καὶ ταπεινὸν ὑπισχεῖτό τε καὶ ἐδίδου, εἰ μόνον 20 ἀποσταῖεν τοῦ Ἰγνατίου, ἀλλὰ τὸν θρόνον αὐτὸν Κωνσταντινουπόλεως. ὡς δ' ἐνεδίδουσαν ὑπαντες καὶ τῆς μὲν δόξης ἠτιῶντο, τοῦ

3 τὸ om P

7 οὔτος P

aede, sed ubi et dicuntur sepulcra et exstant. ibi in quodam sepulcro includentes, quod Copronymi fuerat, geluque ac frigore (pistillo, quod proverbio dicitur, nudiozem) conficiendum in eius superioribus statuentes, in ea incommoda morbosque, qui eam aëris intemperiem sequi solent, ipsum coniecerunt, dysenteriam scilicet, intestinorumque gelu frigorisque exsuperantia per ventrem deiectionem, indeque acerbam mortem. ac plane ex custodum immanitate et saevitia ea exstinctus esset (erant illi Ioannes Gorgonites et Nicolaus Scuteloptes et Theodorus Morus), nisi quis miseratione tactus (Constantinus scilicet Armeniacus) illis tum per cibi sumendi occasionem absentibus eum inde demisisset, modicoque vino ac pane necnon tantillo quodam fomento nonnihil dolorem mitigasset. ubi autem Bardas sat eum poenarum dedisse existimavit, in insulam Mitylenem exilio relegat. quia vero nonnulli episcopi adversabantur, iusque in eo profligatum ac procul valere iussum obiectabant, quicquid denique contingeret, nullum alium se recepturos minabantur, quin immo ab ecclesia pariter scissum iri, hinc rerum turbationem veritus Bardas hos quoque dolo ac vulpina adoriendos putavit. singulos itaque seorsum ac clanculum ad se accersens non exiguum aliquid, aut quod merito spernendum videretur, tum pollicebatur tum dabat, modo solum ab Ignatio discederent; sed ipsam sedem Cpolititanam. cunctis vero ce-

δὲ καλοῦ ἔνεκεν καὶ νομίμου ἀπέπεμψε οὐδείς, τότε δὴ τότε ὑπε-
 τίθει ὡς ὁ μὲν βασιλεὺς αὐτοῖς τὰς ὑποσχέσεις μὲν ἐκλήρωσεν,
 αὐτοὶ δὲ τὸ εὐσχημον τηροῦντες τε καὶ σεμνὸν ἅμα τῷ πρὸς αὐτὸν
 κληθῆναι μὴ πρὸς τὰ διδόμενα κατανεύσητε, ἵνα καὶ αὐτός, φησί, B
 5 τῆς ἐμῶν εἴη ὑπεραγάμενος ἀρετῆς. οὕτως δὲ ἕκαστον οὐχ ὁμοῦ
 ἀλλ' ἰδίᾳ καὶ κατὰ μόνους πρὸς τὸν Μιχαὴλ προσκυλούμενος μὴ
 αὐθωρὸν ἐπιπηδῶν τῇ τιμῇ ἀνέπειθει. καὶ οὗτοι μὲν ἐκ μόνου
 προσορήματος ἀξιούμενοί τε καὶ ἀπαρνούμενοι ἔλαθον ἑαυτοὺς πα-
 ραδειγματίζοντες· τῆς γὰρ ἀρετῆς ἐξέλιπον τῷ τῆς δόξης νικώ-
 10 μνοι ἕρωτι, καὶ ταύτης αὐθις ἡμᾶρτανον, ὅτι μὴ κάλῳς ἀλλ'
 ἐπιβούλῳς τὸν Ἰγνατίου παρεδίδοσαν. (32) οὕτως οὖν ἐπεὶ καὶ
 οὗτοι ἄνθρωποι ὄντες ἐφάνησαν καὶ οὕτω δὴ ἠπατήθησαν, Φωτίῳ C
 ἐπὶ σοφίᾳ μὲν ὄντι γνωρίμῳ ἀνδρὶ, κοσμητικῆς δὲ τάξεως ἀντιποιοῦ-
 μένῳ καὶ τὴν τοῦ πρωτοασηκρητῆς δεδραγμένῳ τιμῇ, τὸν θρόνον
 15 ἐδίδου τῆς Κωνσταντινουπόλεως. καὶ ἵνα δὴ καὶ τὰ αὐτῶν κρα-
 ταιότερα ἀποφῆνωσιν, τοποτηρητὰς μὲν ἐκ Ῥώμης ἐπ' ἄλλαις προ-
 φάσει (κατὰ γὰρ τῶν εἰκονομάχων) σταλέντας μετυπεμψάμενοι,
 κατὰ δὲ Ἰγνατίου μετὰ τοῦ καιροῦ γεγονέναι παρυσκευάσαντες
 καὶ συνεδριάσαντες, καὶ ἐν τῷ τῶν θεῶν ἀποστόλων τεμένει δε-
 20 δημοσιευμένη καθαιρέσει τοῦτον καθυποβαλόντες, ἐπεὶ τῆς ἐξορίας D
 μετεκαλέσαντο, πνευμαῖς τὰ πρόσωπα καὶ τοὺς ὀδόντας συνθλά-
 σαντες, πᾶσαν σκοτόμαιναν κατὰ τῶν ἱερέων κακῶς, καὶ δεύτερος

22 Fort. κκῶσι. margo Combef.

dentibus gloriaeque ambitu superatis, nec ut iuris aequique causa refragarentur ullam rationem habentibus, tunc nimirum singulos admonuit, impleturum quidem imperatorem quae erat pollicitus, illis tamen servandum quod ex decori honestique ratione existat; nec statim cum accerserit, acquiescendum ut oblata accipiam, "quo et ipse imperator vestrae" inquit "virtutis supra modum admirator existat." sic itaque singulis non simul sed seorsum vocatis, auctor est ne confestim in dignitatem involent. atque hi quidem ex sola salutatione rogati ac abnuentes, ipsi se ipsos imprudentes traducebant: gloriae enim amore superati virtutis fecere iacturam; nec gloriam sunt assecuti, quod non rite exque honesti ratione sed insidiosae Ignatii causam prodiderant. (32) sic itaque his quoque humanum quid se passos ostendentibus, inque eum modum deceptis, Photio viro sapientiae laude claro, saeculari militia ac dignitate secretariorum principi, Cpolititanam sedem tribuit. atque ut gestis maius quid ad robur adiicerent, Romani antistitis vicarios, alia occasione Romam missos (adversus scilicet haeresim iconomachorum) accersentes adversusque Ignatium quaesita opportunitate coactoque concilio adducentes, in divinatorum apostolorum sacra aede publicata sententia, Ignatium depositionis poenae subiiciunt; eique ab exilio revocato pugnis vultum contundunt confractosque dentes excutiunt, atrae noctis procellam adversus sa-

τῶν ὄντων ἐπὶ γῆς μηδέπω φανῆ. ἀλλ' ὅσα μὲν καὶ ἄλλα κατὰ πάντων ἱερέων ἐνεανιεύσατο, φυλακαῖς τε καὶ ὑπερορίαις καὶ ποιναῖς ὠμοτάταις ὁσημέραι παραδιδούς, ἵνα τῷ Φωτίῳ συγκοινωνήσωσι, βίβλοι τε πολλαὶ καὶ ὁ πᾶς οὐκ ἐπιλίποι χρόνος ἐκτραγυδῶν. 5

P 122 33. Ἐντεῦθεν γοῦν τὰ μὲν τῶν Ῥωμαίων ἢ τῶν Ῥῶς ἐκάκου ἐπιδρομή (ἔθνος δὲ οὗτοι Σκυθικὸν ἀνήμερόν τε καὶ ἄγροικον), τὸν τε Πόντον αὐτόν, οὐ μὴν καὶ τὸν Εὐξείνιον, κατελίμψα καὶ αὐτὴν τὴν πόλιν περιεστοιχίζεν, τηρικυῖτα τοῦ Μιχαὴλ κατὰ Ἰσμαηλιτῶν ἐκστρατεύοντας. πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τότε θείας ἐμφορηθέντες ὀργῆς, Φωτίου τὸ θεῖον ἐξιλωσαμένου τοῦ τῆς ἐκκλησίας τοὺς οἴακας ἔχοντος, οἴκαδε ἐκπεπόρευντο· καὶ μετ' οὐ πολὺ πάλιν τὴν βασιλεύουσαν πρεσβεία αὐτῶν κατελάμβανεν, τοῦ θείου βαπτίσματος ἐν μετοχῇ γενέσθαι αὐτοὺς λιτανεύουσα, ὃ καὶ γέγονεν. 15

B 34. Τὰ μὲν οὖν ἢ τούτων ἐκάκου ἐπιδρομή· τὰ δὲ ὁ τῆς Κρήτης στόλος ἀναγόμενος, ὡς κουμβαρίων ἄχρι εἴκοσι, ἐπτὰ γαλέας καὶ τινὰς σατούρας μεθ' ἑαυτοῦ ἐπαγόμενος, ἐλήϊζέτο τε καὶ κατεδουλαγώγει, νῦν μὲν τὰς Κυκλάδας νήσους περιουσιῶν, νῦν δὲ ἄχρι Προικοννήσου τὴν παράλιον ἄπασαν. τὰ δὲ οἱ συνεχεῖς τῶν σεισμῶν ἐλυμαίνοντό τε καὶ πρὸς τοῦδαφος ἔβαλλον, νῦν μὲν καθ' ἣν ἢ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἀνάληψις ἐορτάζεται, τὸ πρὸς νότον τρίτον τοῦ Ἐξακιονίου πρὸς γῆν ἐδαφίζοντες, ναοὺς 20

8 μὴν καὶ] μὴν ἀλλὰ καὶ?

cerdotes miscentes, cui similis nulla unquam in terra exstiterit. quae vero quantaque alia Bardas adversus sacerdotum omnem coetum temere ausus sit, quos quotidie carceris maceratione exsiliisque ac poenis saevissimis, ut communione Photium iungerentur, addiceret, et libri complures et omnis posteritas tragice deflere nunquam desinet.

33. Exinde factum ut Rossi (Scythica illa gens immitis ac fera) Romanos agros vastarent ipsumque Pontum (haud sane etiam Euxinum) igni desolarent, ac quasi indagine regiam ipsam urbem (Michaele in expeditione adversus Ismaelitas occupato) cingerent. verum hi quidem abunde dei ira exsaturati, Photio, qui ad ecclesiae gubernacula sedebat, deum exorante urbique propitium reddente domum rediere; nec multo post legatis in urbem missis divinum efflagitantes baptismum, etiam impetravere.

34. Partim itaque haec Rossorum vastabat incurisio; partim Cretensium advecta classis, ad viginti lintres (cymbaria vocant) galeas septem ac onerarias quasdam adducens, depraedabatur infestabatque, modo quidem Cycladas insulas, modo maritimam omnem regionem ad Proconnesum usque pervagans: partim denique continui terrae motus labefactabant et solo tenus diruebant. horum unus, quo die domini ac salvatoris nostri in caelos recepti solennis memoria agitur, Exacionii tertiam

τε εὐπρεπεῖς καὶ οἶκους λαμπροῦς, νῦν δὲ στήλας τήν τε κατὰ C
Χρυσῆν πύλην τῆς πόλεως Νίκην ἐγκαθιδρυμένην τὰς τε ἐν τῷ
Δευτέρῳ κατὰ τὴν ἁγίαν Ἄνναν στερορῶς ἰσταμένας ἐγκατασεύσαν-
τες· ἦν ὁ μαθηματικὸς Λέων καταπεπτωκυῖαν ἰδὼν τὴν τοῦ δευ-
5 τέρου ἐκ βασιλείως πτώσιν ἔλεγεν ἐπαπειλεῖν καθαρῶς. μακρὸν
εἶη λέγειν ποταμῶν ἀφάνειαν καὶ πηγῶν καὶ ἄλλ' ἅττα παθήματα
κατὰ τε Ἰσαυρίαν καὶ καθ' ἐκάστην χώραν ἐπιγιγνόμενα.

Ἄ πάντα ὁ βασιλεύων ἐν δευτέρῳ θήμενος ὄλος εἶχετο τῶν
ἐπικυῶν ἀγῶνων κατὰ τὸν ἐν Εὐξείνῳ ἀνεγερμένον ναθὸν τοῦ ἁγίου
10 Μάμαντος. (35) καὶ ποτε δὲ — ἀλλὰ συνήθειάν τινα διηγῆσο- D
μαι πρότερον, ἢ τὴν τῶν Σαρακηνῶν καθ' ἡμῶν ἐκστρατείαν διὰ
πυρσοῦ ἐν ἀκαρεῖ ἐδήλου καὶ παρεγύμνου τῷ βασιλεῖ. ἔρουμά τε
καὶ φρούριον τῆ κατὰ Κιλικίαν Ταρσοῦ πλησιάζον καὶ γειτονοῦν
οὕτω καλούμενον Λοῦλλον ἔστιν. οἱ τεταγμένοι οὖν τοῦτο φρου-
15 ρεῖν, ἅμα τῷ τὴν ἐκείνων ἰδεῖν ἐκδρομήν, διὰ φανοῦ δηλοῦσιν
τοῖς κατὰ τὸν Ἀργαῖον βουνόν, καὶ οἱ αὖθις τοῖς κατὰ τὴν Ἰσά-
μον, καὶ οἱ τοῖς κατὰ τὸ Αἰγίλον, καὶ τοῦτο τοῖς κατὰ τὸν Μά-
μαντα πάλιν βουνόν· εἶτα τοῦτον ὁ Κύριζος διαδεχόμενος, καὶ
αὖθις τοῦτον ὁ Μώκιλος, ἐκ τούτου δὲ ὁ τοῦ ἁγίου Ἀὔξεντιου P 123
20 βουνὸς τοῖς ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ κατὰ τὸ ἡλιακὸν τοῦ Φάρου
ἐπὶ τούτου διαιταρίοις ἀφωρισμένοις ἐν βραχεῖ ἐποίει δὴ φανερά.
ποτέ γοῦν τοῦ Μιχαῆλ κατὰ τὸν εἰρημένον τοῦ μάρτυρος Μάμαν-

16 Cedren. ἐν Ἀργεῖφ. Zonar. Ἀργαίφ. Combef.

21 τούτφ?

partem solo prostravit, eam scilicet quae ad austrum spectat elegantique
cultu exstructa templa habet ac magnificas aedes: alter statuas evertit,
tum scilicet Victoriā, quae ad Auream urbis portam collocata erat, tum
quae in Deutero (velut Secundum dicas) ad sanctam Annam suis firmiter
basibus fixae stabant. hanc Leo mathematicus collapsam videns, illius
palam casum designare dixit, qui ab imperatore potentia proximus esset.
longioris operae esset arefacta flumina ac fontes referre, aliaque tum
in Isauria tum in singulis quibusque provinciis visa portenta.

Quae omnia imperator in secundis habens, equestribus certaminibus
ad sancti Mamantis in Steno templum totus incumbabat. (35) quando-
que autem — prius vero narrabo consuetudinem quandam, qua Sarace-
norum adversus Romanos eruptio, accensa facula, momento temporis in-
dicabatur ac detegebatur. castellum quoddam ac praesidium Tarsi Ci-
liciae vicinum, Lulum nomine, exstructum est. in eo praesidiarii cum
Saracenos incursionem expedire sentiunt, laterna significant his qui in
Argaeo colle excubias agunt; iterumque qui in Argaeo, his qui in Isa-
mo; hique vicissim his qui in Aegilo; Aegilum rursus his qui in colle
Mamantis degunt: sequitur Cyrisus, huncque rursus Mocilus; ex eo An-
xentii collis diaetariis, qui in magno Palatio ad Phari solare constituti
erant, nulla mora periculi index erat. quandoque igitur, cum ad illud,
quod diximus, Mamantis martyris templum Michael agendis equis se

τος ναὸν ἰππάσασθαι μέλλοντος καὶ τὸ σύνθημα τῆς ἵπποδρομίας δεδωκότος, ἐπεὶ κατὰ τὴν ἐσπέραν ὁ ἐκ τοῦ Φάρου φανὸς διὰ τοῦ παππίου ἐδήλου τὴν τῶν ἐθνῶν ἐκδρομὴν, εἰς τοσοῦτον ἦλθεν ἀγῶνα καὶ φόβον ὁ βασιλεὺς δέει τοῦ μὴ παροφθῆναι τὴν ἡνιοχείαν αὐτοῦ παρὰ τῶν θεατῶν τῆς τοιαύτης ἔνεκεν ἀγγελίας, εἰς ὅσον 5

B ἄλλος τις ἦλθεν κινδυνεύων ὑπὲρ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ μὴ πλησιάσαι τούτους μᾶλλον ἀγωνιζόμενος. οὕτως ἐκεῖνος ἐθεατροῖζετό τε καὶ οὐκ ἤσχυνετο. ὄθεν ἵνα μήτε τις τῶν αὐτοῦ ἀγῶνων ἀπολιμπάνοιτο μήτ' ἄλλο τι τῶν ἐκεῖθεν ἀνιαρῶν προσπίπτον χαλαρωτέρους ποιήσῃ τοὺς θεατάς, μηκέτι τοὺς πλησιάζοντας φανοὺς ἐνεργεῖν 10 προσετάξεν, ἀλλὰ σιγῇ βαθεῖα καὶ λήθη τὰ τοιαῦτα παρακαλυφθῆναι μακροῦ.

36. Ἄλλοτε δὲ πάλιν, ἵνα σαφεστέρα γένηται ἢ τοῦ ἀνδρὸς ἀναγωγία καὶ ἀνοια, αὐτοῦ ἐφ' ἄρματος ἵσταμένον καὶ τῆς **C** βαλβίδος μέλλοντος ἐκπηδᾶν (ἐπάτει δὲ βένετος, καὶ πράσινος ὁ 15 λογοθέτης Κωνσταντῖνος, ὁ πατρικίου Θωμᾶ καὶ γεγονότος λογοθέτου τοῦ δρόμου πατῆρ, λευκὸς δὲ ὁ Χειλᾶς καὶ ρούσιος ἡ Κρασῆς· οὐκ ἦν δὲ οὐδὲ τῶν πρωτοασηκρητῶν σχολάζειν, ὥσπερ οὐδὲ τῶν πρωτονοταρίων τοῦ δρόμου, ἀλλ' ὁ μὲν ἦν κομβινογράφος τῶν βενέτων, ὁ δὲ τῶν πρασίνων) — αὐτῶν οὖν ἐφ' ἄρματος ἵσταμένον 20 μετὰ καὶ τῆς ἡνιοχικῆς στολῆς, καὶ ἐπαγγελίας φθασίας ὅτι δεικῶς ὁ Ἄμερ κατατρέχει τε καὶ κατασύρει τὸ Θρακῆσιον καὶ τοῖς Μαλαγίνοις πλησιάζει καὶ προσδοκῶνται ὅσον οὐδέπω δεινά, καὶ

accingeret, iamque equestris certaminis signum datum esset, quoniam ad vesperam Phari laterna, Papia accendente, hostes ingruere indicaverat, in tantas angustias metumque abreptus est (nempe veritus ne sua illa aurigatio audicione ea percussos spectatores non satis attentos haberet) in quantas vix alius in vitae ipso periculo constitutus, quique diligentem potius operam iisdem hostibus propulsandis adhiberet. sic nimirum ille spectaculis indulgebat, nec eum eius rei pudebat. idcirco, ne quem illius certaminibus deesse contingeret, neve aliud quid tristis nuntii ea ignium indicatione languidiores spectatores redderet, e vicinis urbi speculis ignes accendi deinceps vetuit, altoque silentio ac longa oblivione talia aboleri praecepit.

36. Rursus alias (quo viri dissolutus animus ac vecordia clarius innotescat) cum in curru staret iamque equi carceribus emittendi essent (incedebat ipse Veneto habitu, Prasino logotheta Constantinus, Thomae pater dromi logothetae, albo Cheilas, ruseo Crasas: at neque protoaecretis neque protonotario dromi a Circi rebus vacabat, sed alter factionis Venetae combinationum, alter Prasiniae scriba erat) — his itaque in curru, solenni equestribus ludis stola stantibus, allatoque nuntio Amerem graviter Thracensium regionem populari ac diripere iamque ad Malagina prope accedere, ac mala imminere: eaque re maesto animo delectoque

ἐπὶ τούτῳ στυγνάσαντος μὲν τοῦ πρωτονοταρίου, ἀπαγγέιλαντος δὲ D
 μετὰ κατηφείας τὴν ἐκ τοῦ δομestikou τῶν σχολῶν ἀπόκρισιν καὶ
 ἄμα ἐπὶ χειρᾶς τὰ γράμματα φέροντός τε καὶ δείκνύοντος, “τίνι”
 φησίν, “ὦ οὗτος, τόλμῃ χρησάμενος τοιαῦτα κατὰ τὸν ἀναγκαῖον
 5 τοῦτον ἀγῶνά μοι διαλέγειν ἐπιχειρεῖς, τοῦτο μόνον σπουδάζοντι,
 εἰ μὴ τὸν μέσον εὐώνυμον ἰδεῖν παρὰτέτραμιμένον; ὑπὲρ οὗ μοι
 πᾶς ὁ ἀγών.”

37. Καὶ οὐχὶ μὲν τούτῳ τῷ πόθῳ, ἢ εἰ βούλει γε, πάθει
 ἤλιστα, ἐτέρων δὲ ἀπρεπιτοτέρων ἐκτὸς ἦν, ἀλλὰ καὶ μέτριον ἦθος
 10 ἀμέτρως καταδιώκων ἐξέπιπτε τοῦ πρόποντος καὶ τῆς βασιλικῆς P 124
 τιμῆς τὰ μάλιστα. καὶ ποτε γυναιῶ, ἧς τὸν παῖδα εὐδοκίμησά-
 μενος ἦν, κατὰ τὴν ὁδὸν συντυχῶν ἐκ βαλανείου μὲν ἐρχομένη
 τὴν ἑαυτῆς δὲ κάλπιν ἐπὶ χειρᾶς ἐχούσῃ, ἐκ τοῦ ἵππου ἀπορριγεῖς
 τοὺς μὲν ἄλλους ὅσοι ἐκ τῆς συγκλήτου τούτῳ ἐπηκολούθουν κατὰ
 15 τὰ ἐκείσε ὄντα ἀνάκτορα ἐξαπέστειλεν, ἀκόλαστα δὲ τινὰ καὶ μυ-
 στικά ἀνδράρια ἐταιρισάμενος ἀπῆε μετὰ τῆς γυναικός, τὴν κάλ-
 πιν τῶν ἐκείνης χειρῶν ἀναλαβών, καὶ “ἄγε δὴ, ὦ γύναι, θάρσυσ-
 σα” ἐπέλεξεν “ἐμὲ κατὰ τὸ οἶκημά σου ἀπόδεξαι, ψωμοῦ πιτυρώ-
 δους ἔφεσιν ἔχοντα καὶ ἀσβεστοτύρου.” δεῖ γὰρ τὴν ἐκείνου λέξιν B
 20 εἰπεῖν. ἐπεὶ δὲ τῷ ξένῳ τοῦ θεάματος ἡ γυνὴ ἦν ἐνεὸς καὶ πάντων
 ἠπόρει, μήτε μὴν τράπεζαν μήτε τὰ ταύτης στολλίζοντα ἔχουσα, ὁ
 Μιχαὴλ θῦπτον ἢ λόγος εἶχε στραφεῖς, τὸ ὃ ἔφερε σάβανον ἐκ

13 δὴ P

21 ταύτην?

vultu protonotario domestici scholarum responsum nuntiante, acceptas-
 que ab eo literas in manibus habente ac ostendente, “qua” inquit “heus
 tu, audacia me tam necessario certamine occupatum istis de rebus inter-
 pellas, cum in hoc unum incumbam, ut eum qui medium tenet in laevam
 partem avertam? de quo mihi totum hoc certamen est.”

37. Nequo vero hoc duntaxat desiderio aut (si mavis) libidine per-
 ditoque amore laborans, ab aliis turpioribus immunis vitiis erat: sed
 praeterea dum modestiam citra modum sectatur, a decore quam maxime
 excidit, eaque gravitate quae imperatorem condeceat. obviam quando-
 que mulierculam habuit, cuius e sacro fonte filium susceperat, e balneo
 redeuntem, ac quae manibus situlam gestaret. tum equo desiliens alios
 senatorii ordinis viros, qui ipsum comitabantur, haud procul in palatium
 abire iubet: ipse cum impuris libidinosisque, quos sibi asciverat, ex vulgi
 faece hominibus, mulierculam secutus, ablataque ei e manibus situla,
 “bono animo sis” inquit, “o mulier, meque tua domo accipe, furfuracei
 panis recentisque casei” (ἀσβεστοτύρου, praestat enim ipsam eius vocem
 ponere) “appetentiores.” cum autem mulier inaudita spectaculi novitate
 stuperet, omnique egestate premeretur, ac ne mensam quidem haberet
 aut lintea quibus illi sterneret, Michael dicto citius, asperiores pannum

τοῦ βυλανείου ἔτι διάβροχον ὄν λαβών, ἀντὶ λεπτῆς ὀθόνης, ἣ τῆ
τραπέζῃ ἐπίκειται, χρῆσάμενος, καὶ τὴν κλεῖδα τῆς γυναικὸς ἀφε-
λὼν αὐτὸς ἦν τὰ πάντα, βασιλεύς, τραπέζοποιός, μάγειρος, δαι-
τυμῶν. ἐκβαλὼν δὲ τὰ ἃ εἶχεν τῆς πενιχρᾶς ἐκείνης ἢ κιβωτός,

C εἰσιῶτο ταύτῃ καὶ συνεδείπνει, τὴν μίμησιν πρὸς τὸν ἐμὸν ἀνα- 5
φέρων Χριστὸν καὶ Θεόν. κακείθεν βιάδην αὐδῆς ἀπῆει πρὸς τὰ
ἀνάκτορα, πολλῆς εὐθείας καὶ ἀλαζονείας καὶ τύφου καταγινώ-
σκων τῶν πρὸ τοῦ βασιλείων· οὗ ἐκεῖνοι λήρου εἰ ἤκουσαν, “ἀλλ’
οὐκ ἄλλως τρυφῶντα καὶ παύζοντα ταῦτα” ἔφησαν “ἐχρῆν σε ποι-
εῖν καὶ τὸν ἡμέτερον τύφον καταγινώσκειν, ἀλλὰ προπολεμοῦντα 10
καὶ τῶν ἀναγκαίων σπανίζοντα καὶ τοῖς στρατιώταις σύνδειπνον
ᾔντα καὶ ἔραστήν, ἀλλ’ οὐ γυναιῶν καπηλίδων καὶ μοχθηρῶν.”
ταῦτ’ οὖν ἅπαντα μισητόν τε ἐποίει τὸν Μιχαὴλ καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ
D ἐκίνει δικαιοσύνην ὁργήν.

38. Καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ἣ τῶν ὧν εἶχε μεθ’ ἑαυτοῦ 15
φρατρία, Σατυροὶ τινες οὗτοι καὶ πρὸς πᾶσαν αἰσχουρογίαν ἀκό-
λαστοι· εἶπεν ἄν τις αὐτοὺς θιασώτας εἶναι Διονύσου καλῶς. οὓς
ἐκεῖνος διὰ τιμῆς ἄγων τε καὶ αἰδοῦς, τῶν θείων κατολιγρωῶν,
ἱερατικὰς στολὰς χρυσοῦφάντους τε ἐπετίθει καὶ ὠμοφόρια, καὶ
ἄλλως ἠνάγκαζεν ἀσημιόνως τε καὶ ἀνάγνωσ τελεῖν τὰ ἄγνά, καὶ 20
πατριάρχην τὸν ἔξαρχον τούτων ἐκάλει, οὕτω Γρυλὸν καλούμενον,
τοὺς δὲ λοιποὺς ἕνδεκα μητροπολίτας τῶν ἑξαιρέτων θρόνων τε

ex balnei usu detergendis siccandisque corporibus, madentem adhuc inde a muliercula allatum accipiens, mappae loco linteique subtilioris pro mensae usu sternit, ereptaque mulieri clave unus omnia fit, imperatorisque et mensam instrumentis coquique et convivae munus obit. productisque quae pauperculae mulieris penus erant, cum ea epulabatur ac concenabat, Christum meum ac deum bello eo facinore referens atque imitans. peracto convivio, lento pede in palatium redit, magnae stoliditatis et arrogantiae fastusque damnans superiores imperatores; cuius illi nugae si audivissent, utique dicturi essent “at non temere deliciis diffluentem atque ludentem haec te oportuit facere, fastumque nostrum damnare, sed cum prior belli labores desudares, parcoque victu militum amans cum eis lubens, non cum copis malisque ac impuris mulierculis concenares.” haec itaque omnia exosum reddebant Michaelem, deque in illum iustissimam iram provocabant.

38. Quodque his gravius, quod secum habebat sodalium (Satyri quidam ii erant, ganeones in omnem turpitudinem parati; dixisses Bacchi thiasotas), his ille honorem habens eosque colens, divinorum contemptu sacerdotales auro contextas vestes ac pontificum humeralia eis adhibebat, ad haecque turpiter ac impure, quae pura sunt, eos peragere cogebat. eius chori principem, sic nuncupatum Grylum, patriarcham vocabat; reliquos undecim praecipuarum illustriumque sedium metropolitae;

καὶ λαμπρῶν, οἷς εἰ μὴ καὶ αὐτὸς ἐκοινῶνει, οὐδὲ βασιλεύειν ἤξιον· P 125
 ὄθεν ὁ Κωλωνείας οὗτος ἐλέγετό τε καὶ ὀνομάζεται προέδρος.
 ἐπεὶ δὲ καὶ ἕδειν ἐχορῆν αὐτοῦς καὶ τελεῖν τὰ μυστήρια, τὰς μὲν
 ᾧδὰς ἐξεπλήρουεν διὰ κιθάρας, νῦν μὲν ἡρέμα πως οὕτω καὶ λιγν-
 5 ρῶς ἐπηχοῦντες, τὰ μυστικὰ μιμούμενοι, νῦν δὲ ἀνέτω φορῶ καὶ
 διαπρυσίῳ, τὰς ἐκφωνήσεις δῆθεν τῶν ἱερέων. καὶ σκευὴ δὲ διά-
 χρυσα καὶ ἐκ μαργάρων συγκείμενα ὄξους τε καὶ σινήπεως ἐκπλη-
 ροῦντες τοῖς οἷς ἐβούλοντο μεταλαμβάνειν ἐδίδοσαν, τῶν ἀχράντων
 οὕτω καταπαίζοντες μυστηρίων. οὗτος οὖν ὁ Γρῦλος καὶ ὄνω
 10 ἐπωχεῖτο τὰς δημοσίας προόδους τελῶν, καὶ τὸν τοιοῦτον θίασον B
 συνεπόμενον ἔχων ἠγάλλετο. καὶ ποτε συνέβη συντυχεῖν Ἰγνατίῳ
 τῷ μακαριτῇ πατριάρχῃ κατὰ πρόοδον τῇ ἐκκλησιαστικῇ λιτῇ μετὰ
 τοῦ ἱερατικοῦ κλήρου ἐφεπομένῳ. ὡς οὖν εἶδεν αὐτὸν ὁ Γρῦλος,
 ἄσμενος τοῦ πράγματος ἐλόμενος ἐξῆρχέ τε τῶν κρουμάτων, καὶ
 15 τὸν φελόνην ἀναστείλας μετὰ τῶν αὐτοῦ συμμυστῶν εὐτονωτέρας
 τε ἔκρουε τὰς κιθάρας καὶ τοὺς εὐαγεῖς ἐκείνους λοιδορίαις καὶ αἰ-
 σχίστοις ἐβαλλε ῥήμασι. (39) καὶ Θεοδώραν δὲ τὴν ἑαυτοῦ μη-
 τέρα ἔτι ζῶσαν καὶ τοῖς ἀνακτόροις διαιτωμένην μετεκαλέσατό ποτε
 εὐλογηθῆσομένην παρ' αὐτοῦ, πλασάμενος τοῦτον εἶναι τὸν μακα-
 20 ρίτην Ἰγνάτιον. ὡς οὖν ἐξῆει μετ' εὐλαβείας καὶ αἰδοῦς ἢ ἱερῶ- C
 τάτη γυνή, ἔρριψεν εἰς τοῦδαφος ἑαυτὴν ἐξαιτουμένη εὐχὴν (καὶ
 γὰρ ἐλάνθανε τέως, τὴν γενειάδα κρύπτων κατὰ τὸ πρόχειρον),

21 γυνὴ καὶ ἔρριψεν?

quibus nisi ipse sodalis sociusque accederet, ne gratos quidem habebat imperii fascēs. idcirco Coloniae praesulis sibi ipse nomen indebat. quia vero etiam cantillare divinaeque peragere mysteria illis incumbēbat, cantica modulusque explendo citharam adhibebant, modo sensim pulsantes, et ut illa stridulum argutumque sonum ederet, hoc aemulati quod sacerdotes secreto agitant; modo pulsu libero ac claro sonitu, pro eo ac sacerdotes sic clare quasi perorando pronuntiant. aurea quoque ac gemmis baccata vasa aceto ac sinapi implentes, atque illis impartientes qui erant percepturi, per eum modum impollutis mysteriis illudebant. accidit autem ut quandoque chorus hic beato Ignatio patriarchae obviam fieret, cum is supplicationis causa ex ecclesiastico ordine cum clericorum pompa procederet. hunc ut conspexit Grylus, lubentissime rem capessens pulsare auspicatur, retractaque casula cum sodalibus, contentiore citharae sonitu, sanctissimos viros conviciis compluit verbisque turpissimis fatigat. (39) quin Theodoram quoque matrem adhuc superstitem atque in palatio versantem quandoque ad se vocavit, quasi illo fausta ei precaturo, quem beatum Ignatium esse finxerat. ut ergo sanctissima mulier religiose animo incitata modesto cultu accessit, humi prostrata pro se vota concipi petit: latebat enim adhuc quis esset, cum is de facili bar-

ψόφον αὐθωρὸν ἐπαφείς δυσωδίας πλήρη καὶ ῥήματα ἀπρεπῆ τὰς ἐκείνης καὶ τῶν εὐσεβεστέρων εἰς ἑαυτοὺς ἐξεκαλεῖτο ἄρας, ἣ καὶ τὸ μέλλον ἀποφροιβάσαι τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας τε καὶ χειρὸς ἕξω γενέσθαι διεσάφει τῷ Μιχαήλ.

Ἄλλ' οὐκ ἦν ἄνδρα παρὰτραπέντα δὴ τῆς εὐθείας καὶ ἀπο-
 5 στάντα τῆς ἀρετῆς ἀνακληθῆναι καὶ τῆς μακαρίας λαβέσθαι ὁδοῦ.
 D Ὅθεν οὐδὲ πορρωτέρω δὴ τὰ κακά, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἐκείνοις πλησιάζειν ἐποιοῦν οἱ τῶν τοιούτων αἴτιοι καὶ ἐφευρεταί. καὶ πρῶτον μὲν εἰς ἑαυτὸν ὁ Βάρδας ταῦτα ἐπέφερεν, μᾶλλον δὲ ὁ Θεόκτιστος ὁ κανίκλειος πρὸ αὐτοῦ, εἴτε δὴ τῷ παντελῶς τούτῳ χαρίζεσθαι 10 πάντας δὴ ὁμοθυμαδὸν καὶ μὴ τῶν πονηροτέρων ἀνακόπτειν διδασκαλιῶν ὡς ἐπιτρόπων ἐπιχειρούντων, εἴτε δὴ τοῦ μὲν ἐνὸς ἀναστέλλοντος, τοῦ δ' ἑτέρου μὴ τὰ ἴσα φρονούντος ἐξ ἐριθείας καὶ συναναστέλλοντος, ἀλλ' ἐπιτρέποντος μᾶλλον, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐν
 P 126 τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις τοιούτους ἐθεασάμεθα. πλὴν ἐπήγγυον 15 εἰς ἑαυτοὺς τὰ κακά, καὶ ὁ μὲν Θεόκτιστος νῦν μὲν, ὡς εἴρηται, σφατιόμενος, νῦν δὲ ταῖς αἷς ἐπεχειρεῖ δουλείαις μὴ κατενοδούμενος. καὶ γὰρ πολλῶν στρατιῶν πολλάκις προκριθεὶς ἡγεμῶν, καὶ κατὰ πολλῶν ὀρμησῶν πολεμίων νῦν τε καὶ πρὸ τούτου οὐδαμοῦ νικήσας ὑπέστρεψεν ἢ τὸ σύνολον τῶν ἐχθρῶν καθυπερτερῶν, ἦτ- 20 τώμενος δὲ καὶ πανωλεθρία τὰ στρατεύματα παραδοῦς, οὐκ οἶδα εἴτε φρονήσεως ἀμοιρῶν καὶ λόγου καὶ τῶν ἐν πολέμοις ἀνδραγα-

13 ἐριθείας P, ἐρεσχειίας in margine.

bam tegeret. tum ille statim ventris crepitum foetoris plenum verbaque obscena edens, Augustae piorumque aliorum in se sodalesque diras excitavit. quae et filio vaticinata, divina providentia ac protectione prorsus extorem fore praenuntiavit.

Verum fieri non poterat ut qui a recta via ac virtutis tramite abscesserat, ad meliorem iterum frugem rediret, ac quo beati praestamur, iter iniret. quapropter talium auctores et inventores non mala longius procurarunt, sed iidem ipsi sibi adsciverunt. primumque Bardas in suum illa caput vertit; quin illo quoque prior Theoctistus caniclio praefectus; sive quod omnes una quasi conspiratione homini indulgebant, nec pro tutorum munere, quo fungebantur, a nequioribus eum studiis revocare studebant; sive sane quod uno corripiente alter ex contentione non ipse pariter insolentiam reprimeret, sed ex genio potius eum agere permetteret; quorum exempla nec nostra aetate defuerunt. ut ut sit, mala certe illi in sua capita impulerunt. ac quidem Theoctistus, uti dictum est, modo iugulatur, modo in iis quae gerenda susceperat inauspicatissimus invenitur. multis enim saepius expeditionibus ducis potestate susceptis, pluresque hostium bello aggressus, cum modo tum antea nunquam victor reversus est aut prorsus hostibus superior, sed victus semper, iisque quas ducebat copiis interneccione deletis, sive prudentia rationisque iudicio destituebatur ac rei bellicae rudis erat, cui nunquam navasset ope-

Θημάτων ἀπίρως ἔχων ἄτε δὴ μήτε μελετήσας ταῦτα ποτέ, ἢ τινι B
 ἄλλῃ μεῖζονι αἰτία τῇ ὑπὲρ ἡμᾶς, ἢ καὶ τῇ εἰρημένη νυνί. καὶ
 γὰρ ἡλιακῶν ποτέ ἐκλείψεων δύο γεγενημένων, κατὰ τῶν Ἀβασγῶν
 οὗτος προκριθεὶς στρατηγὸς Θεομηρίας ἀπῆλανε δυστυχῶς· οἱ
 5 μὲν γὰρ ναυαγίῳ περιπεσόντες περὶ τὴν ἑαυτῶν ζωὴν ἐδυστύχησαν,
 οἱ δὲ καὶ τῆς ἕτησος ἐπιβάντες ταῖς ἐκείνων δυστυχίαις συνεκοινώ-
 ησαν. καὶ οὗτος μὲν οὕτως ἀπώλετο ὁ στρατός· μετ' οὐ πολὺ
 δὲ πάλιν θρασύτερον ἀψάμενος τοῦ πολέμου ὑπὲρ τὰς τέσσαρας
 μυριάδας ἀπέβαλε τοῦ στρατοῦ. καὶ αὐθις κατὰ τῶν ἐν Κρήτῃ
 10 Ἀράβων στρατεύσας ἄπρακτος ὑπέστρεψεν, οὐκ ὀλίγους τῶν περὶ C
 αὐτὸν ἐκεῖσε καταλιπὼν διὰ τὸ φηγῆ χρησάμενον ἀθρόως ἀπαλλα-
 γῆναι αὐτῆς. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκεῖνος πρότερον· (40) νῦν δὲ
 σύμβολά τινα προφανῆ καὶ κομητῶν ἐπιτολαὶ καὶ ὄψεις ὄνειράτων
 γινόμεναι τὰ μέλλοντα τῷ Βάρδα δεινὰ παρεγγύμουν, οὐκ ἔξ ἀν-
 15 τομάτου πάντως ἢ καὶ ἄλλως ἀλόγῳ φορᾷ, προνοία δὲ τινι τοῦ
 μὴ τὸν θάνατον ζητοῦντος ὡς τὴν ἐπιστροφὴν τοῦ ἀμαρτωλοῦ.
 κατὰ τὸν ὕπνον γοῦν ἔδοξεν οὗτος πρὸς τὸ τοῦ Θεοῦ τέμενος, ᾧ
 ἐπώνυμον Σοφία, μετὰ τοῦ Μιχαὴλ ἐν πανδήμῳ πανηγύρει καὶ
 προελεύσει φοιτᾷν. ὡς οὖν ἀφίκοντο καὶ κατὰ μέσον ἐγένοντο D
 20 τοῦ ναοῦ, λευκοφόροι τινὲς ἀνεφαίνοντο δύο τὸν ἀριθμόν, τὸ
 σχῆμα ἀγγελοειδεῖς· ὡς δὲ προσωτέρῳ μᾶλλον ἐχώρησαν, ἄλλο
 μὲν ὄρωσιν οὐδέν, ἐπὶ δὲ τῷ θρόνῳ τινὰ γηραιὸν ἐγκαθήμενον

5 ναυαγία?

12 δὲ] μὲν P

22 ἐπὶ] περὶ P

ram aut studium posuisset, sive alia quadam superiori nobis ratione, sive
 etiam illa quam modo dicebam. cum enim aliquando semel et iterum
 sol deliquium passus esset, Theoctistus adversus Abasgos summa ducis
 potestate exercitui praefectus dei iram infelicissime expertus est: pars
 enim naufragio vitam infeliciter amiserunt, pars in littus recepti ipsi ni-
 hilominus cladis socii extiterunt. ac quidem ille exercitus ita periit.
 nec longo post tempore praefidentius maiorique audacia bellum aggressus
 supra quadraginta milia de exercitu amisit. iterumque suscepta adver-
 sus Cretenses Arabes expeditione irrita conatu reversus est, non paucis
 suorum illic desideratis, eo quod fuga usus coeptum repente negotium
 deseruisset. verum haec ille prius. (40) tunc autem perspicua quae-
 dam signa, ortu cometae, visa insomnia, mala prodebant quae Bardam
 essent exceptura; ea vero non a casu seu alias caeco impetu, sed qua-
 dam illius providentia, qui non perinde mortem peccatoris atque ut con-
 vertatur, quaerit (Ezech. 18, 32). itaque sibi in somnis visus est ad
 dei templum, quod Sophiam vocant, una cum Michael festivo totius
 populi conventu solennique pompa procedere; quo cum venisset et ad
 medium templi progressus esset, duos quosdam albis indutos angelica
 specie occurrisset; tumque ad ulteriora procedentes praeter senem in pa-
 triarchali solio residentem aliud nihil vidisse. hunc Petrum apostolorum

(Πέτρον εἶναι τοῦτον τὸν κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων ὑπώπτευσαν) καὶ περὶ τοὺς ἐκείνου πόδας τὸν μακαρίτην Ἰγνάτιον καλινδοῦμενον καὶ τὴν παρ' ὧν ἐπεπόνθει δεινὰ ἐκδίκησιν ἰδεῖν ἔξαιτούμενον. ὁ δὲ ἐκείνῳ τε οἷα συμπάσχων ἔφησε δοῦναι οὐκ εἰς μακρὰν, καὶ

P 127 τῶν ἐφρεσιώτων ἐνὶ (δύο δὲ τούτῳ χρυσοφοροῦντες ἐφαίνοντο) μάχαιραν οὐ μεγάλην δούς “ἄγε δὴ, ταύτη” ἔφησε “τὸν μὲν τῆ τῶν εὐωνύμων χώρῃ ἐγκαταστήσας μεληδὸν διάτεμνε τὸν θεόργιστον,” οὕτω δὴ τὸν Καίσαρα εἰπὼν, “τὸν δὲ ἄλλον ἀσεβότεκνον,” οὕτω τὸν βασιλέα κατονομάσας, “κατάλεγε μὲν τοῖς δεξιόις, τὴν δ' ὁμοίαν δίκην ἀπεκδέχεσθαι πρόσειπε.” καὶ ὁ μὲν ὄνειρος οὕτω δὴ ἐτελεύτα· ὁ δὲ ὕπαρ ἄλλ' οὐκ ὄναρ ἐστίν, (41) ἄρτι κατὰ τῶν Κρητικῶν πανδημει μετὰ τοῦ Μιχαὴλ καθωπλίζετο, καὶ πρὸς τὸν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου ναόν, ὃς οὕτω δὴ Ὀδηγοὶ κατονομάζεται, πρόσφοιτήσας εἰσῆει μετὰ λαμπάδων τὸν

B συντακτήριον ἐκκληρωῶν. ὡς οὖν τοῖς ἀδύτοις πλησιάζων ἀπῆει, 1 ἄφνω τῶν αὐτοῦ ὤμων ἢ χλανὶς ὀλισθήσασα αἰσθῆσθαι τοῦτον καινοτέρων δεινῶν ἐνεποίησεν. καὶ αὐτὸς δὲ πρὸ μιᾶς ἡμέρας τοῦ μέλλειν αὐτὸν ἀπαίρειν ἀπὸ τῆς πόλεως, εἴτ' ἀφ' αὐτοῦ εἴτε καὶ ἄλλως ὑπὸ τοῦ μέλλοντος ἐλανθόμενος, τοὺς φίλους συναγαγὼν εἰς ταῦτόν καὶ συμποσιάσας μεινῆσθαι τε τῆς αὐτοῦ παρήγει 2 φιλίας αὐτοῦ καὶ λεγῶντα ὡς τοῦ βίου ἤδη γινόμενος ἔξω ἐπέδωκεν. ἀλλ' ἔδει ταῦτά τέλος λαβεῖν. ὡς οὖν κατὰ τῆς Κρήτης ἐξήεσαν καὶ τῷ θέματι τῶν Θρακησίων ἐπέβησαν κατὰ Κήπους, τόπον

8 δὴ τὸν] τὸν om P

principem esse putaverunt, ad cuius pedes provolutus Ignatius acceptarum iniuriarum ultionem exposceret. senem miserationis affectu ductum brevi eum se ulturum respondisse; tumque uni adstantium, cum duo apparerent vestibus auro contextis splendide ornati, pugione tradito in haec verba locutum esse: “age dum” inquit, “hunc quidem ad laevam constituens, Theorgistum (ita Caesarem nominabat) membratim concide: alterum vero Asebotecnon (imperatorem scilicet ita appellans) in dextra quidem parte colloca, simile tamen supplicium ei denuntia.” sic insomnium finem habuit, quod nec ipsum somnium sed veritas fuit. (41) destinabat Bardas in Cretenses una cum Michaelē, assumptis omnibus copiis, expeditionem suscipere. veniens itaque ad sanctissimae dominae nostrae dei genitricis aedem, quam Hodegi vocant, se suaque illi commendaturus ac quasi vale dicturus, praelucentibus facibus ingressus est. in ipsis vero aedis penetralibus excussa subito ex eius humeris chlamys maximorum malorum praesagium dedit. idem pridie quam ex urbe discesserat, sive ipse ultro sive iam futurae rei urgente fato, convocatos amicos ac convivio acceptos monuit, suae in illos amicitiae memores essent, ac velut e vita migraturus eis legata distribuit. verum necesse erat ut illa finem acciperent. coepta ergo expeditione, cum in Thracensium regionem in locum cui Cēpi nomen

τινὰ οὕτω κατονομαζόμενον, οἱ τούτοις ὑπηρετοῦντες πρόσθ' ἄσαν- C
 τες τὰς σκηνὰς κατεπήγνυον ἀμίλλη χρώμενοι καὶ σπουδῇ. ἔνθα
 πως, εἴτε δὴ κατὰ πρόνοιαν εἴτε δὴ καὶ ἄλλως δι' ἄγνοιαν, τὴν
 μὲν τοῦ Μιχαὴλ ἐπὶ πεδιάδος χωρίου καὶ ὀμαλοῦ ἀυλαίαν ἐκπε-
 5 τανύουσιν, εἰς λόφον δέ τινα καὶ ὑπερανεστηκότα χῶρον τῆς γῆς
 τὴν τοῦ Καίσαρος· ὅπερ ὡς ἐρμαῖόν τι καὶ ἀπροσδόκητον κέρδος
 λαβόντες οἱ τῷ Μιχαὴλ κατεβόων τοῦ Καίσαρος, κατητιῶντο τὸ
 γεγονός καὶ τὰς κατ' ἐκείνου ἔραπτον συμβουλίας. ἀλλ' ἔθραπ-
 τεν αὐτοὺς καὶ νωθροτέρους πως πρὸς τὴν ἐγχείρησιν ἐποίηε ἡ τοῦ
 10 Καίσαρος κραταιότερα ἰσχύς· ὃ τε γὰρ δομέστικος τῶν σχολῶν D
 Ἀντίγονος τούτῳ μᾶλλον, ἀλλ' οὐ τῷ βυσιλεῖ, ὡς υἱὸς ἐπειθάρχει
 καὶ ἤγετο, οἱ τ' ἄλλοι δὴ στρατηγοί, καὶ ὁ τοῦ δρόμου τοὺς λό-
 γους διδούς, οὕτω κυλούμενος Συμβάτιος, ἐπὶ θυματρὶ αὐτοῦ
 ὑπάρχων γαμβρὸς ἀναντιρρήτως τὰ ἐκείνου φρονεῖν ἠναγκάζετο.
 15 ἀλλ' ἔλαθεν οὗτος κλαπείς καὶ μᾶλλον τὸν θόνον τοῦ πενθεροῦ
 κατεργασόμενος. ὡς οὖν ἡ βουλή ἠρτίθη καὶ ὁ λόγος πρὸς ἐπίστω
 καὶ οἱ τὸ ἔργον εἰς πέρας ἄγοντες ἔτοιμοι, σύνθημα ὁ Συμβάτιος
 ἀλλ' οὐκ ἄλλος εὐτρέπιστο. ἄρτι οὖν ἐξῆι τὰς ἀναφορὰς ἀναγνοὺς
 ἐξ αὐτῶν, καὶ τὸ σημεῖον ἐδίδου σταυρὸν εἰς τὸ πρόσωπον ἐγγα-
 20 ράτων αὐτοῦ. ἀλλ' αὐθις ἀνυβολαί τινες ἦσαν καὶ ἀτολμίαι τῷ P 128
 παρουσιάζειν καὶ κατὰ τὸ πρόσωπον ἴστυσθαι τὴν τοῦ Καίσαρος
 ἔταιριαν· ὅπερ ὁ Μιχαὴλ εὐλαβούμενος μὴ κατάφωρος γένηται
 καὶ καθ' ἑαυτοῦ ἐπισπύσῃ τὴν μάχαιραν, ἐθαρσοποίει τε τοὺς
 ἄνδρας διὰ πιστοῦ τινὸς καὶ θαρραλεωτέρους ἐδείκνυ ταῖς ὑπο-

pervenissent, qui priores locum occupassent, tentoria certatim ac dili-
 genti opera figebant. in his accidit, sive id dedita opera sive per mi-
 nistrorum imprudentiam, ut Michaelis tentorium humili planoque loco
 expanderetur, Caesaris autem in quodam tumulto pauloque editiori loco.
 hoc ita factum, ceu oblatum quoddam ac lucrum insperatum arripientes,
 qui Michaeli adversus Caesarem obtrectabant, viro calumniabantur eique
 insidias struebant. ingens tamen Caesaris potentia inimicos turbabat et
 ad audendum facinus segniores reddebat. tum enim Antigonus schola-
 rum domesticus Bardae quam Michaeli, filius scilicet patri, propensius
 parebat honoremque habebat; tum duces alii, Symbatiusque dromi logo-
 theta, Bardae ex filia gener, eius plane rebus studere cogebatur. verum
 nesciebat Bardas hunc fraude a Michaele in suas traductum partes, eique
 praecipuum necis auctorem fore. instructo ergo consilio paratisque in-
 sidiiis, ac expeditis qui rem praestituri essent, non alii quam Symbatio
 concredita facinoris tessera est. iam ergo lectis relationibus Symbatius
 ab illis exierat, impressoque fronti crucis signaculo signum dederat.
 verum iterum morae atque timores, eo quod praesens ac in conspectu
 cohors Caesaris foederatorum erat. veritus itaque Michael ne inter has
 moras re detecta gladium in se traheret, per quemdam fidissimum con-
 iuratos confirmat, bonaque ac honores pollicitus animis audentiores facit.

σχέσει καὶ τιμαῖς. κὰν παρῆλθεν τὸν κίνδυνον καὶ τὸν φόνον ὁ Καῖσαρ ἐξέφυγεν, τῷ δέει τούτων καταπληθισσόμενων καὶ ἀθυμίας καταβαλλομένων· ἀλλὰ πάλιν δι' ἀποκρίσεως ἐδήλουν τῷ Βασιλείῳ (παρακοιμώμενος δὲ οὗτος ἦν) τὴν ἐπὶ ξυροῦ ἐστῶσαν ἀνάγκην, καὶ ἀπέλεγετο τὴν ζωὴν, καὶ πρὸς τὸν φόνον καθώπλιζεν. ὧν 5

B ἀκηκοὺς ὁ Βασιλείος, καὶ περὶ τοῦ βασιλέως κατορωδῶν, ἀπορροῖται περθεῖ τὸ δέος αὐτούς, καὶ “ὦ τῆς ἀνδρίας” εἰπὼν “καὶ εὐτόλμου ψυχῆς” ἐπτέρωσε τε ἄφνω αὐτούς καὶ εἰσπηδήσαι πρὸς τὸν ἀγῶνα ἐποίησεν. οὗς ὁ Βάρδας ἀθρόως ξιφήρεις ἰδὼν καὶ καταπλαγῆς ἐγνώκε τε τὸν θάνατον καὶ πρὸς τοὺς πόδας ἔρριψε 1 τοῦ βασιλέως αὐτόν. ἀλλ’ οὐκ ἦν τοῦτον διεκφυγεῖν· ὅθεν ἀθωρόν ἐκεῖθεν τε αὐτόν ἀποσπῶσι καὶ μεληδὸν κατατέμνουσι, μηνὶ Ἀπριλλίῳ, εἰκάδι πρώτῃ, ἰνδικτιῶνος τεσσαρεσκαίδεκάτης. εἴτα κοντιῷ τὰ παιδογόνα τούτου ἀπαιωρήσαντες μόρια παραδειγματί-

C ζουσί τε καὶ θριαμβεύουσι. Θροῦβου δὲ πολλοῦ γενομένου καὶ 1 ταρχῆς, ἦν ἰδεῖν καὶ τὸν Μιχαὴλ μικροῦ τὸν περὶ ψυχῆς θέοντα· ἀλλ’ ὁ τῆς βίγλης δρουγγάριος (Κωνσταντῖνος δὲ ἦν) ἐν μέσῳ που συρρνεῖς τὸν πολὺν ἐκείνον διέλυσε θροῦν, εὐφημίαις τε βάλλων αὐτόν καὶ παρατάξεις ἀνθοπλίζων κατὰ τῶν ἐπανισταμένων. ὁ μὲν δὲ Βάρδας οὕτως ἔξ ἀνθρώπων ἐγένετο, καὶ οὕτως ἡ κατὰ 2 τῶν Κορητῶν διελεύθη στρατιά, τοῦ βασιλέως κατὰ τὸ Βυζάντιον ὑποστρέψαντος.

42. Καὶ ἕτερον δὲ σημεῖον πρὸ δύο ἢ καὶ πρὸ τριῶν ἡμε-

ac sane parum abfuit quin Caesar periculo tutus abiret necemque evaderet: tanto scilicet metu coniurati percussi erant. sicque animis languebant. verum iterum misso nuntio Michael Basilio accubitori significat in novaculae acie constitutum rei necessitatem esse; desperare se vitam; ad Bardae necem se cito instruat. quibus auditis Basilius, deque imperatoris salute sollicitus, timorem coniuratis excutit, hisque verbis “o audacem fortemque animum!” mox alacres reddidit et ad certamen facinusque aggradiendum impulit. Bardas eos strictis gladiis in se irruere contuens, terrore percussus, praesentique vitae animadverso discrimine, ad imperatoris se pedes abiicit. haud tamen fieri poterat ut mortem effugeret. statim ergo inde avulsam membratim concidunt, mensis Aprilis vigesima prima, indictione quartadecima. tum eius genitalia conto praefixa per ludibrium ostentant atque traducunt. ingenti autem excitato tumultu magnaue orta turbatione, videre erat Michaellem vix non in vitae periculum adductum: verum Constantinus biglae drungarius in medium prorumpens ingentem illum tumultum compescuit, tum faustis omnibus Michaellem persecutus, tum armatorum aciem tumultuantibus opponens. in hunc modum Barda sublato, missa Cretensi expeditione, imperator Byzantium rediit.

42. Sed et aliud signum ante duos tresve dies contigerat. Theo-

ρῶν τῷ Βάρδα παρεσημαίνεται· ἡ γὰρ Θεοδώρα, εἴτ' ἄλλως Θεο-
φορομένη εἶτε δὴ καὶ ὑπὸ τινος τῶν μεμελετημένων διακούσασα, D
ἑσθῆτά τινα παγκάλην μὲν καὶ χρυσαῖς πέδιξι πεποικιλμένην, οὐκ
ἀναλογοῦσαν δὲ τῷ μήκει τῆς ἡλικίας αὐτοῦ ἀλλὰ καὶ πολὺ ἀπο-
5 δέουσαν ἀντιγματιωδῶς ἔξαπέστειλεν. τό τε γὰρ πέδικος ἀλλὰ
μὴ τινος ἄλλης τῶν ὀρνίθων ἐνυφᾶναι, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ τῆς ἑσθῆ-
τος ἐνδέον εἰς δόλον ἐμπεσεῖν θᾶπτον ἢ ἔδει προσήμανεν.

43. Πλὴν ἀλλ' ὁ μὲν βασιλεὺς ὑπέστρεφε, τὸν τε Βασι-
λειον, ἐπεὶ μὴ εὐμοίρει παιδός, νίοποιεῖται καὶ τῆς τῶν μαγίστρων
10 τιμῆς ἀξιοῖ. ἐπεὶ δὲ χρόνου προϊόντος τὰ κοινὰ διοικεῖν οὐχ οἷός P 129
τε ὁ Μιχαὴλ ἦν καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀφελείας ἡσθάνετο καὶ ἅμα ἐπανά-
στασιν μελετᾶσθαι καὶ ἀποστασίαν παρὰ τῆς συγκλήτου διή-
κουεν τῷ τὰ τῶν Ῥωμαίων διοικεῖσθαι κακῶς, καὶ τὸ περιμάχτηον
διάδημα τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ ἐπιτίθησι, καὶ βασιλέα τῇ ἡμέρᾳ πεν-
15 τηκοσιῆς, μηνὶ Μαίῳ, εἰκάδι ἕκτῃ, ἰνδικτιῶνος τεσσαρεσκαίδεκά-
της, ἀναδείκνυσί τε καὶ ἀναγορεύει κατὰ τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν
ἧ ἐπὶ ὄνυμιον σοφία Θεοῦ. ἀλλ' ὅστις μὲν οὗτος ὁ Βασίλειος καὶ
ὄθεν, καὶ ὅπως ἦλθεν εἰς γυνῶσιν τοῦ κρατοῦντος, ἢ κατ' αὐτὸν
ἱστορία δηλώσει· τὰ νῦν δὲ τῆς βασιλείου δόξης ἀξίωθεις εἶχετο B
20 μὲν τῆς βασιλείας, ἀπείχετο δὲ τῶν καθ' ἐκάστην ἀμιλλητηρίων
καὶ ἱπποδρομιῶν καὶ τῶν περὶ τὸν αἰσχροτάτον Γρυῖλον καὶ ψευ-
δοπατριάρχην αἰσχρονοργιῶν, ὧν ἀκαιρῶς ἐνετύφα ὁ Μιχαὴλ.

5 γὰρ] μὲν P

6 ἀνυφᾶναι P

dora namque (sive alias numine afflata, sive etiam alicuius relatu docta
structas Bardae insidias) vestem quandam, eam quidem pulcherrimam
aureisque perdicibus intextam, illius tamen staturae imparem longaque
quam pro illa breviorē, sub aenigmate ad eum miserat. tum enim
perdices, non aliae quaevis aviculae, temere intextae, tum et vestis
ipsa brevitās, citius quam par esset eum dolo circumventum iri fuere
praesagio.

43. Ceterum imperator domum revertitur, quodque nullam prolem
sustulerat, Basilium magistri dignitate ornatum adoptat. tumque Michael
impar ipse administrandae rei publicae et cum sua eum illa gerenda simp-
licitas stoliditasque non lateret, simulque audisset moliri senatum in
eum defectionem propterea quia illo principe res Romanae male admini-
strabantur, etiam diadema, rem palmariam ac expetendam, illius capiti
imponit, ac die sacro pentecostes, Maii vigesima sexta, indictione quarta
decima, imperatorem constituit, acclamatque in magna ecclesia, cui no-
men dei sapientia existit. at quisnam fuerit hic Basilius ac cuias, quae
ratione in notitiam imperatoris venerit, sequens rerum illi gestarum hi-
storia declarabit. iam itaque Augusti dignitate donatus imperii curis
sese impendebat, seque a quotidianis ludicris ac Circensibus abstinebat,
nec non a turpissimi pseudopatriarchae Gryli spurcitiis, quibus importune

(44) πάντων μὲν γὰρ κόρον εἶναι καὶ τῶν αἰσχυρῶν καὶ τῶν φυσικῶν εἴρηται τε πολλοῖς, καὶ ἡ πείρα τούτων διδάσκαλος ἀκριβής· Μιχαὴλ δὲ τῷ τότε κρατοῦντι οὔτε τῶν ἵπποδρομιῶν οὔτε μὴν τῶν ἄλλων ἀκρατοποσιῶν τε καὶ αἰσχυρῶν κόρος ἦν, ὡς φασίν. ἂ πειρώμενος κωλύειν ὁ Βασίλειος καὶ πορρωτέρω τούτων ποιῆν 5
 C αὐτόν, νῦν μὲν παραινέσει χρώμενος, νῦν δ' ἄλλως μῖσος παρὰ τῶν πολιτῶν καὶ τὰς παρὰ τῶν ἱερέων ἀρὰς καὶ τὰς τῆς συγκλήτου ἐπαναστάσεις προτιθεῖς καὶ οἷον ἐνώπιον αὐτοῦ ζωγραφῶν, ἔλαθε τῷ φθόνῳ ἑαυτὸν καθυποβαλὼν, καὶ ἀντὶ φίλον ἐχθρὸς καὶ μεμισημένος ὁ νόσθετηθεῖς ἐνομιζέτο. ἐντεῦθεν οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, 10 καὶ τινα ἄλλον, τοῦ βασιλικῆς δρόμωνος ἐρέτην τηρικαῦτα τελοῦντα (Βασιλικῆς οὗτος ἐλέγετο, καὶ ἀδελφὸς ἦν Καπνογένους ἐκείνου τοῦ τὴν ὑπαρχικὴν ἀξίαν ἠξιώμενον τὸ δεύτερον), ἀγαγὼν τὴν πορφύραν τε ἐνδύει καὶ τὸ διάδημα περιτίθησιν, καὶ τὰ πινάκισμα
 D τῶν ὑποδημάτων περιβαλὼν ἐξάγει πρὸς τὴν σύγκλητον τῆς χειρὸς 15 ἔχων αὐτόν, καὶ πρὸς τὴν γερουσίαν φησὶν ὡς ἔδει πάλαι με τοῦτον εἰς τουτονὶ τὸν περιβλεπτον κόσμον, ὧ ἄνδρες, ἐπαγαγεῖν.
 πρῶτον μὲν εἶδος ἀξίον τυραννίδος,
 καὶ δεύτερον δὲ συμφνὲς πέλει στέφος,
 ἅπαντα δ' ἀρμόζουσι πρὸς τὴν ἀξίαν·

20

καὶ ὅτι πόσον ἦν κάλλιον τοῦτόν με ποιῆσαι βασιλεῖα ἢ τὸν Βασίλειον, ἐφ' ᾧ μεταμετέλημαι ἐφ' οἷς αὐτόν ἐβασίλευσα." αὕτη τῆς καταλύσεως αὐτοῦ ἡ ἀρχή. τοῦτο πάντας περιηχῆσαν ἐκπλα-

Michael oblectabatur. (44) afferre demum omnia nauseam, turpia pariter et naturalia, tum vulgo ferunt, tum perspicue docet quae horum magistra experientia existit. Michaelem tamen tum rerum potentem, ut aiunt, nulla Circensium ludorum, at neque aliorum, compotationum turpiumque, satietas capiebat. haec Basilius cum prohibere vellet, ac Michaelem procul ab eis avocare modo quidem admonendo atque hortando, modo vero civium odia, sacerdotum diras, senatus prope rebellantes animos proponendo ac velut in tabella coram depingendo, illius sibi imprudens invidiam conflavit; hostisque loco amicus, ac qui adoptatus fuerat, ipse exosus habebatur. hinc brevi post Basilicinum quendam imperatoriae tunc celocis remigem, ac illius fratrem Capnogenis qui secundo praefecti dignitatem gessit, adducens purpura induit, impositoque diademate atque ocreis adhibitis, quod imperatorum insigne est, eo habitu manu sua ad senatum eduxit, ad eumque in haec verba oravit: "par erat, patres conscripsi, ut hunc olim vobis illustri hoc habitu virum producerem, cui inest primum corona forma digna regia, deinde cognatum diadema est huic viro, suntque omnia dignitati convenientia.

quam vero praestabat hunc me potius quam Basilium imperatorem creare, quem et paenitet creavisse?" factum hoc ac verba exitii Michaelis origo exstiterunt. istud sic dictum omnium aures circumsonans nimium cunctis

γῆναί τε τούτους ἐποίησε καὶ ἀφασίᾳ καταληφθῆναι πολλῇ, ὅτι P 130
 κατὰ τοὺς μυθικοὺς Γίγαντας βουσιλέας σπαρτοὺς καθ' ἐκάστην
 ἡμέραν ἀναδίδωσιν. ἠῤῥητο μὲν οὖν ἔκτοτε τὸ πρὸς τὸν Βασίλειον
 μῖσος, καὶ σφοδρότερον κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς φύσιν ἐγένετο, ὑπέκ-
 5 καιμα ἔχον καὶ αἴτιον τὸ μήτε συμφθεῖρεσθαι βούλεισθαι τούτοις
 αὐτὸν μήτε μὴν συνεπάγεσθαι ταῖς ἀκολάστοις γνώμαις αὐτῶν.
 εἰς τοσαύτην γὰρ ὁ Μιχαὴλ πολλὰκις ἄνοιαν ἔξ ἀκρατοποσίας καὶ
 μέθης ἐξώκειλεν ὡς κατ' αὐτὴν μὲν καὶ τὸν ταύτης καιρὸν δεινὰ
 τινα καὶ πέρα δεινῶν ἐγκελεύεσθαι· τοῦ μὲν γὰρ ἀφαιρεῖσθαι τὰ B
 10 ὧτα καὶ ἄλλον τὴν ῥίνα καὶ τὴν κεφαλὴν ἑτέρου προσέταπτεν· ἃ
 εἰ μὴ τινες οἴκτω κρατούμενοι παρημέλουν καὶ πρὸς τὴν αὔριον
 ἔπεμπον, ἀνάκλησίν τινα καὶ μεταμέλειαν τοῦ ἀνδρὸς ἐκδεχόμενοι,
 ὅπερ καὶ ἦν, κἄν ἀπώλετο σύμπας ὁ παραμένων αὐτῷ καὶ συγκαρ-
 15 τεωῶν. μικροῦ δὲ καὶ Βασίλειος συναπώλετο, τῆς παροιρίας οὐκ
 ὀλιγάκις παίγιον γεγονώς. ἀλλ' ἑκαρτέρει καὶ ἔμενε μετάμελόν
 τινα γενηθῆναι κατὰ τὸν ἄνδρα ὀψέ γοῦν ὑποτοπάζων. ἀλλ' οὐκ
 ἦν τοῦτον ὡσπερ ἀρμάτειον τροχὸν ἐκ πρώτης ἡλικίας καιφθέντα,
 οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο, τὴν ἔξ ἀρχῆς εὐθωρίαν λαβεῖν. τοιγαροῦν C
 20 μείζονα κατὰ Βασιλείου συρράπτει ἐπιβουλήν. ἡ δὲ ἦν ἐν τῷ
 κνηγίῳ λόγῳ μὲν κατὰ τῆς θήρας ἔργῳ δὲ κατὰ τοῦ Βασιλείου
 τὴν τῆς λόγῃς ῥῆσιν ποιῆσαι τινα τῶν ὑπασπιστῶν. καὶ τοῦτο
 αὐτὸς ὁ προσταγείς καὶ τὴν λόγῃν ἀφείς κατὰ τὸν τῆς ἐξόδου και-

stuporem iniecit, et ut vox omnibus haereret fecit; quod fabulosorum
 more Gigantum satos Michael quotidie imperatores ederet. inde itaque
 auctum in Basilium odium, ac ignis instar vehementiori flamma exarsit,
 hoc scilicet eius fomento ac causa, quod una se cum eius sodalibus vitiis
 dedere non pateretur, nec illorum effreni licentiae morem gereret. in
 tantam enim saepius dementiam mero obrutus ac per ebrietatem Michael
 erumpebat, ut absurda quaedam modumque omnem iniuriae excedentia
 praeciperet, atque alii aures, alii nares, alii denique caput amputandum
 iuberet. ac nisi viri quidam misericordia moti negligenda putassent ac
 in crastinum distulissent, ea Michaeli quandoque revocanda sperantes, ac
 fore ut is eorum aliqua paenitudine duceretur (quod et contingebat),
 plane periissent quotquot illi aderant inque aula assidui ac domestici
 erant. quin et parum abfuit ne et ipse Basilius pari involveretur exitio,
 illius ebrii petulantiae non raro factus ludibrium. sustinebat tamen, ac
 tandem aliquando quadam ducendum paenitentia Michaellem existimabat.
 verum fieri non poterat ut iam a prima aetate, haud secus ac currus
 rota, inflexus, quicquid accidisset, nativam pristinamque rectitudinem
 reciperet. itaque atrociores adversus Basilium structae insidiae. in eo
 autem illae positae, ut inter venandum specie quidem feriendi feram, re
 vera autem configendo Basilio satellitum quidam hastam conciliaret.
 consilium hoc is ipse qui mandatum acceperat hastamque vibrarat, in

ρὸν ἔξαγορεύσας δῆλον πεποίηκε καὶ πιστόν. ἀφῆκε μὲν οὖν οὗτος τὴν λόγῃν ὁ κελουθεύς, διημάραταν δέ· καὶ οὕτω σέσωστο ὁ Βασίλειος, ἔγγιστα θανάτου γενόμενος, ὑπὸ τοῦ τὸν θάνατον

D καταπεπατηκός Θεοῦ. ταῦτ' οὖν ἔκπυστα γενόμενά πᾶσι καὶ φανερά τὴν κατ' αὐτοῦ ἠρόνησε μάχισσαν. ἵνα γὰρ μὴ καὶ τὸν Βασίλειον ὡς πρὸ μικροῦ τὸν Καίσαρα σφαττόμενον ἴδωσι, καὶ πρὸ τούτου αὐτὸν Θεόκτιστον, εἴτε βουλῇ τῆς συγκλήτου βουλῆς εἴτε γνώμῃ τῶν φιλοῦντων Βασίλειον (κοινὸς γὰρ καὶ κατ' αὐτῶν ὁ θάνατος ἐπηλείητο) σφάττεται ὑπὸ τῶν προκοίτων τοῦ βασιλέως ἀνδρῶν, κατὰ τὰ ἀνάκτορα τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Μάμαντος, 10
 μηνὶ Σεπτεμβρίῳ, εἰκάδι τετάρτῃ, ἰνδικτιῶνος πρώτης, ἔτους
P 131 ἔξακισχιλιοστοῦ τριακισιοστοῦ ἑβδομηκοστοῦ ἔκτου, ὥρα τῆς νυκ-
 τὸς τρίτῃ, βεβασιλευκῶς ἔτη μετὰ μὲν τῆς Θεοδώρας τῆς τούτου
 μητρὸς τέσσαρα καὶ δέκα, καὶ μόναρχος δέκα καὶ ἓν, καὶ πρὸς
 τοῖς τρισὶ μηνὶ χρόνον ἓνα ὕστερον μετὰ Βασιλείου. 11

45. Καὶ τὰ μὲν εἰρημένα σκηνικά τε ἅπαντα καὶ θεατρικά, ἄξιον δὲ μεμνηθῆσαι καὶ τῶν ἐπαινετῶν. ἡ γὰρ τῶν ὧν ἔφερον ἀναθημάτων ἐν τῷ περιωνύμῳ ναῷ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας κατασκευὴ φιλεργῶς τελεσθεῖσα καὶ φιλοτίμως ἐπαινετή. οὔτε γὰρ
B τῷ δίσκῳ τῶν παλαιῶν τι κειμηλίων καὶ ἱερῶν, καὶ τῶν ἀφ' οἷσιν
 γεγονόσιν ἄνθρωποι τεχνουργηθέντων ἐν ναοῖς, κατὰ τὸ μέγεθος
 ἔξιςάζεται, οὔτε τις εὐπρέπεια καὶ ὠραιότης τινὶ τῶν γενομένων
 ἐπὶ ἠνθῆσεν, πάντων ἐκτὶ τῶν ὠρῶν καὶ τιμῶν συνδεδραμηκῶν.

vitae exitu constitutus suamet confessione cunctis manifestum fecit, et ut nihil inde ambigi possit. ac hastam quidem misit, a Basilio tamen aberravit. inque hunc modum servatus Basilius, in vitae proxime discrimen adductus, deo, qui mortem calcavit, illi salutis auctore. haec itaque cunctis prodita ac palam facta gladii in eum acuendi causa exstiterunt. ne enim etiam Basilium (uti nuper Caesarem et antea Theoctistum) tristi nece sublatum conspicerent, sive senatusconsulto, sive Basilii amicorum consilio (unum enim ac commune omnibus impendebat exitium) ab imperatoris ipsis excubitoribus in sancti praeclari martyris Mamantis palatio neci traditur, die vigesima quarta Septembris, indictione prima, anni 6376, hora noctis tertia. imperavit cum Theodora matre sua annos quattuordecim, solus undecim, posteaque adlecto Basilio annum unum menses tres.

45. Ac ea quidem quae hactenus dicta sunt scenica omnia et ad Circum ludosque spectantia: operae pretium vero est ut et eorum meminimus quae laudem aliquam merentur. quae enim in celebratissimo dei sapientiae templo donaria obtulit, pro structurae ratione elegantia ac magnifica, laudem habent. neque enim ullum veteris ac sacrae suppellectilis pignorum, sive illorum quae subtili arte elaborata, quo ex tempore homines esse coeperunt, sacris aedibus ornamento fuerunt, oblato ab eo disco vel mole aequatur vel pari elegantia est ac venustate: in cuius

καὶ τὸ ποτήριον δὲ τούτῳ λίαν κατάλληλον. οὐ μὴν δὲ καὶ ὁ εἰς
φωταγωγίαν κατασκευασθεὶς αὐτῷ κύκλος, ὅπερ φασὶ πολυκάνδη-
λον, τινὲ τῶν ἄλλων ἡλάττωται, ἀλλὰ καὶ οὗτος ἐκ χρυσοῦ ὅλος
γενόμενος, λίτρας ἔχων ἑξήκοντα, τῶν ἄλλων διαφέρει κατὰ πολὺ
5 καὶ τούτῳ δίδωσι τὰ πρωτεῖα καὶ τὸ σεβάζμιον.

structuram, quicquid usquam venustum est ac pretiosum, videatur con-
flatum esse. accedit et calix, ipse quoque disco perquam affinis. quin
et circulus multiplici in orbem sustentanda face ab eo fabrefactus (πο-
λυκάνδηλον vocant) nulli usquam aliorum cesserit: totus namque ex auro
10 conflatus librarum sexaginta pondo longe reliquis praecellit, palmarium
sane opus ac plane augustum.

ΙΣΤΟΡΙΚΗ ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΤΟΥ ΒΙΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΠΡΑΞΕΩΝ P 132

B A Σ Ι Λ Ε Ι Ο Υ

ΤΟΥ ΑΟΛΙΜΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ,

15 ΗΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΕΝ ΘΕΩΙ ΡΩΜΑΙΩΝ, Ο
ΤΟΥΤΟΥ ΤΙΩΝΟΣ, ΦΙΛΟΠΟΝΩΣ ΑΠΟ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΑΘΡΟΙΣΑΣ
ΔΙΗΓΗΜΑΤΩΝ ΤΩΙ ΓΡΑΦΟΝΤΙ ΠΡΟΣΑΝΕΘΕΤΟ.

Ἦν μὲν προθυμία καὶ ἔφεις ἐκ πολλοῦ ἐμπειρίαν πραγμάτων
καὶ γνῶσιν ταῖς τῶν σπουδαιοτέρων ἐμφυτεῦσαι διανοίαις διὰ τοῦ
20 ἀειμνήστου καὶ ἀθανάτου τῆς ἱστορίας στόματος, καὶ ἐβουλόμην,
ἂν ἄρα οἷός τε ὦ, τοῦ σύμπαντος τῆς ἐν Βυζαντίῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρ-
χῆς χρόνου τῶν τε αὐτοκρατόρων καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἀρχόντων P 133

18 μὲν] μοι A i. e. editio Allatiana.

HISTORIA DE VITA ET REBUS GESTIS

B A S I L I I

I N C L Y T I I M P E R A T O R I S,

QUAM CONSTANTINUS DEI GRATIA ROMANORUM IMPERA-
TOR, IPSIUS NEPOS, STUDIOSE AC DILIGENTER EX VARIIS
NARRATIONIBUS CONGESSIT, AC SCRIPTORI CONTRIBUIT.

Cupienti olim animo accensoque desiderio rerum experientiam ac noti-
tiam, sempiternae memoriae immortalisque historiae ore, studiosiorum
animis inserere optabam. ac quidem statueram, si modo vires obsecun-
darent, omnis retro imperii Romani Byzantii imperatorum eisque subie-

καὶ στρατηγῶν καὶ ὑποστρατήγων καὶ τῶν καθ' ἕκαστα τὰς ἀξιο-
 λογωτέρας τῶν πράξεων ἀναγράψασθαι. ἐπεὶ δὲ ἐδεῖτο τὸ πρᾶ-
 γμα καὶ χρόνου πολλοῦ καὶ πόνου συχνοῦ καὶ βιβλίων ἀφθονίας
 καὶ σχολῆς τῆς ἀπὸ τῶν πραγμάτων, ταῦτα δ' ἡμῖν οὐ προσῆν,
 εἰς τὸν δεύτερον ἔξ ἀνάγκης ὑποβέβηκα πλοῦν, καὶ τέως ἐνὸς βα-
 σιλέως, ἐπὶ μέγα τὸ τῆς βασιλείας κράτος ὑψώσαντος, ὃς καὶ τῆς
 βασιλείας ἐπάνυμος ἦν καὶ μέγα ὄφελος τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαίων
 ἐγένετο καὶ τοῖς πράγμασιν, ἔξ ἀρχῆς καὶ μέχρις αὐτῆς τελευτῆς
 τὰς πράξεις καὶ τὴν ὅλην ἀγωγὴν διηγῆσθαι, ὡς ἂν καὶ τοῖς
 B μετέπειτα μὴ ἀγνοῖται βασιλείου στελέχους ἐπὶ πολὺ τοῦ χρόνου 10
 παρεκτιθέντος ἢ πρώτη πηγῇ καὶ ῥίζᾳ, καὶ τοῖς ἐγγόνιοις ἐκείνου
 οἴκοθεν εἴη ἀνεστηκὼς ὁ πρὸς ἀρετὴν κανὼν τε καὶ ἀνδριᾶς καὶ τὸ
 ἀρχέτυπον τῆς μιμήσεως. εἰ δὲ ἐπιμετρηθεῖη καὶ χρόνος ἡμῖν ἔτι
 ζωῆς, καὶ γένηται τις καὶ ἀπὸ τῶν νόσων ἐκχειρία μικρά, καὶ
 μηδὲ τῶν ἔξωθεν εἴη τι ἐμποδῶν, ἴσως προσθῶμεν ἐχομένως καὶ 15
 τῆς ἄχρις ἡμῶν κατιούσης αὐτοῦ γενεᾶς τὴν ὅλην τῆς ἱστορίας
 ἀφήγησιν.

2. Πλὴν οὖν οὗτος ὃν ὁ λόγος νῦν ὑποδείξει κατεπαγγέλ-
 C λεται, αὐτοκράτωρ Βασίλειος ὠρμάτο μὲν ἐκ τῆς Μακεδόνων γῆς,
 τὸ δὲ γένος εἶλκεν ἔξ Ἀρμενίων ἔθρους Ἀρσακίων. τοῦ γὰρ πα-
 20 λαιοῦ Ἀρσάκου, ὃς Πάρθων ἠγήσατο, ἐπὶ μέγα δόξης προελθόν-
 τος καὶ ἀρετῆς, νόμος τοῖς ὕστερον ἐχρημάτισε μὴ ἄλλοθεν βασι-

4 πράξεων A

14 ἀπὸ add A

15 μηδὲν P

ctorum magistratum bellique ducum seu praetorum et legatorum singu-
 lorumque actus gesta que nobiliora scripto consignare. quod tamen istius-
 modi provincia multo tempore continuoque labore et librorum copia at-
 que a rerum cura negotiorumque strepitu otio indigeret, quae sane mihi
 deesse videbam, secundae necessario navigationi animum adieci, unius-
 que saltem imperatorum, qui maiestatem imperii mirum quantum promo-
 vit (qui ab imperio seu regno nomen habuit) Romanaeque rei publicae
 ac rebus ab initio ad vitae usque exitum plurimum profuit, res gestas
 vitaeque omne institutum ac rationem commemoranda mihi proposui, ne
 scilicet stirpis regiae diu multumque productae primus fons radixque
 posteros lateat, habeantque eius nepotes domestico exemplo erectam vir-
 tutis regulam et statuum atque principem formam, in quam imitationem
 intendant. sin autem etiam longiora adhuc praestabuntur vitae spatia,
 ac morborum etiam exiguae quaedam dentur indutiae, nec exteriorum
 curae impediunt, continua fors an serie totius illius progeniei ad nos us-
 que adiciemus historiam.

2. Hic enimvero cuius nunc historiam profitetur oratio, Basilium
 imperator ex regione Macedonum trahebat originem, referebatque ad
 Armenios, Arsacidas genere. veterem enim Arsacem, qui Parthorum impe-
 rium tenuit, ingentem virtutis et laudis gloriam consecuto, posteris lex
 inolevit non ab aliis quam ab Arsacis familia eiusque nepotibus Parthos

λείεσθαι μήτε Πάρθους μήτε Ἀρμενίους, ἀλλὰ μηδὲ Μήδους,
 ἢ παρὰ τοῦ γένους Ἀρσάκου καὶ τῶν ἀπογόνων αὐτοῦ. οὕτως
 οὖν τῶν εἰρημένων ἔθνων ὑπὸ τῆς τοιαύτης βασιλευομένων σειρᾶς,
 κατὰ τινὰς χρόνους τοῦ Ἀρμενίων κατάρχοντος ἐξ ἀνθρώπων
 5 ἀποικομένου συνέβη στάσιν γενέσθαι περὶ τὰ βασιλεία καὶ τοὺς
 διαδόχους τῆς τοιαύτης ἀρχῆς. Ἀρτάβανος οὖν καὶ Κλειένης οὐ **D**
 μόνον τῆς προγονικῆς ἐκπεπτωκότες ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν ζωὴν
 κινδυνεύοντες, τὴν βασιλεύουσαν ταύτην καταλαμβάνουσι Κων-
 σταντινούπολιν. Λέων ἦν ὁ μέγας τηνικαῦτα τὴν Ῥωμαϊκὴν διέ-
 10 πων ἀρχὴν, ὁ Ζήνωνος πενθερός. οὗτος οὖν τοὺς ἄνδρας ὑπο-
 δεξάμενος καὶ ἀξίως τῆς περὶ αὐτοὺς εὐγενείας φιλοφρονησάμενος
 οἴκησίν τε καὶ διαίταν τὴν προσήκουσαν ἐν τῇ βασιλίδι ἀπένειμε.
 μαθὼν δὲ τῶν ἀνδρῶν τὴν ἐκ τῆς πατρίδος φυγὴν καὶ πρὸς τὴν
 βασιλεύουσαν ταύτην καταφυγὴν, καὶ ὡς εὖμενῶς ὑπὸ τῶν κρα-
 15 τοῦντων ἐδέχθησαν, ὁ τότε τὰ τῆς Περσικῆς διέπων ἀρχῆς γραμ- **P 134**
 μασιν αὐτοὺς μετεκαλεῖτο, εἰς τὴν πατρίαν ἡγεμονίαν ἐγκατα-
 στιῆσαι δῆθεν ὡς εὐνοῶν ὑπισχνούμενος, ἑαυτῷ δὲ τὴν τοῦ ἔθνους
 ἐντεῦθεν ὑποταγὴν μνηστευόμενος. δεξαμένων δὲ τούτων τὰ
 γραμμάτια καὶ περὶ τῶν πρακτέων ἔτι διασκοπούμενων, μηνύεται
 20 ταῦτα παρὰ τινος τῶν ἐξυπηρετούντων αὐτοῖς τῷ βασιλεῖ, καὶ ἡ
 ἐπιστολὴ ἐγχειρίζεται. γνωσθέντος δὲ τοῦ πράγματος, ὡς οὐκ
 αὐτοῖς τοσοῦτον τὴν ἀρχὴν ὅσον ἑαυτῷ τὸ ἔθνος ὁ Πέρσης ὑποτά-
 ξαι βουλόμενος τὴν τούτων ἐποιεῖτο μετάπεμψιν, ὅπερ οὔτε τοῖς

16 ἐγκαταστῆναι P

Armenios Medosque ipsos, qui regia potestate ipsis praesint, esse habi-
 turos. in hunc itaque modum, cum illae, quas dixi, gentes ab stirpe
 eiusmodi imperio regerentur, illo qui apud Armenios rerum potiebatur
 quandoque ex humanis sublato, contigit de iure regni deque principatus
 istiusmodi successoribus dissidium oriri. hincque adeo Artabanus et
 Clienes non solum avito imperio spoliati, sed et in vitae iam periculum
 adducti, in regiam hanc Constantini urbem veniunt. Leo Magnus tunc
 imperio praeerat, Zenonis socer. hic igitur viros suscipiens ac pro ge-
 neris splendore magnifice pertractans, aedes ad habitandum congruaque
 victus stipendia in urbe regia illis assignavit. ut autem horum e patria
 fugam et in regnantem hanc urbem accessum omnique humanitate ab
 imperatoribus susceptos esse didicit is qui tum res Persicas administra-
 bat, datis literis, benevolentiae in eos larva, in paternum se illos impe-
 rium restitutum pollicitus, re vera autem ea sibi molitione gentem con-
 ciliare ac subiicere satagens advocabat. acceptis literis, dum adhuc quid
 sibi facto opus deliberant, res per unum aliquem famulorum imperatori
 defertur ac epistola ipsa contraditur. rei itaque explorato momento,
 Persamque non tam illis imperium quam sibi gentem subiiciendam, quod
 sic invitabat, procurare haud dubia coniectura comperto, quod neque

- B** καλουμένοις οὔτε τῶν Ῥωμαίων ἔλνσιτέλει τοῖς πράγμασιν, πρό-
νοια γίνεται τοῦ μὴ τὸ τοῖς Πέρσαις δοκοῦν εἰς πέρας ἔλθεῖν. καὶ
διὰ τοῦτο ὑποτεμνομένου τοῦ βασιλέως τὴν, εἰ τύχοι, εὐχέριαν
τοῦ δρασμοῦ μετ' εὐπρεποῦς τοῦ σχήματος, ὡς ἐπ' εὐρυχωρίας
δῆθεν καὶ ἀδείας πλείονος, εἰς Νίκην τὴν κατὰ Μακεδονίαν πόλιν⁵
μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων (καὶ αὗται γὰρ μετὰ ταῦτα αὐτοῖς ὑπε-
κλάπησαν) μετοικίζονται. τοῦ δὲ χρόνου ῥέοντος καὶ τῶν Σαρα-
κηνῶν ἐπὶ μελζονος δυναστείας προαγομένων, τὴν ὁμοίαν πείραν
τοῖς τῶν προτέρων ἀπογόνους Ἀρσακιδῶν ὁ τότε ἀμερμοννῆς προ-
C εβάλετο, καὶ διὰ γραμμάτων μετεκαλεῖτο αὐτοὺς εἰς τὴν προγογι-¹⁰
κὴν δῆθεν ἐξουσίαν τε καὶ ἀρχήν. φωραθέντος δὲ καὶ τοῦ τοιού-
του δράματος Ἡρακλείῳ τῷ τηρικαῦτα βασιλεῖ, καὶ τῶν γραμμά-
των ἐγχειρισθέντων, ἐπεὶ μὴ εὐνοία τούτων ἔγνω τὴν μετέπειψιν
γενομένην ἀλλ' εἰς πρόθεσιν οἰκείας ἐπικρατείας τῶν ταῦτα μηχα-
νωμένων (ἤλπιζον γὰρ τὸ ἔθνος ἐκ τῆς πρὸς τὸν παλαιὸν Ἀρσάκην¹⁵
εὐνοίας ῥαδίως, εἰ τούτους ἔχοιεν μεθ' ἑαυτῶν, πρόσάξισθαι οἱ
Σαρακηνοί), διὰ τοῦτο καὶ εἰς Φιλίππους, μίαν καὶ αὐτὴν τῶν
κατὰ Μακεδονίαν τυγχάνουσαν πόλεων, ὡς ἐπὶ μελζονος ἀσφαλείας
μετώκισε τούτους αὐθις ὁ βασιλεύς· εἶτα ἐκεῖθεν πάλιν ὡς ἐπὶ
D λαμπροτέρας πολιτείας καὶ καταστάσεως μετεβίβασεν εἰς Ἀδρια-²⁰
νούπολιν. εὐθέτου δὲ τοῦ τόπου φανέντος αὐτοῖς, κατ' ἰδίαν
ὡσπερ συνεστηκότες φατρίαν τε καὶ φυλὴν εἰς πλῆθος ἐγένοντο

14 πρόθεσιν margo Combef.

16 πρόσάξασθαι A

his qui invitabantur nec vero Romanis rebus operae pretium erat, cura adhibetur ne istud Persarum consilium exitum habeat. quapropter sus-
cisa, si qua videretur, opportuniore fugae facilitate, honesti specie, vel-
ut ad liberiores agros et ut maiori securitate fruantur, imperator Nicem
Macedoniae urbem cum liberis et uxoribus (nam et illas postea subdu-
xerant) transfert. decursu autem temporis, Saracenorumque rebus in
maiores principatus crescentibus, eandem ac primis Arsacidarum nepo-
tibus fraudem adhibet qui tum genti praeerat amerumnus, scriptisque
litteris ad avitam nimirum potestatem ac imperium revocabat. verum
eiusce quoque consilii fabula ab Heraclio, qui tum rerum potiebatur,
deprehensa, litterisque percensitis, cum nulla eos benevolentia revocari
intellexisset, sed ut haec machinantes eaque occasione Saraceni dicionem
augerent (fore enim sperabant, si modo illos secum haberent, ut facile
pro veteris Arsacis amore in suas partes gentem traherent), idcirco etiam
Philippos, alteram et ipsam Macedoniae urbem, quasi maioris securitatis
causa Nice remotos transmittit. hincque deinde velut illustriori civitate
donandos, meliorique statu componendis eorum rebus, Adrianopolim trans-
fert. viso autem eis idoneo aptoque loco, velut in propria consistentes

καὶ ἐπ' εὐπορίας κατέστησαν ἰκανῆς, τὴν πάτριον εὐγένειαν δια-
σώζοντες καὶ ἀσύγχυτον τὸ γένος διαφυλάττοντες.

3. Χρόνους δὲ ὕστερον, ἤρξα Κωνσταντῖνος μετὰ Εἰρή-
νης τῆς μητρὸς ἐβασίλευεν, Μάϊκτης ἐκεῖνος, ἀφ' αἵματος Ἀρσά-
5 κου καὶ αὐτὸς ὢν, κατὰ τινα πρεσβείαν ἢ χρεῖαν εἰσῆει πρὸς τὴν
περίβλεπτον ταύτην Κωνσταντινούπολιν· ὃς ἀνδρὶ περιτηγάνει P 135
κατὰ τύχην ὁμογενεῖ, Λέοντι καλουμένῳ, καὶ γνούς αὐτὸν ἀπὸ
τῆς ἔξωθεν καταστάσεως καὶ περὶ τὴν κατὰ στολὴν ἰδιότητος οὐχ
ἓνα τῶν τυχόντων καὶ ταπεινῶν ἀλλ' εὐγενῆ καὶ περιφανῆ, καὶ εἰς
10 ὁμίλιαν αὐτῷ καταστάς καὶ ταύτην ἐθάδα καὶ σύντροφον εὐρηκώς,
ἐπεὶ τὸ γένος ἀνέμαθεν, καὶ τὴν ὁμοῦ οἴκησιν προκρίνει, τῆς οἰ-
κείας τὴν ἀλλοτρίαν διὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν· καὶ τὸ πρὸς
αὐτὸν ἀσπασάμενος κῆδος μίαν τῶν αὐτοῦ θυγατέρων ἠγάγετο,
ἔξ ὧν ὁ τοῦ ἱστορουμένου προῆλθε πατήρ, ὃς καλῶς ἀναχθεῖς
15 καὶ δι' ἐπαινουμένης ἀγωγῆς καὶ τροφῆς εἰς ἄνδρας τελέσας, καὶ
εὐεξία σώματος καὶ ῥώμῃ διαφέρων καὶ παντοδαπαῖς κοσμούμενος
ἀρεταῖς, πολλοὺς ἐκίνει τοὺς δι' ἐπιγαμίας φέλοντας αὐτὸν οἰκειώ- B
σασθαι. γυνὴ δέ τις εὐγενῆς καὶ κοσμία κατὰ τὴν Ἀδριανούπο-
λιν τὴν οἴκησιν ἔχουσα, ἀποικομένου τοῦ ταύτης ἀνδρὸς σωφρό-
20 νως τὴν χρεῖαν ἀνύουσα, (φήμη γάρ τις διέτρεχεν οὐ παντελῶς
ἀμυδρὰ ἐκ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἔλκειν αὐτὴν τὴν συγγέ-
νειαν) τῶν ἄλλων προτιμωτέρα τῶν τε καθ' οὓς παρώκησεν ἐνομί-
σθη αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ταύτης θυγατέρα εὐγενεῖα καὶ κάλλει
διαφέρουσαν σώματος καὶ αἰδοῖ κεκοσμημένην ἠγάγετο· ἔξ ὧν

22 τε] γε?

tribu ac familia, multitudine aucti sunt, abundeque satis opibus cumulati,
paternam nobilitatem servantes ac genus impermixtum.

3. Secutis vero temporibus, cum summam rerum Constantinus cum
Irene matre administraret, Maictes ille ex Arsacis prosapia ducens ori-
ginem, legationis causa seu alterius negotii obeundi gratia illustrem hanc
Constantini urbem petens, atque in ea forte fortuna in eiusdem gentis
ac familiae hominem, Leonem nomine, incidens, exque exteriori habitu
gestuque nec non vestium proprio cultu non unum quem infimae plebis
vulgique agnoscens, sed virum ingenuum ac spectabilem, consertoque
sermone ac fabulando eius vim consuetam usuque familiarem inveniens,
ubi genus cognovit, illius contubernium deligit, suaeque alienam habita-
tionem pro viri virtute ac praestantia praefert, eiusque amplexus affini-
tatem filiarum unam sibi matrimonio iungit; ex quibus ortus illius parens
cuius nunc historiam teximus. mulier vero quaedam nobilis et pudica
Adrianopoli habitans, viro demortuo caste sobrieque in viduitate agebat:
fama erat haud prorsus obscura, ex magno Constantino eam genus du-
cere. haec illi reliquis, iisque apud quos consederat, praestantior visa;
eamque ob rem eius filiam, nobilitate ac corporis forma conspicuam ve-

ἐβλάστησεν ἡ βασιλείως αὐτῆ ρίζα Βασίλειος, παρόθεν μὲν ἔλκων τὴν ἐξ Ἀρσάκου συγγένειαν, ἣ προείρηται· ἡ δὲ μήτηρ τῆ τε τοῦ
 C μεγάλου Κωνσταντίνου συγγενεῖα ἐκαλλωπίζετο καὶ ἀπὸ πατέρου μέρους τὴν Ἀλεξάνδρου ἠῦχει λαμπρότητα. ἐκ τοιούτων γεννητόρων προελθὼν ὁ Βασίλειος εὐθὺς πολλὰ τῆς ὕστερον δόξης σύμ- 5
 βολα εἶχεν ὑποφαινόμενά· ταινία τε γὰρ κοκκοβαφῆς παρὰ τὴν πρώτην ἔκφυσιν τῶν τριχῶν ἐωρᾶτο περὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ περὶ τὰ σπάργανα πορφύρεα βάμματα.

4. Ἦν δὲ μέχρι τότε τὸ γένος τῶν ἀπογόνων Ἀρσάκου κατ' ἰδίαν ὥσπερ φατριὰν συνεστηκός, εἰ καὶ ταῖς ἐπιγαμίαις 10
 πολλάκις τοῖς ἐγχωρίοις συνανεικρινᾶτο, ἐν Ἀδριανουπόλει κεκτημένον τὴν οἰκισιν. ἐπεὶ δὲ Κροῦμος ἐκεῖνος, ὁ τῶν Βουλγάρων
 D ἄρχων, εἰς τὰς πρὸς Ῥωμαίους ἐξυβρίσας σπονδὰς πολέμιον χάρακα τῆ Ἀδριανουπόλει ἐβάλετο, καὶ χρόνον προκαθίσας συχνὸν ὁμολογία ταύτην διὰ τὴν τῶν ἀναγκαίων ἔνδειαν παρεστήσατο, 15
 καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ πάντας μετὰ καὶ Μανουὴλ τοῦ ἀρχιερέως τῆς τοιαύτης πόλεως εἰς Βουλγαρίαν μετήγαγε, συνέβη μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοὺς τοῦ Βασιλείου γεννήτορας, ἔτι τοῦτον ἐν τοῖς σπαργάνοις ἔχοντας, εἰς τὴν τῶν Βουλγάρων ἀπαχθῆναι γῆν· ἔνθα τὴν οἰκειάν τῶν Χριστιανῶν πίστιν ἀνόθευτον διασώζοντες ὁ τε 20
 Θανμάσιος ἐκεῖνος ἀρχιερεὺς καὶ ὁ σὺν αὐτῷ λαὸς πολλοὺς τῶν Βουλγάρων πρὸς τὴν ἀληθινὴν πίστιν μετήγαγον τοῦ Χριστοῦ
 P 136 (οὐπω γὰρ ἦν τὸ ἔθνος μετηνεγμένον πρὸς τὴν εὐσέβειαν) καὶ

11 ἐν om P

16 καὶ post μετὰ om A

recundiaque ornatam, uxorem ducit; ex quibus regia haec radix Basilius succrevit, paterno quidem stemmate Arsacis, uti dictum est, prosapiam sibi vendicans, materno vero Constantini natalibus magnifice glorians, utroque demum Alexandri claritatem iactans. tali ex progenie ortus Basilius multa statim futurae gloriae subluentia signa exhibuit. taenia namque quaedam coccinea tum primum enascentibus pilis circa caput visa, circaque fascias purpurei tinctus.

4. Hactenus Arsacis nepotum genus ipsum secum in propria quasi tribu contubernioque constiterat, quanquam haud raro, Adrianopoli sedes habens, etiam cum indigenis nuptiarum foedera commiscebat. quia vero Crumus ille Bulgarorum princeps, violatis quae illi cum Romanis intercedebant foederibus, hostili aggere cinctam Adrianopolim diuque ab eo obsessam, qua laborabat necessariorum penuria, ad deditionem coegerat, civesque omnes ac incolas nec non etiam Manuelem eiusce urbis episcopum in Bulgariam transtulerat, accidit Basili quoque parentes cum reliquis, illo adhuc in fasciis agente, in Bulgarorum regionem transferri; ubi propriam Christianorum fidem illibatam custodientes (tum scilicet mirabilis ille praesul, tum plebs illi pari captivitate comes) multos barbarorum ad veram Christi fidem adduxerunt (nondum enim gens illa animum ad pietatem transtulerat) multisque locis Christianae doctrinae

πολλαχοῦ τὰ τῆς Χριστιανικῆς διδασκαλίας κατεβόλοντο σπέρ-
 ματα, τῆς ἐθνικῆς τοὺς Σκύθας πλάνης μετέλκοντες καὶ πρὸς τὸ
 τῆς Θεογνωσίας μετάγοντες φῶς. ἐφ' οἷς πρὸς ὁργὴν κατ' αὐτῶν
 κινήθεις Μουτράγων ὁ τοῦ Κρούμου διάδοχος αὐτὸν τε τὸν ἱερώ-
 5 τατον Μανουὴλ καὶ πολλοὺς τοὺς ἐπὶ τούτῳ ἐνδεικνυμένους, ὡς
 οὐκ ἔσχυσε πειράσας πείσαι ἀποστήναι Χριστοῦ, μετὰ πολλὰς αἰ-
 κίας τῷ διὰ μαρτυρίον θανάτῳ πυρέπεμψεν. καὶ οὕτω συνέβη
 πολλοὺς τῶν τοῦ Βασιλείου συγγενῶν μαρτυρικῆς εὐκλείας τυχεῖν,
 ὡς μηδὲ τῆς ἐντεῦθεν σεμνότητος αὐτὸν ἀμοιρεῖν. ἄρτι δὲ ἐπι-
 10 σκεπτομένον Θεοῦ τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ τὴν ἔξοδον αὐτοῖς προτα- B
 νείοντος (ὁ γὰρ τῶν Βουλγάρων ἄρχων μὴ δυνάμενος ἐπὶ πολὺ
 πρὸς τὰς Ῥωμιαῖκὰς δυνάμεις ἀνταγωνίζεσθαι πάλιν εἰς ὑπόπτωσιν
 ἔνευεν), ἐν τῷ ἐπισυνάγεσθαι πρὸς τὸν ἄρχοντα τὸν εἰς τὰ οἰκεία
 ἀπολύεσθαι μέλλοντα λαὸν τῶν Χριστιανῶν, ἰδὼν τὸν παῖδα Βα-
 15 σίλειον τῇ τε μορφῇ ἑλιπθέριον καὶ χαρίεν ὑπογελῶντα καὶ περι-
 σκαίροντα πρὸς ἑαυτὸν ἐφεικύνετο, καὶ μῆλον θυμαστὸν τῷ
 μεγέθει ἐπέδωκεν. ὁ δὲ παῖς ἀκάκως καὶ θαρραλέως τοῖς τοῦ
 ἄρχοντος ζεπειδόμενος γόνυσιν ἐν τῷ ἀπλάστῳ ἤθει τὴν οἰκείαν
 εὐγένειαν ἐπεδείκνυτο, ὡς ἐκπλαγῆναι μὲν τὸν ἄρχοντα, διαγοραιο- C
 20 νεσθαι δὲ λεληθότως τὴν δορυφόρον τάξιν αὐτοῦ.

5. Ἄλλ' ἵνα τὰ ἐν μέσῳ συντέμω, ἔξηλθεν εὐμενεία Θεοῦ
 πρὸς τὰ οἰκεία ἅπας ὁ ἀπαχθεὶς ὡς ἀλχημάλωτος λαὸς τῶν Χρι-

1 τὰ] πρὸς τὰς A
 19 ὑπεδείκνυτο P

5 ὡς om A
 20 αὐτῷ A

18 γόνυσιν A

iecerunt semina, a gentiliū errore Scythas retrahentes et ad divinae
 cognitionis lucem traducētes. quibus in illos ira percitus Crumi succes-
 sor Mutrago, cum Manuelem virum sanctissimum tum alios plures eius
 rei delatos, cum tentando ad eiurandam fidem inducere nequivisset, variis
 tormentis excruciatos per mortem martyres consecravit. sique contigit
 multos sanguinis necessitudine Basilio coniunctos eique affines martyrii
 gloria potiri, ut nec eius quae inde est honestatis posset expers videri.
 iam vero, cum plebem suam deus visitaret atque ei in patriam reditum
 praestaret (Bulgarorum enim princeps, Romanas diutius vires aciesque
 ferre non valens, collum rursus subdere annuebat), congregata apud eum,
 quae in patriam dimittenda erat, Christianorum turba, coniectis in pue-
 rum Basiliū oculis, liberali forma decorum gratiusque subridentem ac
 circumsalientem, indole formaque delectatus illum ad se traxit, pomum-
 que ei mirae magnitudinis dedit. puer vero animi candore cum pari
 fiducia principis incumbens genibus, morum illa simplicitate ingenuitatis
 suae illustre specimen dabat, adeo ut princeps etiam atque etiam admi-
 raretur, stipatorum vero cohors secum ipsa tacita furore commoveretur.

5. Verum ut ea quae interea evenerunt paucis transigam, omnis ille
 Christianorum populus, sic velut captivus abductus, propitia dei boni-

στιανῶν, συνεξήλθον δὲ καὶ οἱ τοῦ Βασιλείου γονεῖς, τὸν φίλτατον αὐτοῖς παῖδα προσεπάγομενοι. ἐγένετο δέ τι περὶ αὐτὸν εὐθὺς κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν θανατάσιον, τὴν εἰς ὕστερον τύχην παραδηλοῦν, ὅπερ οὐ θέμις οἴμαι σιγῇ παρελθεῖν. τῷ γὰρ καιρῷ τοῦ θέρους τῶν τούτου γονέων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἐξεληθόντων ἀγορὰν 5

D καὶ τοῖς θειρισταῖς ἐπιστατούντων καὶ διεγειρόντων συντόνως ἐργάζεσθαι, ὡς περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν ἢ ἡμέρα προέκοπτε καὶ ὁ ἥλιος ἤδη σφοδρότερον ταῖς μεσημβριναῖς ἀκτῖσιν ἐπέφλεγεν, οἰο-
νεί τινα σκηνὴν ἐκ τοῦ συνδέσμου τῶν ἀσταχίων σκευάσαντες ἐν ταύτῃ τὸν παῖδα κοιμηθησόμενον ἔθεντο, ὅπως τῆς ἀπὸ τοῦ ἡλίου 10
θέρμης ἀβλαβῶς διέλθῃ τὸν καύσωνα. ἐν δὲ τῷ ἐκείνους ἐνασχολεῖσθαι τοῖς θειρισταῖς αἰετὸς ἐπικαταπτὰς καὶ ἄνωθεν ἐπι-
καθίσας ἠπλωμέναις ταῖς πτέρυξι τὸ παιδίον ἐσκίαζεν. ἀρθείσης δὲ παρὰ τῶν ἰδόντων φωνῆς ὅτι ὄλεθρον ἴσως ἐπάξει ὁ αἰετὸς

P 137 τῷ παιδί, ἢ μήτηρ εὐθὺς οἶα μήτηρ φιλόστοργος καὶ φιλότεκνος 15
πρὸς τὸν παῖδα ἐξέδραμεν. ἰδοῦσα δὲ τὸν αἰετὸν σκιάν ταῖς πτέρυξι τῷ παιδίῳ περιποιούμενον, καὶ μηδὲ πρὸς τὴν ταύτης ἐκπλαγέντα ἐπέλευσιν ἀλλ' ὥσπερ χαριέντως πρὸς αὐτὴν ἀτενίζοντα, οὐκ ἠδυνήθη κατὰ τὸ πρόχειρον εἰς κρείττονα πεσεῖν λογισμὸν, ἀλλὰ λίθον ἔβαλε κατ' αὐτοῦ· καὶ οὕτως ἀνέπτυ ὁ αἰετὸς καὶ ὡς 20
ἔδοξεν ἀπεχώρησεν. ἐκείνης δὲ αὐθις πρὸς τὸν ἄνδρα καὶ τοὺς ἐργατάς ὑποστρεψιάσης, ὁ αἰετὸς κατὰ τὸ πρότερον σχῆμα παρῆν

B τὸ παιδίον ἐπισκιάζων, καὶ πάλιν ὁμοίως ἢ φωνὴ παρὰ τῶν θεα-

5 ἐπι] περὶ AP

17 παιδί P

tate ad propria migraturus exiit: Basilii parentes, ipsi quoque pari indulgentia exiere, dulcissimum pignus secum adducentes. contigit vero prima statim aetate mirabile aliquid circa ipsum, futurae eius fortunae certum praesagium; nec fas esse existimo ut silentio a nobis praetereatur. messis enim tempore, cum parentes in agrum exiissent messoribusque praeciperent et ad laborem strenue obeundum excitarent, cum dif-ferto foro, ut aiunt, altior dies procederet iamque sol meridianis radiis acrius adureret, constructo ex spicarum manipulis velut tentorio in eo puerum tantisper somno recreandum ponunt, et ad solaris eius caloris aestum illaesa valetudine transigendum. dumque messoribus animum advertunt, advolans aquila explicatisque desuper alis assidens puero praestabat umbraculum. sublatus videntium clamor, ne quid forte aquila puero noceat; moxque mater (carae scilicet prolis nimium amans) ad puerum accurrit, vidensque aquilam passis alis umbram puero ministrantem, ac nec eius quicquam adventu territam sed in eam gratiose oculos velut intendentem, ne sic quidem in promptu sanioris aliquid animi cogitare potuit, sed in eam lapidem iecit; quae statim avolavit et, ut videbatur, secessit. rursusque ea ad virum messorisque reversa, aquila priorem in modum puero assidens umbram faciebat. similique rursus

τῶν, καὶ ἡ μήτηρ πρὸς τὸ παιδίον, καὶ τῇ βολῇ τοῦ λίθου ὁ αἰτὸς ἀποσοβούμενος, καὶ ἡ τῆς μητρὸς πρὸς τοὺς ἐργαζομένους ἐπιστροφή. ἐναργέστερον δὲ ἄρα τῆς προνοίας δηλῶσαι θελησάσης ὅτι οὐ κατὰ τινὰ τύχης αὐτοματισμὸν ἀλλὰ θεία προγνώσει τὸ
 5 τελούμενον δείκνυται, ἐκ τρίτου συνέβη τὰ ὅμοια, ὁ αἰτὸς ἐπὶ τὸ παιδίον, οἱ θεωροῦντες βοῶντες, καὶ ἡ μήτηρ ἐπὶ τὸν αἰτόν, καὶ ὁ αἰτὸς πρὸς βίαν καὶ μόλις ἀπαλλαττόμενος· οὕτω τῶν μεγάλων πραγμάτων αἰεὶ πόρωθεν ὁ θεὸς προκαταβάλλεται τινὰ σύμβολα καὶ τεκμήρια τῶν εἰς ὕστερον. τοῦτο δὲ καὶ εἰς τὴν ἐχομένην C
 10 ἡλικίαν οὐκ ὀλιγάκις γέγονεν ἐπ' αὐτῶ, ἀλλὰ πολλάκις εὐρέθη ὑπὸ αἰτοῦ ἐν τῷ ὕπνοῦν σκιαζόμενος. ἀλλ' ἐν οὐδενὶ σχεδὸν λόγῳ τότε ταῦτα ἐτίθετο· πρὸ τοῦ γὰρ ἐμφανεῖς καταστῆναι τὰς ἐν αὐτῶ ἄρετάς, κἂν μεγάλα τὰ προφαινόμενα ἡμελεῖτο καὶ παρελάνθανεν, οὐδενὸς δυναμένου ἐν οἰκίᾳ λιτῇ καὶ δημοτικῇ ὅπως
 15 ἔλθῃ ποτὲ βαλέσθαι εἰς νοῦν. πλὴν ἐπεὶ καὶ τὸ τούτοις ἐπὶ πλέον ἐνδιατρίβειν οὐ πόρω τυχὸν δόξει τρόπον θωπεύοντός, καὶ νομισθῶμεν ἴσως ἀπορία τῶν περὶ αὐτὸν καλῶν ἐν τούτοις τὴν D
 ἱστορίαν ἀπασχολεῖν, τὰ τοῦ ὁμοίου εἶδους καὶ τῆς παιδικῆς ἡλικίας πάντα παρήσομεν, ἐπὶ δὲ τὰ ἔμπροσθεν τὸν λόγον σπουδῆ
 20 προαιγάγωμεν, τὴν τῶν ἐπαινῶν ἀπληστίαν ὥσπερ ἄλλο τι τῶν οὐκ ἐπαινετῶν ἀπωθούμενοι.

2 ἐκσοβούμενος A
 στήσαι P

3 καὶ ἐναργέστερον δὲ A
 15 ἔλθοι A

12 κατα-

16 δόξη A

ratione videntium sublatus clamor, matris ad filium cursus concitus, ictu lapidis submota aquila, mater ad messoros reversa. cum vero divina providentia evidentius vellet ostendere non casu aliquo aut fortuna sed divinae rem praescientiae esse quod gerebatur, tertio haec eadem contigerunt. aquila sursum puero imminens, videntium clamor, mater ad aquilam, aquila per vim aegreque tandem abscedens. sic deus semper magnarum procul rerum signa quaedam futurorum indicia quasi fundamento praeiacit. quin et in sequentem aetatem hoc ipsum in eo non raro contigit, saepiusque inter dormiendum visus est ab aquila obtegi. sed horum tunc fere nulla ratio habebatur. antequam enim, quibus ille fulciebatur, virtutes patescerent, etsi magna erant quae praelucebant, negligebantur tamen et in occulto manebant, cum nemo in mentem inducere posset quomodo in tenui domo ac plebeia res evaderent. ceterum cum in his quoque diutius immorari haud procul forte ab assentationis indole abesse videatur, ut ne forsitan magnarum rerum honestarumque penuria in his stylum trahere ac historiam existimemur, quae eius generis sunt puerilisque aetatis omnia omitemus, atque ad ea quae sequentia sunt sedulo sermonem provehemus, ea scilicet ratione ut laudum vim insatiabilem, ceu quamvis rem aliam in laudis parte minime habendam, reiiciamus.

6. Τρεφόμενος τοίνυν ὁ παῖς παρὰ τῷ πατρὶ, καὶ αὐτὸν ἔχων τῶν πρακτέων ὑφηγητὴν καὶ τῶν ῥητέων ἐξηγητὴν καὶ διδάσκαλον καὶ παιδοτρίβην πρὸς ἅπαν σπουδαῖον καὶ ἐπαινούμενον, οὔτε μίξανθρόπου Χείρωνος ἐδεήθη ὡς Ἀχιλλεὺς οὔτε Λυκούργου νομοθέτου καὶ Σόλωνος οὔτε ὑπερορίου καὶ ξενικῆς ἀγωγῆς, ἀλλ' ὑπὸ τῷ φύσαντι μόνῳ τὰ τῶν καλῶν ἐξασκούμενος κάλλιστα, πρὸς τε τὸ θεῖον ὁσιότητα καὶ εὐσέβειαν καὶ πρὸς τοὺς τεκόντας αἰδῶ καὶ εὐπειθειαν, πρὸς γεραιτέρους ὑπειξιν καὶ πρὸς ἡλικας καὶ φυλέτας ἄδολον εὐνοϊαν, πρὸς δυνάστας ὑποταγὴν καὶ πρὸς πένητας ἔλεον, ἐν πάσαις ταῖς ἀρεταῖς ἐπιδήλως ἐξέλαμψεν, σῶφρων ἐκ νέου καὶ ἀνδρείος ἀναφαινόμενος, τὴν τε ἰσότητα μετὰ φρονήσεως ἀγαπῶν καὶ διαφερόντως τιμῶν, καὶ ἐν μηδενὶ τῶν ταπεινότερων κατεπαιρούμενος· ἐξ ὧν εὐνοια παρὰ πάντων αὐτῷ καὶ τὸ πᾶσιν εἶναι προσφιλεῖ καὶ ἐράσμιον.

perator iudicii acrimoniam temperans, semissem receptorum in aerarium publicum singulis referendam sanxit. ita factum est ut et illis, etsi nulla digni munificentia erant, accepti muneris pars haud exigua cederet, et trecenta centenaria ad aerarium publicum redirent; unde in urgentibus negotiis subministrare coepit imperator, exque officii ratione rem publicam gerere.

29. Qua die imperii summam adeptus est Basilius, velut deo Romanarum rerum in melius mutationis indice multorum tropaeorum nuntii in Augustam hanc urbem advenerunt, multisque Christianis assertam ex captivitate libertatem ad eam perlatum est. pompa itaque progressus imperator ad magnum dei templum, cui ab eius sapientia nomen est, proque omnibus simul gratiarum actione perfunctus, redeundo consularia sparsit munera, ingentemque vim pecuniarum, non ex publicis (quae non suppetebant) sed ex propriis, quas ante possederat, in subditos plebemque distribuit. uxor quoque Eudocia cum liberis Constantino et Leone, pari et ipsa largitione, multas civibus pecunias ex suis erogavit. ac licet eo tempore imperator multa adhuc rei nummariae egestate premeretur, uti dictum est, postea tamen uberes satis opes adeptus est, partim quidem dei munere ac nutu ob eius in pauperes misericordiam ac aequitatem, multis sub terra occultis thesauris illo rerum potente in lu-

ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ εἰς φῶς εὐδοκίσαντος προελθεῖν, τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ εἰδικῷ εὐρεθέντος χρυσοῦ, ὃν ὁ προβεβασίλευκῶς Μιχαὴλ τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων συγχωνεύσας, λέγω δὴ τὴν χρυσὴν ἐκείνην καλουμένην πλάτανον καὶ τοὺς δύο ὀλοχρούσους γροῦπας καὶ τοὺς δύο χρυσοῦς σφυρηλάτους λέοντας καὶ τὸ ὀλόχρυσον ὄργανον καὶ ἕτερα τῶν ἐπὶ τῆς τραπεζῆς χρυσομάτων ἔργα διάφορα καὶ τὰς βασιλικὰς τε καὶ αὐγουστιακὰς στολὰς καὶ τὰς ἄρχουσι μεγάλοις ἁρμοζούσας ἐσθῆτας, πάσας τυγχανούσας χρυσοῦφεις· ἃ δὴ πάντα συγχωνεύσας, ὡς λέλεκται, εἰς τὰ καθ' ἑξῆς αὐτῷ ἐμελλεν ἀποχρήσασθαι· προαναρπασθέντος δὲ ἐκείνου εὐρέθη ὁ χρυσός, καὶ χαραχθεὶς εἰς ἅπαντα γέγονε χρήσιμος τῷ βασιλεῖ. δεῖ γάρ, φησί, χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον.

30. Τότε δέ, ἐπεὶ ἐπὶ τῶν τῆς ἀρχῆς οὐράκων ὑπὸ τῆς προνοίας προβεβασθεὶς ἐκάθισεν ὁ Βασίλειος, εὐθὺς ἀπὸ γραμμῆς, φασίν, ἄξιος ἐσπούδαζε φανῆναι τοῦ μεγέθους τοῦ πράγματος, καὶ νύκτωρ διηγρούπνει καὶ μεθ' ἡμέραν διεσκόπει, πάντα κινῶν λογισμὸν καὶ πᾶν στρέφων βούλευμα, ὅπως ἀγαθοῦ τινὸς αἴτιος τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἄπυσι γένοιτο καὶ ὅπως ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἔμφανῆ καὶ μεγάλην μεταβολὴν τὰ πράγματα δέξηται. καὶ πρῶτα μὲν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἀδωρότατα τοὺς πάντων ἀρίστους ἐκλεγόμενος προεβάλλετο, οἷς ἦν καὶ οἴκοθεν, ἅτε ἀρίστοις οὔσι, καὶ ἀπὸ τῆς ἀκριβοῦς τοῦ βασιλεύοντος ἐπισκέψεως πρῶτον

cem productis; partim vero etiam ex auro quod in privato imperatoris aerario, quod nempe eius decessor Michael conflatis egregiae fabricae pulcherrimisque operibus (aurea scilicet sic vocata platano, duobus auro solidis gryphibus, totidemque auro ductilibus leonibus, auroque solido organo, variaque alia mensae supellectili ipsa aurea, imperialibusque et Augustiacis indumentis, magnorumque principum ac magistratum vestibibus, cunctis auro contextis), uti dictum est, reposuerat ac pro libidine abusurus erat. praerepto enim illo aurum repertum est, signatumque imperatori in omnibus perquam utile fuit. opus enim ait (Demosthenes Olynth. 1 p. 15) esse pecuniis; nec si desint, fieri posse aliquid eorum quae deceat. sed haec postea evenerunt.

30. Tunc vero quandoquidem ad imperii gubernacula divinae providentiae nutu Basilius sederat, statim a linea, ut aiunt, ipsisque carceribus sedulo operam posuit ut nihil rei magnitudini impar videretur. itaque noctu pervigil erat, interdum animo dispiciebat, nullam non movens rationem, nullum non consilium versans, ut boni alicuius auctor subditis fieret et ut illustrem magnamque res mutationem in melius acciperent. hinc primum incorruptissimus ipse nullaque munerum sorde a recti libra declinans omnium optimos delectos promovebat, quibus partim a se ipsis, ut qui optimi erant, partim vero ab imperatoris sedula inspectione, primum opus ac studium erat ut prae reliquis a quovis mu-

ἔργον καὶ σπουδασμα τὸ πρὸ τῶν ἄλλων τὰς ἰδίας χεῖρας
καθαρὰς ἀπὸ παντοῖου διαφυλάξαι λήμματος, εἴθ' οὕτως πασῶν
τῶν ἀρετῶν πλεον τιμῆσαι δικαιοσύνην, καὶ ἰσότητα παρασκευά-

Dσαι ἐμπολιτεύεσθαι πανταχοῦ, καὶ τὸ μὴ καταδυναστεύεσθαι ὑπὸ
τῶν πλουτούντων τοὺς πένητας, μηδὲ ἀδίκως ζημίαι τινὰ ὑποβάλ-
5 λεσθαι, ἀλλὰ ῥύεσθαι πένητα καὶ πτωχὸν ἐκ χειρὸς στερεωτέρων
αὐτοῦ, καὶ κατὰ μικρὸν ἀναλαβεῖν τοὺς ἀνθρώπους οὓσπερ ἀπὸ
τῶν φθασάντων ἤδει λειποψυχοῦντάς τε καὶ ἐκλείποντας, καὶ
ἀναρρωνύοντας ἐπὶ τῆς ἀρχαίας ἀπαντας εὐετηρίας σπουδάζειν
ἀποκαθιστᾶν. ὣν καὶ διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρὸς τὰ βελτίω ῥοπήν 1

P 161 περὶ ταῦτα σπουδῆν καὶ ἐργηγορυῖαν πανταχόσε περιβλεψιν εἰς πᾶν
τὸ δέον προθύμως ἀλλήλους ὑπερβαλέσθαι ἀμιλλωμένων, ἅπαντα
μὲν ἀδικία εὐθύς ἀπὸ πάντων ἠλαύνετο, καὶ τὸ δίκαιον ἐπαρη-
σιάζετο, καὶ αἱ πρὶν ὑπὲρ τὰς Βριαρεῶ χεῖρες πρὸς τὰ ἀλλότρια 1
ἐκτεινόμεναι ἐκνεναρκωμέναις ὡσπερ καὶ παρειμέναις ἐώκεισαν,
καὶ τὰ ἀσθενῆ πρὸ τούτου τῶν πενήτων μέλη ἐρρώννυντο διὰ τὸ
ἀδεῶς ἕκαστον τὴν οἰκειάν βῶλον ἐργάζεσθαι καὶ τὸν ἴδιον ἀμπε-
λῶνα καρποῦσθαι, καὶ τὴν ἐλαίαν καὶ τὴν συκῆν τὴν πατρώαν
μηδένα εἶναι τὸν τολμῶντα ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ ποιεῖσθαι ἐξουσίαν, 2
B ἀλλ' ἕκαστον ἐν τῇ συνήθει καὶ πατρώᾳ τούτων σκιᾷ ἀναπαύε-
σθαι. καὶ οὕτω μὲν περὶ τὸν ὑπὸ χεῖρα πάντα λαὸν τῶν τε χω-
ρῶν καὶ τόπων καὶ πόλεων τῆς ἑαυτοῦ ἐπικρατείας ὁ εὐσεβῆς διε-

20 αὐτοῦ P 22 περὶ om A

nere manus puras servarent; tum ut prae omnibus virtutibus iustitiam colerent, et ut ubique aequitas vigeret diligentem operam navarent, nec a divitibus pauperes opprimi vel quemquam innoxie noxam subire sinerent, sed inopem et egenum de manu fortiorum eriperent (Psalm. 34 10), paulatimque eos recrearent quos ob praeteritorum iniuriam animo delin- qui noverant ac collabi, eosque sublevantes ad pristinam omnes felicita- tem reparare studerent. hi porro, tum qua ipsi iam initio ratione ac sponte ad virtutem propensi erant (tales enim omnino deligebat) tum imperatoris circa haec sollicitudine ac vigili in omnibus circumspectione, cum se mutuo in omni officii genere superare contenderent, statim omnis iniustitia ab omnibus procul facessere, ac iustitia omni palam coli libertate; manusque supra quam Briarei antea ad aliena rapienda extentae torpidis stupefactisque similes decidere; infirmaque prius egenorum membra robur viresque accipere, idcirco nimirum quod singulis suam libere exercentibus glebam, vineaeque proventu fruentibus avitaeque olivae ac ficus, nemo erat qui haec sibi quavis iniuria usurpare aude- ret, sed quisque in horum consueta avitaeque umbra conquiesceret. in hunc se modum pius imperator erga omnes subditos habebat, tum qui ruri inque oppidis tum qui in urbibus agebant, quantum Romani imperii

γένετο βασιλεύς. εἰ δέ τις οἶον ὄζος κακίας ἐν τινι στερεῶς εὖ μάλα συναθροισθεῖς ὑπὸ τῶν κατὰ μέρος ἀρχόντων μεταβληθῆναι ἢ τέλεον ἐκκοπῆναι οὐχ οἷός τε ἦν, δι' αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ βασιλεύοντος ἢ μετεβάλλετο ἢ ἀλλοίως πως τὴν ἰατρειάν ἐδέχετο. τέλεον γὰρ ἔξῃραι πάντοθεν τὴν ἀδικίαν ὁ κράτιστος οὗτος φιλονεικῶν πανταχοῦ τε διατάγματα ἐξέθετο καὶ κατὰ πᾶσαν χώραν ἐξέπεμψεν, δι' ὧν πᾶσα δόσις μέχρι τότε τὸ εὐλογον ἔχειν δοκοῦσα διὰ τὴν πονηρὰν ἀπὸ χρόνου συνήθειαν ἀνηρεῖτο καὶ ἐξεκόπτετο, καὶ ἰσονομία πᾶσα καὶ δικαιοσύνη ὡσπερ ἀπὸ τινος ὑπερορίου φηγῆς ἐδόκει κατιέναι πρὸς τὸν βίον καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐμπολιτεύεσθαι.

31. Ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰς τὸ κρίνειν ἐπιτηδείους, ἀπὸ μὲν μαθημάτων ἔχειν τὸ ἱκανὸν μαρτυρουμένους, ἀπὸ δὲ γνώμης καὶ προαιρέσεως τὸ εὖσεβές τε καὶ ἀδωρόληπτον, ἀξιωμασί τε τῆς ταπεινοτέρας βαθμίδος ὑπεραιρῶν καὶ ἀνυψῶν καὶ ῥογῶν ἐνιαυσίων ἐκθέσεισι καὶ σιτηρεσιῶν ἄλλων καὶ φιλοτιμιῶν παροχαῖς δεξιούμενος κατὰ πᾶσαν σχεδὸν ἀγνίαν καὶ πᾶν εὐαγές ἐνδιαίτημα ἐγκατέστησεν. ἔξαιρέτως δὲ τὸ λεγόμενον τῆς Χαλκῆς λαμπρότατον τὸ πάλαι καὶ ἀξιάγαστον οἶκημα, τῷ χρόνῳ καὶ τῇ τῶν κρατούντων ῥαθυμίᾳ, ἴσως δὲ καὶ ἀπὸ τινων ἐμπρησμῶν, κατὰ μέρη πολλὰ διαρρῶν καὶ τὴν ὄροφὴν πονήσασαν ἐσχηκός, αὐτὸς καὶ πόνῳ καὶ δαπάναις συχναῖς ἀπεκάθηρέ τε καὶ περιεποιήσατο καὶ

12 μὲν] τῶν P

13 τὸ om P

sese dicio protrahebat. sin autem aliquis veluti malitiae ramus in aliquo valide nimis conglobatus a singularibus praefectis ac magistratibus aut convelli aut excindi omnino non poterat, ipsiusmet imperatoris opera meliori fruge componebatur, aut certe variis aliis modis medicinam accipiebat. cum enim optimus hic imperator per omnem late dicionem iniustitiam prorsus extirpare contenderet, ubique sancita edidit inque omnes provincias misit, quibus datio omnis ac praestatio, prae inolita olim prava consuetudine haud aliena a ratione visa, tollebatur ac excidebatur, omnisque aequalitas ac iustitia velut a prolixo quodam exsilio ac fuga in vitae usum reduci interque homines novum videre videbatur.

31. Sed et qui ad iudicia idonei exque disciplinis in eam rem instructi satis animique sententia ac voluntate religiosi integrique noscebantur, collatis honoribus ab humiliori gradu sustollens atque exaltans, annisque stipendiis et frumentatione aliisque muneribus liberaliter donans, per singulos propemodum vicos domosque religiosos constituit. potissimum vero, quam Chalces vocant, conspicuam olim ac admirandam aedem, temporis iniuria eorumque qui rerum potiti erant negligentia (forte etiam incendiorum vi) multis in locis labefactatam, obsoleto tecto ac collabente, ipse et labore et profusis sumptibus expurgavit atque re-

κοινὸν κατέστησε δικαστήριον, Ἀρείου τε πάγου καὶ Ἡλιάδας σεμνό-
 τερον. οὐ μόνον δὲ διὰ τῆς τῶν κριτῶν ἐκλογῆς τε καὶ προβολῆς τοὺς
 P 162 ἀδικεῖσθαι λέγοντας τῶν δικαίων τυγχάνειν προενοήσατο, ἀλλὰ καὶ
 διὰ τῆς παροχῆς τῆς καθ' ἡμέραν τροφῆς τῶν ἐπὶ τῇ παρὰ τῶν ἰσχυ-
 ροτέρων βία ἐκάστοτε πρὸς τὴν βασιλεύουσιν ἀναγκαζομένων εἰσερ- 5
 χεσθαι. δείσας γὰρ μὴ ἀπορία τῶν ἐπιτηδειῶν πολλάκις τινὲς πρὸ
 τοῦ πέρας τὴν κατ' αὐτοὺς ὑπόθεσιν δέξασθαι τῶν τῆδε ἀναχω-
 ρήσωσι, πρόσοδον ἀρκοῦσαν ἀφώρισεν ἀφ' ἧς οἱ ἐγκαλοῦντες
 κατὰ τινων ἀπετρέφοντο, ἕως τὴν ἀπὸ τοῦ δικαστοῦ ὑπόφασιν
 ἔλαβον. οὐ ταῦτα δὲ μόνα πρὸς τὴν παντελῆ τῆς ἀδικίας ἐπενοή- 10
 σατο ἐξολόθρευσιν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν εἰς τὸ τοιοῦτον μέρος ἐπέ-
 δωκε· καὶ ὅταν ἔτυχε τῶν στρατειῶν σχολάζων καὶ τοῦ χρηματί-
 B ζειν ταῖς ἀπανταχόθεν πρεσβείαις, αὐτὸς τῶν βασιλείων ὑποκατ-
 ῶν καὶ εἰς τὸ διὰ τοὺς πανταχόθεν εἰς αὐτὸ συντρέχοντας, ὡς
 ἔοικεν, λεγόμενον Γενικὸν καθεζόμενος τοὺς ὑπὸ τῶν εἰσπραττόν- 15
 των τοὺς δημοσίους φόρους πολλάκις, ὅσα συμβαίνει, διὰ τὸ μέ-
 γεθος τῆς ἀρχῆς ἀδικουμένους καὶ ὡσπερ εἰς κοινὸν προτανεῖον εἰς
 τὸ τοιοῦτον διαιτητήριον καταφεύγοντας καὶ τὰς οἰκείας ἐγκλήσεις
 προβαλλομένους μετὰ πόνου πολλοῦ καὶ συγχῆς ἐπιμελείας ἐξήτα-
 ζεν, καὶ οὕτω τοῖς ἀδικουμένοις ἐπήμυνεν καὶ τοὺς ἀδικούντας 20
 ἐπανε διὰ τῆς νομίμου τιμωρίας τοῦ μηκέτι τολμᾶν τὰ τοιαῦτα
 C ποιεῖν. χρόνοις δὲ ὕστερον λέγεται ποτε κατελθεῖν εἰς τὴν τοιαύ-
 την διατριβὴν πρὸς τὴν τῶν ἀδικουμένων ἐκδίκησιν· ὡς δ' ἔτυχεν

2 προσβολῆς A

8 οἱ om P

14 τοὺς] τὸ τοὺς AP

fecit, forumque iudiciale destinavit, Areopago Heliaeaeque multo aug-
 stius. nec iudicium solummodo delectu ac promotione illis providit qui
 se iniuria laedi quererentur, sed et diurnis alimentis iis constitutis qui a
 potentioribus per vim quotidie in urbem traherentur. veritus enim ne
 necessarii com meatus penuria necdum absoluto negotio haud raro qui-
 dam urbe excederent, sufficientes constituit redditus, unde actores pro-
 curarentur, donec a iudice dicta eis sententia esset. nec ista modo eius
 inventa ad iniuriam penitus profligandam, sed et se ipsum in hanc de-
 didit partem. cum enim a ducendis exercitibus aut dandis responsis un-
 dequaque adventantibus legatis ei vacaret, ipse se aula subducens inque
 Genico posito tribunali (sic dicto loco, uti videtur, quod ex omni loco
 ad publicas rationes eo confluerent) eos qui a publicanis haud raro, ut
 fere contingit ob imperii amplitudinem, iniuria afficerentur ac velut ad
 prytaneum ad eiusmodi iudicii locum confugerent suasque exposulatio-
 nes offerrent, magno labore assiduaque diligentia examinabat, atque in
 eum modum iis qui iniuria afficiebantur vindex sedebat; eos vero qui
 faciebant, poenis a lege praescriptis, ne talia deinceps auderent, deter-
 rebat. subsequens deinde temporibus fama est, cum ad eum iudicii lo-
 cum atque palaestram accessisset illis vindex futurus qui ulla iniuria pul-

οὐδείς ἐγκαλιῶν, ὑποτοπήσας ὑπὸ τινων τῆς πρὸς αὐτὸν εἰσόδου ἀνείργεσθαι, τοὺς περὶ αὐτὸν δορυφόρους ἀπέστειλε ζητοῦντας κατὰ πολλὰ μέρη τῆς πόλεως εἴ τις ἔστι κατὰ τινος ποιούμενος ἐγκλησιν· ὡς δ' ἐπανήλθον οὗτοι μηδένα μηδαμοῦ εὑρηκέναι λέγοντες 5 ἐγκαλοῦντα κατὰ τινος, δακρῦσαι φασὶ τὸν γενναῖον ἐκείνον ὑφ' ἡδονῆς, καὶ οὕτω τὴν εὐχαριστίαν ἀποδοῦναι θεῷ. ὄρων δὲ ὅτι ἔστι τις τοῖς πονηροῖς εἰς τὸ ἀδικεῖν ἀφορμὴ ἀπὸ τοῦ διὰ τὸ σύντομον τοῖς τῶν ἀριθμῶν μορίοις καὶ μέρεσι τοῦ ἡμίσεως καὶ ἕκτου D καὶ δωδεκάτου τυχὸν κεχρησθαι τοῖς παλαιοῖς ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς 10 τῆς τῶν φόρων εἰσπράξεως, ἠθέλησε καὶ τὴν τοιαύτην τῶν ἀδικεῖν βουλομένων περιελεῖν ἀφορμὴν, καὶ διωρίσατο καὶ γράμμασι λιτοῖς, ἃ καὶ τοῖς ἀγροίκοις ἀναγινώσκειν ἔστιν ἐν δυνατῷ, καὶ ὀλογράφοις καὶ φανεραῖς ταῖς ψήφοις τῆς δηλουμένης ποσότητος τοὺς τῶν ἀπαιτήσεων γράφεσθαι κώδικας, οἴκοθεν τὸ εἰς τοῦτο 15 τάξας ἀνάλωμα καὶ τῶν χαρτίων καὶ τῆς γραφῆς καὶ τῶν γραφῶν, πρὸς τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι τοὺς πένητας. καὶ τοῦτο μὲν τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον τῆς περὶ τὸ ὑπήκοον κηδεμονίας αὐτοῦ καθέστηκε γνῶρισμα, καὶ ὅτι ὑπ' οὐδενὸς οὐδένα ἀδικεῖσθαι ἐβούλετο. καὶ P 163 τοιοῦτος μὲν ἦν περὶ τὰ πολιτικὰ καὶ δημόσια.

32. Μὴ βουλόμενος δὲ μηδὲ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ δοκεῖν ἀμελεῖν (πάντως γὰρ ὡς ἐν τῷ κοσμικῷ περιεχόμεναι σκάφει, ὑπὸ τὴν πρόνοιαν τοῦ κρατοῦντος καὶ αὐταὶ τυγχάνουσι, ἐκείνου

15 καὶ τῶν γραφῶν om A

21 τῷ om P

sarentur, nemine expostulante, cum in mentem venisset ne forte ingressu ad ipsum prohiberentur qui damnum aliquod iniuste paterentur, ex stipantium cohorte misisse qui per varia urbis loca inquirerent, num quis adversus aliquem expostularet. ubi redierunt, nullum se invenisse dicentes qui querelarum aliquid adversus aliquem haberet, gaudio ferunt generosi pectoris virum in lacrimas effusum esse, atque in eum modum deo gratias egisse. ad haec considerans inde improbis iniuriae ansam fore, quod veteres conscribendis publicorum vectigalium tabulis brevitate causa numerorum partibus ac apicibus, puta semissis sextantis atque unciae, uterentur, hanc quoque iniuriae occasionem ablaturus, statuit decrevitque ut literis simplicibus, quae vel rusticis lectu faciles essent, integrisque et apertis calculis quantitate notata, exactionum codices scriberentur, expensis de suo in chartas et scripturam ac scriptores constitutis, ne ulla pauperibus iniuria fieret. et hoc quidem tale tantumque illius erga subditos curae diligentiaeque indicium, quodque nemini ullam fieri iniuriam vellet; talisque in administratione civilium rerum et publicarum erat.

32. Cumque nollet videri ecclesiarum dei curam negligere (omnino enim, ut quae in mundi navigio contineantur, ipsae quoque imperatoris

δὲ καὶ μᾶλλον ἄτε Θεοφιλοῦς καὶ πολλὴν περὶ τὰ θεῖα κεκτημένον
 εὐλάβειαν), ἐπεὶ γοῦν καὶ ταύτας οἷον εἶναι ἐν σάλῳ τινὶ καὶ ταρά-
 χῳ τυγγανούσας ἑώρα διὰ τὸ τῆς κοινῆς λύμης ὑπὸ τοῦ προὔρξαν-
 τος καὶ ταύτας μεταλαχεῖν καὶ ἔξωσθῆναι μὲν τῆς οἰκείας κατέ-
 B δρας καὶ ποιμνῆς τὸν ἐννόμως τούτων κατάρχοντα, ἀντεισαχθῆναι 5
 δὲ ἕτερον, οὐδὲ τούτων ἠμέλησεν, ἀλλὰ διὰ κοινῆς συνόδου καὶ
 συνελεύσεως τῶν ἀπανταχόθεν ἀρχιερέων θεοῦ ταῖς ἐκκλησίαις τὸν
 σάλον κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἔστησεν, τὴν τε πρὸ τούτου ἐβδόμην
 ἁγίαν σύνοδον ἐπικυρώσας, καὶ τοὺς περιλιπεῖς τῶν εἰκονομάχων
 αἰρετικῶν τῷ ἀναθέματι δούς, καὶ τὸν γνήσιον νυμφίον τῇ ἐκ- 10
 κλησίᾳ καὶ τοῖς τέκνοις τὸν πατέρα κανονικῶς παρασχών, τὸν δὲ
 ἀντεισαχθέντα σχολάζειν κελεύσας ἕως τοῦτον πρὸς ἑαυτὸν μετα-
 στησεὶ ὁ κύριος. καὶ οὕτω μὲν εὖ καὶ καλῶς τὰ κατὰ τὴν ἐκκλη-
 C σίαν διέθετο, καὶ τὴν ἐνδεχομένην καὶ ταύτῃ γαλήνην τῇ οἰκείᾳ 15
 σπουδῇ καὶ προμηθείᾳ παρέσχετο. 16

33. Εὐσῶν δὲ καὶ τοὺς πολιτικὸς νόμους πολλὴν ἀσά-
 φειαν καὶ σύγχυσιν ἔχοντας διὰ τὴν ἀγαθῶν ὡσπερ καὶ πονηρῶν
 συναναστροφὴν, λέγω δὴ τὴν τῶν ἀνηρημένων καὶ πολιτευομένων
 ἀδιάκριτον καὶ κοινὴν ἀναγραφὴν, καὶ τούτους κατὰ τὸ προσῆκον
 καὶ ἐνδεχόμενον προσφόρως ἐπηνωρθώσατο, τὴν τῶν ἀνηρημένων 20
 ἀχρηστίαν περιελών, καὶ τῶν κυρίων ἀνακαθάρας τὸ πλῆθος, καὶ

11 τὸν τε P 13 τὰ] καὶ τὰ A 18 τῶν om P καὶ πολι-
 τευομένων - ἀνηρημένων om A

providentiae sunt obnoxiae, ac potissimum illius, viri scilicet religiosi
 ergaque divina veneratione cultuque longe propensi), has quoque velut
 in salo iactari tempestate videns atque turbari, eo quod noxam commu-
 nem a decessore contraxerant, sedeque pulsus et a grege amotus fue-
 rat qui eis legitime praeerat, alio in eius locum suffecto, tranquillare
 studuit; communique synodo ac conventu cunctis ex locis dei praesulum
 habito, quoad licuit, ecclesiarum procellam sedavit, tum superiorem se-
 ptimam sanctam synodum confirmans, ac qui adhuc essent, iconomachos
 anathemate feriens, tum vero legitimum ecclesiae sponsum atque liberis
 patrem canonicè reddens, subditiciumque atque intrusum, donec ipsum
 dominus ad se transferret, cessare iubens. sic itaque probe riteque res
 ecclesiasticae illi compositae, hacque ratione studio suo ac cura omnem
 ei possibilem tranquillitatem praebuit.

33. Cum item leges civiles multum obscuras atque confusas rep-
 perisset, ob bonarum scilicet atque malarum, ut sic loquar, permixtio-
 nem, quod nempe tum antiquatae tum quae vigeabant nullo delectu ac
 communi uno corpore conscriptae haberentur, has quoque convenienter,
 ac quoad res ferebat, commode emendavit, antiquatis, quae iam nullius
 usus forent, sublatis, earum vero quae ratae essent multitudine plane ex-

ὡσπερ ἐν συνόψει, ἐν κεφαλαίοις διὰ τὸ εὐμνημόνευτον τὴν προ-
τέραν ἀπειρίαν περιλαβῶν.

34. Ἄλλ' ἐπεὶ τοῖς ἀγαθοῖς αἰὲν παραφύεται φθόνος ὡς D
τοῖς γλυκέσι μάλιστα τῶν ζύλων οἱ σκώληκες, καὶ τῇ κοσμικῇ
5 εὐετηρία καὶ εὐθηνίᾳ βασκαίνοντα τὰ φαῦλα δαιμόνια διὰ πονη-
ρῶν ἀνθρώπων πειρᾶται τὴν τῶν ἀγαθῶν συντιαράξει φορῶν, ἐκ
τούτων καὶ τούτῳ συσκευὴν ἐπιβουλῆς, μετὰ καὶ πρὸς φόνον ὀπλί-
ζεται Συμβάτιος καὶ Γεώργιος μετὰ στίφους ἀποφράδων ἀνθρώ-
πων καὶ δυνσεβῶν. οὐ συγχωροῦντος δὲ πάντως, οὐδ' ἀνεχομέ-
10 νου θεοῦ τὴν κακίαν δι' ἐλαχίστου αἰθῆς ἀναπαλαῖσαι τὴν οἰκείαν
ἦταν καὶ ἀπελάσαι τὴν εὐνομίαν καὶ δικαιοσύνην ἀπὸ τῆς γῆς,
κατάδηλος ἡ τούτων πονηρία καθίσταται ἀφ' ἑνὸς τῶν συνωμο- P 164
τῶν. ἀκολουθησάντων δὲ τῶν ἐλέγχων ἐπῆρτητο μὲν ἀπὸ τῶν
νόμων αὐτοῖς ἡ ἐσχάτη τιμωρία, τουτέστι, μετὰ καὶ δήμευσιν
5 καὶ τῶν ὄντων ἀπάντων ἔκπτωσιν, καὶ ἡ τῆς ζωῆς αὐτῆς ἄλλο-
τρίωσις. ἀλλ' ἡ τοῦ γενναίου βασιλέως φιλανθρωπία μόνη τῶν
ἄφθαλμῶν ἐκκοπῇ τὴν τιμωρίαν ὠρίσματο τέως τῶν προκυταρξάν-
των τῆς πονηρᾶς συμβουλῆς· καὶ πλέον δ' ἂν τὴν εἰσπραξιν ἐμε-
10 τρίασεν, εἰ μὴ τὴν εἰς τούτους ἄκραν φιλανθρωπίαν ἐγίνωσκε καὶ
ἄλλους προτρέψασθαι πρὸς τὴν μίμησιν καὶ τότε εἰς ἀνάγκην
ὑπαχθῆναι αὐτὸν καὶ βαρυντέρας ἀνταποδόσεως. διὰ τοῦτο τῇ B
λεχθείσῃ ποινῇ τούτοις τε μετανοίας παρέσχε καιρὸν καὶ τοὺς λοι-

1 alteram ἐν om A 9 συγχωροῦνται P 20 προτρέψασθαι A

plicata, ac velut compendio, certis capitibus, ob faciliorem memoriam, priore illorum infinitate comprehensa.

34. Quia tamen invidia bonis semper adhaerescit, uti maxime lignis dulcibus adnascuntur vermes, malique daemones annuorum terrae proventuum frugumque ubertati invidentes pravorum hominum opera bonorum feracitatem conturbare conantur, ex horum numero ad imperatoris vitam insidiis ferroque appetendam instructi Symbatius ac Georgius cum hominum nefariorum ac impiorum turba. haud tamen omnino eis licuit, non sinente deo ut depressa devictaque malitia brevi quasi reparatis viribus convivisceret exque orbe aequitatem ac iustitiam pelleret. coniuratorum uno prodente eorum in apertum deducta machinatio est. subsecutis criminis indicibus evictaque causa, legum severitate extremum imminebat supplicium, ut nimirum bonorum omnium proscriptione damnatis etiam vita adimeretur. at generosi principis clementia una duntaxat oculorum effossione, eorum solummodo qui pravi consilii auctores exstiterant, poenam definivit; magisque ultionem moderatus esset, ni perspectum habuisset summa in eos clementia alios quoque ad idem scelus audendum provocatum iri, tumque adigendum se necessario ad atrociores poenas exigendas. idcirco ea, quam dixi, poena tum illis

πὸς τῶν ποιητῶν ἐσωφρόνιζε. βουλόμενος δ' ἐπὶ μᾶλλον ἀναστῆλαι τὰς ὁρμὰς τῶν ἀδίκως ζητούντων ἀλλότριον θάνατον καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἐλπίδα περιελεῖν, ἀνάγει πρὸς τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα τοὺς τῶν παίδων καθ' ἡλικίαν προέχοντας, ἤδη βασιλικῶς ἀναγομένους καὶ παιδευομένους καὶ εἰς πᾶσαν ἐκλάμποντας 5 ἀρχικὴν ἀρετὴν, Κωνσταντῖνον καὶ Λέοντα, οἰονεὶ κραταιότερας ῥίζας καὶ πλείονας βαλλόμενος τῇ ἀρχῇ, καὶ τοὺς εὐγενεῖς τῆς βασιλείας ὄρημας ἐπὶ ταύτης ὑψῶν.

- C 35. Ἄλλ' ἐπεὶ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἐγενόμην τῆς διηγῆσεως, βούλομαι καὶ περὶ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ παίδων ἤδη διαλαβεῖν, 10 ὅπως περὶ ἐκάστου αὐτῶν εὐσεβῶς ἐβουλεύσατο. κατὰ γὰρ τοὺς πάλαι τῶν εὐσεβῶν καὶ μιχαρίων ἀνδρῶν, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ ἐκείνους πολὺπαιδα καὶ καλλιπαιδα καὶ τοῦτον ἔδειξεν ὁ θεός. μετὰ χρόνον τοίνυν τινὰ μεταδίδωσι τοῦ στέφους καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ τρίτῳ υἱῷ· τὸν δὲ τούτων νεώτατον Στέφανον, ὡς τὸν Ἰσαὰκ 15 ὁ Ἀβραάμ, προσάγει θεῷ καὶ τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἐγκαταλέγει καὶ ἀφιερῶ. τὴν θήλειαν δὲ γονὴν Ἰσαάκμον οὖσαν τῇ ἄρρην ἐν
- D ἱερῷ σημειῶ τῆς πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας καθιερωῖ καὶ ὡς δῶρον δεκτὸν καὶ ἀνάθημα θεῷ ἀνατίθησιν, καὶ σχήματι καὶ καταστολῇ κοσμήσας ὁμοίως ταῖς καθαρῶς καὶ ἀμιάντως τῷ ἀπα- 20 νάτῳ νυμφίῳ νυμφενομέναις παρθέναις Χριστοῦ. ταῦτα δὲ εἰ καὶ τοῖς χρόνοις ὕστερον τυχὸν γέγονεν, ἀλλ' οὖν ἐνταῦθα κείσθω

16 καταλέγει A

paenitentiae tempus praebeat, tum malos reliquos coercuit. studens autem maiorem in modum eorum reprimere animos qui iniuste aliorum caedibus inhiant, omnemque illis spem auferre, filios natu maiores Constantinum atque Leonem, regie iam educatos ac eruditos omnique virtute ex imperii ratione excultos, ad imperii dignitatem promovet, velut nimirum validiores pluresque radices in imperio mittens, et super eo nobiles imperii ramos sustollens.

35. Ad hanc porro historiae partem cum venerim, libet hic quoque de reliquis eius liberis instituto sermone, quomodo de singulis pie admodum statuerit, declarare. velut enim olim pietate conspicuos ac beatos viros, imo et supra illos, hunc quoque deus copiosa probaque sobole donavit. post aliquod itaque tempus etiam Alexandrum filiorum tertium Augusti corona impartivit. horum vero novissimum Stephanum, haud secus ac Abrahamus Isaacum, deo offert deique ecclesiae adlegit ac consecrat. filias totidem numero quot erant masculi, in sacro illustrissimae martyris Euphemiae monasterio devovet, ac velut munus acceptum hostiamque deo dicat, illas tum moribus tum habitu omnique apparatu ornans, quo decorari solent quae pure ac incontaminate immortali sponso Christo sponsae virgines copulantur. haec, licet subsequerentis

συνημμένα, ὡσπερ τῇ φύσει, οὕτω δὴ καὶ τῇ διηγήσει τῆς τετρακτύος τῶν ἀδελφῶν.

36. Ἐπεὶ οὖν τὰ οἴκοι καλῶς εἶχεν αὐτῷ καὶ κατὰ σκοπὸν εὐσεβῆ καὶ θεάριστον, ἐκάλει δὲ αὐτὸν ἡ ζέουσα περὶ τῶν ὄλων 5 φροντίς καὶ πρὸς ὑπερορίους στρατείας, ὡς ἂν τοῖς οἰκείοις πόνοις καὶ τῇ αὐτοῦ ἀνδρία καὶ γενναιότητι πλατύνῃ μὲν τὰ ὄρια τῆς ἀρχῆς, πορρωτέρω δὲ συνώσῃ καὶ ἀπελεύσῃ τὸ δυσμενές, οὐδὲ P 165 τούτων ἡμέλησεν, ἀλλὰ πρῶτα μὲν τοὺς στρατιωτικὸς καταλόγους ἐλαττωθέντας ἐκ τοῦ περικοπήναι τὴς διδομένας τούτοις φιλοτιμίας καὶ ῥόγας καὶ τὰ βασιλικὰ σιτηρέσια διὰ νέων συλλογῆς τε καὶ ἐκλογῆς ἀνεπλήρωσεν καὶ διὰ τῆς τῶν δειόντων παρυχῆς τε καὶ ἐπιδόσεως ἔρρωσεν· ἔπειτα γυμνάσας τούτους ταῖς τακτικαῖς μελέταις, καὶ τοῖς ἐνδελεχέσι πόνοις ἐμπείρους τῆς πολεμικῆς ἀγωνίας πεποιηκώς, καὶ εὐταξίας ὅτι μάλιστα λόγον ἔχειν ἐθίσας καὶ πε- 15 φροντικέναι τοῦ εὐπειθοῦς, οὕτω μετ' αὐτῶν ὑπὲρ τῶν φυλετῶν B καὶ συγγενῶν καὶ ὑπηκόων κατὰ βαρβάρων ἐστράτευσεν. ἤδει γὰρ ὡς οὐδὲ τῶν βαναύσων καὶ χυδαίων τούτων τεχνῶν οὐδεμίαν ἔστιν εἰδέναι πρὸ τοῦ μαθεῖν, οὐδ' ἔστιν ὅστις διδασκάλου χωρὶς οὔτε ὑποδηματογράφος, μήτι γε τῶν σπονδαιοτέρων τινὰ τεχνῶν κατ- 20 ωρθωκῶς φαίνεται. τὴν δὲ πολεμικὴν ἐπιστήμην ἢ τέχνην εἰ δίχα μαθήσεως καὶ ἰκανῆς ἐμπειρίας ἐξῆν εἰδέναι τῷ βουλομένῳ, οὐκ εἶχον ἄρα νοῦν ἀλλ' ἐλήρουσιν οἱ πολλὰ περὶ τὸ μέρος τοῦτο πονή-

temporibus acta sunt, hic tamen posita sunt, uti natura, sic et narrandi ipsa serie, fratrum quaternioni coniuncta.

36. Rebus itaque sic illi domi probe religioseque ac deo placito scopo constitutis, cum ipsum ardens rei publicae cura ad externa quoque bella suscipienda impelleret, quo nimirum suis ipse laboribus et fortitudine animique magnitudine imperii fines proferret longiusque hostem propelleret ac abigeret, nec hanc sibi partem negligendam putavit. primum tamen militares cohortes inde imminutas quod consuetae largitiones et stipendia regiaeque annonae illis subtractae essent, novo delectu conscriptoque in eam rem milite replevit, necessariique commeatus subministracione ac elargitione roboravit. exinde militaribus operibus eos exercens, assiduisque laboribus disciplinae castrorum expertos ac prae omnibus servandi ordinis sollicitos reddens, tribunisque suis atque ducibus obsequendi ritu instituens, una cum illis pro tribulibus et affinibus atque subditis adversus barbaros expeditionem suscepit. noverat enim nullam artem, ne mechanicam quidem ac vilem, sciri posse antequam addiscatur; nec quemquam esse qui sine magistro vel ipsam sutoriam (nedum aliquam nobiliorum artium, ac quae magnis sudoribus comparantur) adeptus satis videatur. scientiam vero seu artem militarem, si absque disciplina sufficientique ex rei usu peritia cuivis volenti parare liceret, haud sane mentis integrae fuissent, sed delirassent, qui plura circa hoc in commentariis de rebus bellicis diligenti opera tradiderunt,

C σαντες ἐν τοῖς τάκτικοῖς συγγράμμασι καὶ οἱ μέγιστοι τῶν αὐτοκράτορων καὶ στρατηγῶν, οἱ πολλὰ ἀπὸ πολλῶν τρόπαια συστήσαντες, ὧν οὐδεὶς ἐθάρρησε πώποτε μετ' ἀμαθοῦς καὶ ἀγυμνάστον λαοῦ εἰς πολεμίων παράταξιν ἐμβαλεῖν. ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὔτε τὸν μὴ μαθόντα εἰδέναι οὔτε τὸν μὴ ἀσκήσαντα καὶ γυμνασάμενον ἀγωνίζεσθαι. διὰ τοῦτο καὶ ὁ γενναῖος οὗτος πρότερον γυμνάσας καὶ καταρτίσας τὰ τάγματα τὰ στρατιωτικά, καὶ τὴν νεοσύλλεκτον στρατιὰν ἀναμίξας τῇ παλαιᾷ, καὶ ταῖς ἀρμοζούσαις χορηγίαις καὶ δωρεαῖς λιπάνυς αὐτῶν τὰ νεῦρα καὶ τονώσας τὰς δεξιὰς, D οὕτω μετ' αὐτῶν προσέβαλε τοῖς ἐχθροῖς καὶ τὰ πολλὰ τρόπαια 10 ἔστησεν καὶ τὰς μυχίας νίκας ἀνέλετο. διὰ βραχέων δὲ διηγῆσομαι.

37. Καὶ κατάστασιν πόλειος ἐνευκαιρήσας καὶ σχολάσας πράξεις, ξυρος ὑπολάμποντος τὰ ὄπλα ἀνέλετο καὶ μετὰ τῶν στρατιωτικῶν καταλόγων ξυνεξητάζετο, ἡγούμενος χρῆναι τὸν ὡς 15 ἀληθῶς ἄρχοντα τοῦ οἰκείου προκινδυνεύειν λαοῦ καὶ ὑπὲρ τοῦ πᾶν ἀδεῶς διάγειν τὸ ὑποχείριον πόνους καὶ ταλαιπωρίας ἐκουσίως αὐτὸν ἀναδέχεσθαι. καὶ ἐπεὶ κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους ὁ τῆς P 166 Τεφρικής ἔηγούμενος, ὃν Χρυσόχειρα κατωνόμαζον, ἐπ' ἀνδρία καὶ συνέσει διαφέρειν δοκῶν σφόδρα παρελύπει τὴν Ῥωμαίων χώ- 20 ραν καὶ τοὺς λαοὺς, καὶ πολλοὺς τῶν ἀγροίκων καθ' ἐκάστην αἰχμαλώτους παιούμενος ἐφρόνει σοβαρὰ καὶ ὑπέρογκα, κατ' αὐτοῦ

6 καὶ om P 7 καὶ ante τὴν om P 10 προσέβαλλε A 12 post διηγῆσομαι verba aliquot deesse videntur. 14 λάμποντος P ἔλετο P 20 Ῥωμαίους A. an ὑπὸ Ῥωμαίοις?

maximique imperatores ac duces exercitus, qui multa de multis tropaea erexerunt; quorum nemo unquam cum rudi milite nec bellicis laboribus subacto adversas acies tentavit. atqui fieri non potest ut is doctus sit qui non didicerit, vel ut certamine fortiter defungatur qui se minime exercuerit ac gymnasticae operam dederit. idcirco vir ille generosus exercitatis prius instauratisque militaribus ordinibus, admixtisque tiro-nibus veteranorum numeris, ac convenientibus largitionibus muneribusque eorum impinguatis nervis dextrisque roboratis, sic cum illis adversus hostes congressus multa tropaea erexit et innumeras victorias reportavit. haec vero enarrabo quam paucis licebit.

37. Tranquillo igitur urbis statu, ac per eius opportunitatem navata rebus diligenti opera instructoque exercitu, vere arma capessivit, inter militares ipse ordines agens ac castra sequens; nempe hoc arbitratus, viro principis pro populo suo adeunda pericula, et ut subditi omnes secure ac quiete agant, sponte suscipiendos labores ac aerumnas. cumque ea aetate Tephricae princeps, cui Chrysochiri nomen erat, reliquis virtute praestare visus ac prudentia, Romanam dicionem ac gentem dire vastaret, quotidieque multos rusticorum captivos agens, superbe altumque saperet ac se reliquis praeferret, adversus illum eiusque urbem

καὶ τῆς ὑπ' αὐτὸν πόλεως ἐκστρατεύει ὁ βασιλεύς. τοῦ δὲ σοβαροῦ καὶ θρασέος ἐκείνου πρὸς τὴν γενναιότητα τοῦ ἐπιόντος στρατεύματος καὶ τὴν σύνεσιν καὶ ἀνδρίαν τοῦ αὐτοκράτορος ἐμφανῶς μὴ τολμήσαντος ἀντιστῆναι, ἀλλ' ὑποχωροῦντος καὶ μόνην τὴν οἰκίαν πόλιν φυλάξαι καὶ κρατύνεσθαι διεγνωκότος, ἐπῆει κατὰ πολλὴν τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν ληϊζόμενος καὶ πορθῶν καὶ κατα- **B**
 τέμνων καὶ πυρπολῶν πάσας τὰς ὑπὸ τὸν Χρυσόχειρα χώρας καὶ κωμοπόλεις ὁ βασιλεύς, λείαν ἄπειρον καὶ αἰχμαλωσίαν περιβαλλόμενος. προσβαλὼν δὲ καὶ αὐτῷ τῷ ἄστει Τεφρικής, καὶ δι' **10**
 ἀκροβολισμῶν καὶ προσεδρείας οὐχὶ μακρῶς ἐλεῖν πειραθεὶς, ὡς ἑώρα καὶ τειχῶν καρτερότητι καὶ πλήθει βαρβαρικῶ καὶ ἀφθονίᾳ
 χρειῶν καταχωρωμένον αὐτὸ καὶ ἄδυσάλωτον, ἐπεὶ καὶ τὰ ἐκτὸς ἅπαντα δι' ἐλαχίστου χρόνον τῷ πλήθει τῆς στρατιᾶς καταλείπωτο
 καὶ τὰ ἀναγκαῖα σχεδὸν κατηνάλωτο, ἀπέστη τῆς πρὸς τὴν πο- **15**
 λιορκίαν χρονίον ἐπιμονῆς· τὰ δὲ περὶ αὐτὴν φρούρια τὴν Ἄβαραν καὶ τὴν Σπάθην καὶ ἕτερά τινα ἐκπορθήσας, καὶ ἄρας ἐντεῦ- **C**
 θεν ἄσινῃ τὸν περὶ αὐτὸν πάντα στρατόν, μετὰ συγχῶν, ὡς εἴρηται, λαφύρων καὶ ἀνδραπόδων ἐπανεχώρησεν.

38. Τῶν ἐν τῇ Τεφρική τοίνυν τὸν πολὺν φόνον ἢ ἑτέρα **20**
 τῶν Ἰσμηλιτῶν πόλις Θεασαμένη, ἣν Τάραντα λέγουσι, πρέσβεις πέμψασα εἰρήνης ἡξίου τυχεῖν καὶ ταῖς συμμαχίαις ἐγγράφεσθαι. ὁ δὲ κράτιστος βασιλεύς, ὄσσην πρὸς τοὺς ἀντιταττομένους ἀνδρίαν,

8 καὶ] δὲ καὶ P 12 κατοχυροῦμ. Barberinus. 13 καταλείπωτο P
 15 αὐτῆς A 18 υπανεχώρησεν Barberinus. 22 ἀνδρίαν—
 ὑποταττομένους om A

imperator exercitum ducit. eo autem, quantavis superbia ac audacia fretus erat, non auso palam adorientis exercitus generosos conatus experiri aut prudentiam roburque imperatoris tentare, sed secedente unumque hoc satagente, ut suam sibi servaret urbem atque assereret, ibat imperator nemine prohibente, diripiens vastansque et excindens incendensque pagos omnes et oppida, quae Chrysochiris dicionis erant, immensa onustus praeda ingentemque captivorum multitudinem trahens. sed et ipsam adortus urbem Tephricam, eamque tumultuaria quasi pugna, non diutina obsidione conatus capere, videns et murorum firmitate et barbarorum multitudine annonarumque copia abunde munitam, ac quae aegre expugnari posset, quod praesertim omnis circum ager brevissimo tempore copiarum numerositate desolatus erat, ac pene exercitum necessarius commeatus defecerat, a diutina obsidione abscessit; circum vero positus praesidiis, Abara et Spatha aliisque quibusdam expilatis, illaeso inde cuncto sublato exercitu, cum multis, ut dictum est, spoliis ac captivis reversus est.

38. Ingentes Tephricae factas caedes alia Ismaelitarum urbs cum vidisset (Taracem vocant), missis legatis pacem expostulat et in sociarum urbium albo adscribi rogat. in his optimus imperator, quantum

τοσαύτην πρὸς τοὺς ὑποταττομένους ἐπιείκειαν ἐνδεικνύμενος, ἤτ-
 D τήθη τε τῆς πρεσβείας καὶ τῆς εἰρήνης τοῖς αἰτοῦσι μετέδωκε, καὶ
 σύμμαχος ἀντὶ πολεμίων τὸ ἀπὸ τοῦδε ἐκέκτητο. ἐκ τούτου ἄλλοι
 τε οὐκ ὀλίγοι καὶ Κουρτίκιός τις Ἀρμένιος, ὃς εἶχε τότε τὴν Λό-
 καναν καὶ συνεχῶς τὰς ἐσχατίας τῆς Ῥωμαιοῦς ἀρχῆς ἐλυμαίνετο, 5
 προσέφυγε πρὸς αὐτόν, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῦ καὶ τὰ ὄπλα καὶ τὸν
 λαὸν τῷ αὐτοκράτορι καθυπέταξε, Θανμάσας αὐτοῦ τὸ μετὰ τοῦ
 ἀνδρείου ἐπεικέας καὶ μετὰ τῆς δυνάμεως δίκαιον.

39. Ἔως δὲ πρὸς αὐτόν εἶχον τὸν νοῦν οἱ πολέμοι, καὶ
 περιεσκόπουσαν πρὸς ὃ μέρος ῥέπει, ἵνα πρὸς τὸ ποροῦν καὶ αὐτῶ 10
 P 167 συνασπίσωσι, κοῦρσον κατὰ τῆς λεγομένης Ζαπέτρας ἀπέστειλεν
 ἐπιλέκτων πολεμιστῶν, οἳ σπουδῇ τὰ στενὰ τῆς ὁδοῦ διελθόντες
 αὐτῇ τῇ πόλει προσπίπτουσι, καὶ ταύτην ἐξ ἐφόδου λαμβάνουσι,
 καὶ πολλοὺς ἐν αὐτῇ κατασφάττουσιν, αἰχμαλωσίαν τε πολλὴν καὶ
 λείαν λαμβάνουσι, καὶ δεσμίους χρόνιους ἐξάγουσι τῆς φρουρᾶς. 15
 εἶτα τὰς ἐφεξῆς πυρπολήσαντες χώρας καὶ τὸ Σαμόσατον ἐκπορ-
 θήσαντες, καὶ τῇ αὐτῇ φύμῃ τὸν Εὐφράτην περάσαντες κατὰ
 πολλὴν ἐρημίαν τῶν κωλυσόντων διὰ τὸ παραστρατοπεδεύειν τοὺς
 πολεμίους τῷ βασιλεῖ, καὶ πολλὴν λαβόντες αἰχμαλωσίαν καὶ
 λάφυρα, ὑπέστρεψαν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἔτι πρὸς τῷ Ζαρ- 20
 B γοῦχ ποταμῷ, ἔνθα τὸ Κεραμίσιον ἐστί, διατρίβοντα καὶ ἀργεῖν
 μὲν δοκοῦντα, τὰ δὲ τοιαῦτα πανσόφως διὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα κατα-
 πραττόμενον.

3 ἀντὶ] ἐκ P

9 ἕως] ὡς P

21 Κεραμίσιον P

erga adversarios fortitudinis robur, tantam erga subiectos moremque
 gerentes aequitatem ac clementiam ostendens, vinci se passus est ab
 oratoribus, pacemque rogantibus tribuens exinde pro hostibus illos so-
 cios nactus est. hinc cum alii non pauci, tum Curticius Armenus, Loca-
 nam tunc praesidio tenens Romanaeque ditionis fines assidue molestans,
 ad eum confugit, urbemque suam et arma et populum imperatori subiec-
 cit, illius aequitatem ac clementiam cum pari fortitudine ac iustitiam cum
 virtute admirans.

39. Interim vero intentis in eum hostium animis serioque obser-
 vantibus quam in partem ille impetum verteret, ut laboranti opem ipsi
 ferrent, lectam bellatorum manum adversus Zapetram (sic dictam urbem)
 misit; superatisque velociter viae angustiis ipsam urbem adoriuntur pri-
 moque impetu capiunt, ac in ea multos trucidant, ingentique praeda ac
 spoliis potiti, qui pridem in ea vincti tenebantur, ex carcere liberant.
 tum vicinas terras incendunt, Samosatam diripiunt, eodemque impetu
 superato Euphrate, cum nullus usquam obsisteret (quod nimirum haud
 procul ab imperatore hostium castra locata essent), multis captivis ac
 ingenti praeda ditati ad imperatorem reversi sunt, adhuc prope Zarnu-
 chum fluvium, ubi Caramisium est, morantem, desidis quidem similem,
 sed qui summa industria ac solertia per subditos talia designaret.

40. Ἐντεῦθεν ἄρως ὁ βασιλεὺς μετὰ παντὸς στρατοῦ τὴν ὡς ἐπὶ Μελιτηνὴν ἀπάγουσαν διήει ὁδόν. πρὸς δὲ ταῖς ὄχθαις τοῦ Εὐφράτου γενόμενος, ὡς εἶδεν αὐτὸν ὦρα θέρους πλημμυροῦντα καὶ πελαγίζοντα, τὸ δὲ προσκαθῆσθαι τῇ διαβάσει καὶ 5 ταπεινὸν προσμένειν γενέσθαι τὸν ποταμὸν ἀγεννὲς ἐνόμισε καὶ ἀνάξιον τῆς περὶ αὐτὸν δυνάμεως, γεφύρα τοῦτον ἔγνω διαλαβεῖν, καὶ πάντα πρὸς τὸ ἔργον σπουδῇ ἠντιρεπίζετο. θέλων δὲ τὸν κόπον παραμυθεῖσθαι τῶν οἰκείων στρατιωτῶν καὶ τοὺς πόρους ῥηδίως C ὑποφέρειν πείσαι, ἅμα δὲ καὶ ἑαυτὸν ἐν τοῖς ἐκουσίοις ἀποτρέχειν 10 πόνοις, ἵνα εἰ καὶ ἀκούσιος πολλάκις συμβῆ, μὴ ξενοπαθῆ μηδὲ ἀήθης εὐρίσκοιτο, συνεφέπτετο τοῦ ἔργου τοῖς στρατιώταις καὶ μάλα προθύμως, καὶ τὰ μείζονα βάρη τοῖς οἰκείοις αἴρων ὤμοις πρὸς τὴν γέφυραν διεκόμιζεν. εἶδεν ἄν τις τότε ἰσομέγεθες βάρους οὔπερ ὁ βασιλεὺς ῥηδίως ἐβάσταζε, τρεῖς τῶν στρατιωτῶν ὁμοῦ 15 μόλις διακομίζοντας. οὕτω δὲ τὸν Εὐφράτην περικλιθεὶς τὸ φρούριον εὐθὺς ὃ Ῥαψάκιον λέγεται ἐξεπόρθησεν. ἰδίᾳ δὲ τοὺς Χάλδους καὶ Κολωνιάτας τὴν μεταξὺ χώραν Εὐφράτου καὶ Ἀρσίνου D κελεύσας καταδραμεῖν, λείας πολλῆς καὶ ἀνδραπόδων δι' αὐτῶν ἐκνοίησεν καὶ τὰ φρούρια τὸ τε Κουρτικίου καὶ τὸ Χαχὸν καὶ τὸ 20 Ἄμερ καὶ τὸ Μουρινιῆς καλούμενον καὶ τὸ Ἄβδελα ἐξεπόρθησεν. αὐτὸς δὲ τῇ Μελιτηνῇ προσβαλὼν, ἐνανδρούσῃ τότε καὶ πλῆθος ἐχούσῃ βυρβάρων συχρὸν, οἱ πρὸ τῆς πόλεως μετὰ βυρβαρικῶν

2 Μελιτηνὴν A, et infra Μελιτηνῇ. 20 Ἄβδηλα A

40. Hinc discedens cum universo exercitu, quod ad Melitenem ducit, iter ingreditur. ubi autem ad Euphratis ripas venit, tumescentem aestivo tempore lateque exundantem fluvium videns, degenerisque animi nec illis quas ducebat copiis dignum ratus traiectioni assidere, ac donec detumuisset aquae humiliore alveo exspectare, ponte iungendum constituit; cunctaque ad opus velociter instructa sunt. cupiens vero militum laborem lenire et ad eius molestias facile ferendas inducere, seque ipsum pariter spontaneis fatigationibus divexare, ne si quando, ut plerumque solet, inconsulto aliquid accidisset, novitate casus consterneretur aut malis insuetus inveniretur, sociam militibus operam, et quidem strenue admodum ac alacriter, adiungebat, maioraque onera suis ipse humeris ad pontem apportabat. vidisses tunc eius ponderis onus imperatorem facile ferre, cui vix tres simul milites pares essent. in hunc modum transmissis Euphrate statim praesidium Rhapsacium expugnat. seorsum vero Chaldos et Coloniatas regionem quae inter Euphratem et Arsinum effunditur iubens excurrere, ingenti praeda multisque captivis potitus est; castellaque, quod Curticii vocant et Chachon et Amer et Murinixum et Abdela, cepit ac diripuit. ipse Melitenem irrumpens, urbem eo tempore ingenti civium multitudine fretam affatimque barbarorum copiis munitam, quibus in occursum cum barbarico clamore ac stre-

ἀλαλαγαμῶν καὶ φρυαγμαίων ἀπήντων αὐτῶ, τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἐπεδείξατο, ὡς μὴ μόνον τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀλλὰ καὶ τοὺς πολεμίους
P 168 περιφανῶς ἐκπλαγῆναι τὴν ἀνδρίαν αὐτοῦ καὶ εὐχέριαν. ἐμφρό-
 νως γὰρ ἅμα καὶ νεανικῶς προσμίζας τοῖς πολεμίοις, καὶ κατὰ
 χεῖρα γενναῖος φανείς καὶ τόλμη διαφέρων, καὶ παρὰ δεινὰ ὀρώ-
 5 μενος εὐθαρσής τε καὶ ἀκατάπληκτος, πρῶτος τοὺς ἀντιτεταγμέ-
 νους ἐτρέψατο φόνῳ πολλῶ· εἰθ' οὕτως οἱ σὺν αὐτῶ τοὺς κατ'
 αὐτοὺς ἕκαστοι καὶ μέχρι τοῦ ἄστεος ἀναιροῦντες ἐδίωκον, ὡς πολ-
 λοῖς νεκροῖς τὸ πρὸ τῆς πόλεως πεδίον καταστρωθῆναι καὶ τὸ πρὸ
 τοῦ τείχους ὕδωρ αἵματι κερασθῆναι, πολλοὺς δὲ καὶ ζῶντας 10
 ἀλώωναι, καὶ ἄλλους τῶ δέει ἐκόντας αὐτομολῆσαι, τοὺς δὲ περι-
 λιπεῖς εἰς τὸ ἄστρ συγκλεισθῆναι καὶ τοῦ λοιποῦ ἐξόδον παντάπα-
B σιν εἶργεσθαι. ἔνθα διανοεῖτο μὲν ὁ βασιλεὺς μηχανάς τε πῆγνυ-
 σθαι καὶ ἅπαν ὄργανον πολιορκητικὸν μεταπέμπεσθαι καὶ ἔργα
 τόλμης καὶ γενναϊότητος περὶ τὴν τειχομαχίαν ἐνδείξασθαι· ὡς δὲ 15
 ἑώρα τὴν πόλιν τειχῶν τε περιβολῆ καρτερῶν καὶ πλήθει τῶν ἀπὸ
 τοῦ τείχους ἀμυνομένων δυσάλωτον, ἐπύθετο δὲ παρὰ τῶν αὐτο-
 μόλων καὶ ἐπιτηδείων ἔχειν ἀφθονίαν πολλήν καὶ μὴ δεδιέναι χρο-
 νίαν πολιορκίαν, ἄρας ἐντεῦθεν τῇ Μανιχαίων προσέβαλε γῆ-
 δενδροτομήσας δὲ ταύτην καὶ τὰς οἰκίας πυρὶ δοῦς καὶ πᾶν δια- 20
 φθειρῶν τὸ ἐν ποσί, τὸ Ἀργαοῦθ λεγόμενον αὐτῶν φρούριον καὶ
 τὸ Κοντακίου καὶ Στεφάνου καὶ Ῥαχάτ ἐμπρήσας κατέσκαψεν.

1 ἀλαλαγαῶν A
 παρὰ τὰ

3 τὴν om P
 17 δὲ] μὲν AP

5 παρὰ] περὶ P. malim

pitū effusis ipse suae virtutis egregium specimen dedit, ut non modo eius asseclae sed et hostes illius palam fortitudinem dexteritatemque stupore admirarentur. solerter enim fortiterque hostibus congressus, manūque fortem et audacia praestantem fidentisque animi virum ac interritum terribilibus praeferens, primus adversam aciem magna strage fudit; tumque alii sibi quique adversos obiectosque ad urbis usque portas caedentes persecuti sunt, ut exterius urbis pomerium multis cadaveribus consterneretur valli que muro circumducti aqua cruore misceretur, multi etiam vivi caperentur, alii metu perciti ipsi sponte transfugerent; reliqui denique in urbe includerentur, omnique postmodum exitu penitus arcerentur. in his cogitabat imperator machinas figere, cunctaque expugnandis urbibus aptata instrumenta convehere, audacisque ac strenui animi facinora tentandis muris designare: sed cum videret urbem moenium ambitu munitissimam, eaque tutantium multitudine ac robore captu difficillimam, audissetque a profugis necessario comaeatu abunde instructam, nec diutinam timere obsidionem; inde discedens in regionem Manichaeorum irrupit, excisisque arboribus ac aedibus igni succensis cunctisque obviis devastatis eorum castellum Argauthum Cutaciique et Stephanī et Rachatum concremans penitus evertit. postmodum subiecto

εἶτα τὸν ὑπὸ χεῖρα πάντα λαὸν πλουσίως φιλοφρονησάμενος, καὶ C
 τῶν ἀριστευσάντων ἕκαστον ἀριστείοις τιμήσας, μετὰ πολλῶν λα-
 φύρων καὶ νικητικῶν στεφάνων ὑπέστρεψε πρὸς τὴν βασιλεύουσαν·
 καὶ διὰ τῶν Χρυσῶν πυλῶν εἰσελθὼν ὡς οἱ πάλαι κατὰ τὴν μεγα-
 5 λόδοξον Ῥώμην τῶν αὐτοκρατόρων τοὺς θριάμβους κατὰγοντες,
 καὶ τὰς παρὰ τοῦ δήμου νικητικὰς ἐκβολήσεις καὶ εὐφημίας δεξά-
 μενος, καὶ πρὸς τὸ μέγα τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἀνάκτορον, ὡς τὰς
 εὐχὰς καὶ τὴν προσήκουσαν εὐχαριστίαν ἀποδώσων, εὐθὺς ὡς εἶχεν
 ἐξ ὁδοῦ παραγεγονώς, καὶ ὑπὸ τοῦ τότε πατριαρχοῦντος τῷ τῆς D
 10 νίκης στεφάνῳ ταινιωθεὶς, ἀπεκατέστη εἰς τὰ βασίλεια.

41. Καὶ πάλιν αὐτὸν φροντίδες πολιτικαὶ διεδέχοντο, καὶ
 ταῖς ἀπὸ διαφόρων ἔθνων πρεισβείαις τὰ πρόσφορα ἐξημαρτίε·
 καὶ πρὸς ὀλίγον τοῖς τέκνοις συννευφρανθεὶς καὶ τῇ γυναικί, καὶ
 τοὺς κατὰ τὸ ἄστυ περιελθὼν ἱεροὺς καὶ θεῖους ναοὺς καὶ τὰς
 15 εὐχὰς ἀποδοὺς, συνήθως ἦν αὐθις ἐπὶ τῶν πολιτικῶν διοικήσεων
 καὶ τῶν κρίσεων, τὴν περὶ τὸ ὑπήκοον κηδεμονίαν καὶ ἄγρυπνον
 πρόνοιαν ἐνδεικνύμενος. οὐ διελίμπανε δὲ ὅμως καθ' ἑκάστην P 169
 εἰς τὸν ἱερόν καὶ θεῖον ναὸν εἰσιὼν καὶ ἱκετεύων τὸν κύριον, καὶ
 μεσίτας πρὸς τοῦτο τὸν τε ἀρχιστράτηγον Μιχαὴλ καὶ Ἡλιοῦ τὸν
 20 προσφῆτην πρὸς Θεὸν προβαλλόμενος, τοῦ μὴ πρότερον τοῦ βίου
 ὑπέξειλθεῖν πρὶν ἢ τὸν τοῦ Χρυσόχειρος ὄλεθρον ἐπιθεῖν καὶ τρία
 βέλη τῇ αὐτοῦ καταπῆξαι μιαιρᾶ κεφαλῇ. ὃ καὶ γέγονεν ὕστερον.

omni milite large copioseque muneribus accepto, ac qui singulari virtute fulserant, singulis decenti honorario donatis, multis auctus spoliis ac victoriae sertis in urbem reversus est; ingressusque per Aureas portas, quo fere ritu veteres imperatores in praemagnifica nobilique Roma triumphum agebant, faustis pro victoria populi acclamationibus omnibusque deducentibus, in magnum dei sapientiae templum ad vota congruamque gratiarum actionem deo persolvendam, statim ut erat ex itinere, profectus, atque a patriarcha victoriae corona redimitus, in regiam receptus est.

41. Rursus vero curae eum civiles sollicitabant, diversarumque gentium oratoribus ad se convenientibus dandis responsis incumberebat; paululumque cum liberis ac uxore relaxato animo, ac sacrosanctis per urbem voti precumque causa templis religiose lustratis, ex more rursus civilibus administrationibus iudiciisque addicta opera, diligentiam ille suam vigilemque curam erga subditos ostentabat. nullum tamen faciebat finem quotidie in sacrum divinumque templum ingrediendi deumque supplicibus votis exorandi, intercessoribus ad deum adhibitis tum Michaele caelestis exercitus principe, tum Elia propheta, ne prius vita excederet quam Chrysochiris interitum videret ac tria tela impuro illius capiti infingeret; quod et postea contigit. sequenti enim anno, cum is

τῷ γὰρ ἐπιόντι χρόνῳ εἰς τὰς τῶν Ῥωμαίων ἐμβαλόντος χώρας τοῦ προμνημονευθέντος Χρυσόχειρος καὶ ταύτας ληϊζομένου, ἀποστέλλει κατ' αὐτοῦ συνήθως ὁ βασιλεὺς τὸν τῶν σχολῶν ἐξηγούμενον. ὃς ἐξελθὼν καὶ πάντα τὸν Ῥωμαϊκὸν στρατὸν συμπαράλαβὼν, ἐπεὶ κατὰ πρόσωπον ἐμφανῶς ἀντιστῆναι πρὸς αὐτὸν ἀπε-

- B** δειλία, τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατεύματα συμπαρείπετο τέως αὐτῷ ἀπὸ τινος διαστήματος, καὶ τὰς μερικὰς ἀνεῖργε καταδρομάς, καὶ οὐ συνεχώρει κατὰ τῆς χώρας ἀδεῶς διασκίδνασθαι. ὡς οὖν τὰ μὲν δρωῶν τὰ δὲ ἀπρυκτιῶν ὁ βάρβαρος, ἤδη καὶ τοῦ καιροῦ καλοῦντος αὐτόν, τῆς πρὸς τὰ οἰκεία ἐπανόδου ἐμνήσθη καὶ μετὰ 10 λείας συγχῆς πρὸς τὴν ἰδίαν χώραν ὑπέστρεφεν, ἀφώρισε δύο τῶν στρατηγῶν ὁ τῶν σχολῶν ἐξηγούμενος, τὸν τε τοῦ Χαρσιανοῦ καὶ τῶν Ἀρμενίων, μετὰ τῆς περὶ αὐτοὺς δυνάμεως ἕκαστον, ὥστε συμπαρομαρτεῖν καὶ ἐφέπεσθαι τῷ Χρυσόχειρι ἄχρι τοῦ Βαθυρρύακος, κάκειθεν εἰ μὲν ἐπαφήσει κατὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν ὀρίων 15
- C** στρατόν, δῆλον τοῦτο τῷ δομestikῷ ποιήσασθαι, εἰ δὲ πρὸς τὸν οἰκείον φωλὸν ἀμεταστρεπτὶ βαδίζων εἰσδύνειεν, ἔασαντας τοῦτον αὐθις ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτόν. (42) ἤδη οὖν τοῦ βαρβαρικοῦ στρατεύματος γεγονότος ἐν ἑσπέρας καιρῷ κατὰ τὸν καλούμενον Βαθυρρύακα καὶ ἀυλισμένου κάτω πρὸς τὴν τοῦ ὕρους ὑπώρεικον, 20 τῶν δὲ Ῥωμαϊκῶν στρατηγῶν καταλαβόντων τὰ τούτου μετεωρότερα καὶ τὸ μέλλον ἀποσκοπούντων, ἐμπίπτει τις ἕρις περὶ τῶν πρωτείων καὶ ἀμιλλα τοῖς τῶν δύο θεμάτων στρατιώταις καὶ

4 ὃς ἐξελθὼν om P

12 ἀφηγούμενος A

22 τῶν om A

quem dicebam Chrysochir Romanam dicionem invasisset eamque devastaret, misit ex more imperator in eum scholarum domesticum; assumptoque omni Romano exercitu, licet palam conserta acie cum illo pugnare non auderet, interim tamen Romanis cohortibus ex certo intervallo insequentibus, obstabat ne hinc inde excurrere ac palando per loca dispergi auderet. cum igitur barbarus, partim rebus ex voto cedentibus partim frustrato conatu, iam etiam tempore vocante, ad sua redire statuisset gravique onustus praeda domum rediret, scholis praefectus duobus ducibus, quorum unus Charsianis alter Armeniacis praeerat, praecipit ut cum iis quas ducebant cohortibus Chrysochirem pone sequantur usque ad Bathyrrhyacem; indeque, si quidem adversus Romanorum fines copias immitteret, id domestico significarent: sin recto itinere in suam se latebram reciperet, illo dimisso ad ipsum rursus redirent. (42) iam itaque ad eum qui dictus est Bathyrrhyaci locum, advesperascente die barbarorum devectus exercitus ad pedes montis consedit. Romanorum duces illius superiora occupant, ac quid eventurum sit dispiciunt. interim inter duorum thematum milites, et ordinum turmarumque ductores ac manipularios, contentio quaedam et pugna de virtutis praestantia in-

ταξίαρχοις καὶ λοχαγοῖς, τῶν μὲν τοῦ Χαρσιανοῦ ἑαυτοῖς ἐπι-
 γραφόντων τὸ πρῆσβεῖον τῆς κατ' ἀλκὴν ἀρετῆς, ἔμπαλιν δὲ τῶν
 Ἀρμενιακῶν μὴ μεθιεμένων τῆς ἐν τοῖς πολέμοις ἀνδρίας τὸ πρω- D
 τεῖον ἐκείνους λαβεῖν. ὡς οὖν ἐπὶ πλέον τὰ τῆς φιλονεικίας αὐτοῖς
 5 ἔχώρει καὶ τὰ φρονήματα διηρέθιστο, λεχθῆναι φασὶ παρὰ τῶν
 πρωτευόντων τοῦ τῶν Ἀρμενιακῶν συστήματος ὡς ἵνα τί μάλιστα ἐν
 λόγοις ἕκαστοι θρασυνόμεθα καὶ ἀρχοῦμεν διακενῆς, ἔξοις τοῖς
 ἔργοις τὴν ἀμφισβήτητον ἀρετὴν ἐπιδείξασθαι; τῶν γὰρ πολεμίων
 οὐ μακρὰν ἀπεχόντων, ἔξεστιν ἐπὶ τῶν ἔργων φανῆναι τοὺς ἀρι-
 10 στεῖς καὶ ἐκ τῆς κατὰ χεῖρα γενναιότητος κριθῆναι τοὺς ὑπερέχον-
 τας. τοὺς τοιοῦτους τοίνυν λόγους διακηκοότες οἱ στρατηγοί, καὶ
 τὴν πρὸς ἀνδρίαν ὁρμὴν καὶ προθυμίαν κατανοήσαντες τοῦ λαοῦ, P 170
 συννοήσαντες δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τόπου βοήθειαν, ὅτι ἔξ ὑπερδε-
 ξίων τοῖς ἐν ἐπιπέδῳ κατηγλισμένοις μέλλουσιν ἐπιτίθεσθαι, διχῆ
 15 διαιροῦσι τὴν δύναμιν· καὶ τὸ μὲν ἔκκριτον αὐτῆς ἄχρις ἑκτῆς
 ἑκατοντάδος μετὰ τῶν γε τῶν στρατηγῶν προσβαλεῖν ἐκρίθη τῶν
 τῶν βαρβάρων στρατῶ, τὸ δὲ λοιπὸν τῆς εὐαριθμήτου Ῥωμαϊκῆς
 στρατιᾶς ἐς δόκησιν πλήθους αὐτοῦ που πρὸς τὰ μετέωρα συσκευ-
 ᾶσαντες, καὶ σένθημα δόντες καιροῦ, ἴν' ὅταν οὗτοι προσβά-
 20 λωσι τοῖς ἐχθροῖς, κάκεινοι σὺν ἀλαλαγμῶ μεγίστῳ καὶ σάλπιγγι,
 συνεπηχούντων καὶ τῶν ὁρέων αὐτῶν, ἐκπληκτικὴν βοήθην ἀναρρή- B
 ξωσιν, αὐτοὶ τὰς πανοπλίας ἐνδύονται, καὶ ἀφανῶς διὰ νυκτὸς τῆ

6 τῶν om P
 centibus Getis.

15 ταύτης A
 προσβαλεῖν om A

16 Allatius Γετῶν manu-

cidit. Charsianitae virtutis, quae in fortitudine est, primatum sibi vindicabant: contra Armeniaci nihil se illa virtute iis impares omnino obnitatebantur. augescente itaque rixa, et cum partium irritaretur ferocitas, ab Armeniacorum coetus primoribus in haec verba peroratum ferunt. "quid frustra verbis singuli ferocimus atque iactamus, cum in promptu sit virtutis specimen dare, qua de ambigimus? cum enim hostes haud longe absint, possunt qui viri praestantes existant, facinoribus editis inclarescere, ac qui forti robore praecellat, iudicio primas obtinere." his ergo ductores sermonibus auditis, militumque ad impressionem faciendam fortem animum atque alacrem considerantes, nec non ipsius loci opportunitatem haud leve sibi ad victoriam momentum afferre sentientes, quod e sublimi loco impetum in hostes erant facturi, qui in valle castra habebant, duas in partes copias dividunt. selectiorem manum ad sexcentos cum ipsis ductoribus in hostem irruere decernunt: reliqui numero non multi in sublimi starent, confertae multitudinis speciem praeferrentes, data temporis tessera, ut cum illi hostem adorirentur, illico hi maximo cum plausu et tubis canentibus terribilem rugitum una quoque reboantibus montibus ederent. sic arma induunt, ac occulte per noctem ad ho-

στρατοπεδεῖα τῶν δυσμενῶν πλησιάζουσι. πρὸ τῆς ἕω δέ, οὐπω τοῦ ἡλίου τὸ ὑπὸ γῆν τελείως παραλλάξαντος ἡμισφαίριον, βοῆ στιβαροῦ παιανίσαντες καὶ τὸ “στανρὸς νενίκηκε” συμβοήσαντες ἐπιτίθενται τοῖς ἐχθροῖς, συνεπαλαλαζάντων ἀπὸ τοῦ ὄρους καὶ τῶν λοιπῶν. εὐθὺς οὖν τῷ ἀνελπίστῳ καταπλαγέντες οἱ βάρβαροι, καὶ μήτε συστήναι μήτε τὸ ἐπιὸν πλῆθος ὅσον ἐστὶ λαβόντες καιρὸν κατιδεῖν, μήτ’ ἄλλο τι σωτήριον ἑαυτοῖς ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἰσχύσαντες συνιδεῖν, ὤρμησαν πρὸς φυγὴν, τῆς τοῦ βασιλείως τούτου

C τούς πάντως ἐπιμόνου ἐκδειματούσης εὐχῆς καὶ συνελαννούσης πρὸς ὄλεθρον. τῶν οὖν διωκόντων Ῥωμαίων καὶ τοὺς μὴ συνόντας συνεχῶς ἐπιβωμῆνων στρατηγούς καὶ τὰ τάγματα καὶ τὸν τῶν σχολῶν ἀφηγούμενον, καθάπερ αὐτοῖς συντέτακτο, καὶ τῶν φευγόντων εἰς πλείονα φόβον συνελαννομένων καὶ ταραχὴν, συνέβη μέχρι μιλίων τριάκοντα γενέσθαι τὴν διώξιν καὶ τὸν μεταξὺ χώρον ἀπειροῖς καταστρωθῆναι νεκροῖς. (43) ὅτε καὶ τὸν ἀναιδῆ καὶ

D θρυσὸν ἐκεῖνον Χρυσόχειρα λέγεται, σὺν ὀλίγοις φεύγοντα τῶν περὶ αὐτόν, ἐπικαταδιώκειν Ῥωμαίων τινά, τὸ Πουλιάδην παρωνύμιον φέροντα, ὃν συνέβη ποτὲ κατὰ Τεφρικήν γεγονότα αἰχμάλωτον διὰ τὸ ἀστείσμου μετέχειν καὶ χάριτος συνήθη καὶ γνώριμον

χρηματίσαι Χρυσόχειρι. ὃν ἰδὼν ὁ βάρβαρος τότε μετ’ ἐνθουσιασμοῦ καὶ προθυμίας διώκοντα, ἐπιστραφεὶς “τί σοί” φησι “κακόν, ὃ ἄθλιε, διεπραξάμην, Πουλιάδη, ὅτι με οὕτω καταδιώ-

3 καὶ τὸ — συμβοήσαντες om A

17 Ῥωμαίων A

Sed haec hactenus dicta sufficiant, ne quis nos ineptiarum accuset. (87) convertenda itaque nunc oratio est ad reliqua labore strenui ac studiosi praeclarisque intenti curis imperatoris opera. in ipsa enim regia quem eorum qui unquam celebres habiti sunt, eiuscemodi rerum magnificentia et cultu non superavit, tum nimirum sumptuosis pulchrisque structuris, tum nove affigiatis figuris, admirandisque omnibus exquisita gratia venustatibus, non solum in sacrarum aedium pulchritudine et magnificentia et amoenitate, verum etiam in curiarum domorumque vere regiarum ac praemagnificarum aedificiis; quibus itidem amoenitas cum magnificentia comes sit, et cum amoenitate ingens plane ac miraculo digna certet utilitas? quoniam tamen eiuscemodi decora non omnium oculis sunt proposita, qui talium rerum exquisitiores magistri esse solent, necesse est ut ea studiosorum auribus scripto ingeramus, quo scilicet hinc eorum auctor debitam admirationem consequatur, et qui ingressu ad regiam arcentur, haud penitus illorum ignorantia teneantur. statim enim ad orientalem regiae partem exstructum exstat Eliae Thesbitae templum, non intus solum sed et foris omni cultu et lepore magnificentissime stipatum. supra enim tectum omne auro renidebat, ex tessellulis

κατελάμπετο, ἐκ ψηφίδων εὖ ἡρμοσμένων ἅπαν συνεστηκός, εἰ
καὶ τῷ χρόνῳ νῦν ἡ πολλὴ τῶν ὄμβρων ἐπιφορὰ καὶ οἱ χειμέριοι
νιφετοὶ τε καὶ παγετοὶ τὸ πολὺ τοῦ κάλλους διαφθείραντες ἔλυμή-
B ναντο. συνημμένον δὲ τῷ τοιούτῳ ναῶ καὶ τὸ ἐπ' ὀνόματι τοῦ
πολυπυθοῦς καὶ καρτερικωτάτου τῶν μαρτύρων Κλήμεντος εὐκτή-
ριον ἀνεδείματο, ἐν ᾧ καὶ τὴν θείαν τούτου κἀραν καὶ ἄλλων πολ-
λῶν μαρτύρων ἱερὰ ἐναπέθετο λείψανα, ἀφ' ὧν ἐκεῖνός τε καὶ οἱ
μετ' αὐτὸν ψυχῆς τε καὶ σώματος τὴν ῥῶσιν λαμβάνουσι. γειτο-
νεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ ἐπ' ὀνόματι τοῦ σωτήρος ἡμῶν καὶ θεοῦ κατα-
σκευασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ εὐκτήριος οἶκος, οὗ τὸ πολυτελές καὶ ὑπέρ-
10 τιμον τοῖς οὐκ ἰδοῦσιν ἄπιστος νομισθήσεται· τοσοῦτος ἄργυρος
καὶ χρυσὸς καὶ τιμίων λίθων καὶ μαργάρων πλῆθος ἐν τῇ τούτου
περιβολῇ καταβέβληται. τὸ μὲν γὰρ ἔδαφος ἅπαν ἐξ ἀργύρου
C σφρηγιάτου καὶ στιβαροῦ μετ' ἐγκαύσεως, τὸ τῶν χρυσοχόων
ἀκριβὲς τῆς τέχνης ἐπιδεικνύμενος, κατεσκευάσται, οἱ δὲ ἐξ δεξιῶν 15
καὶ ἐξ εὐωνύμων τοῖχοι ἄργυρον ἀφθονον καὶ αὐτοὶ ἐπικείμενον
ἔχουσι, διηρθισμένον χρυσῷ καὶ τιμίοις πεποικιλμένον λίθοις καὶ
μαργάρων λαμπρότησιν. ἡ δὲ διείροισα τὰ ἀδυτά τοῦ θείου
οἴκου τούτου κινγκλῖς, Ἡράκλεις, ὅσον ὄλβον ἐν ἑαυτῇ περιέλη-
φεν! ἧς οἱ στῦλοι μὲν καὶ τὰ κάτωθεν ἐξ ἀργύρου διόλου τὴν σύ-
20 στασιν ἔχουσιν, ἡ δὲ ταῖς κεφαλῖσι τούτων ἐπικειμένη δοκὸς ἐκ
καθαροῦ χρυσοῦ πᾶσα συνίστηκε, τὸν πλοῦτον πάντα τὸν ἐξ Ἰν-
D δῶν περιεχυμένον πάντοθεν ἔχουσα· ἐν ᾗ κατὰ πολλὰ μέρη καὶ

8 τε om P
καὶ om A

11 τοσοῦτος γὰρ ἄργυρος A
τούτων A

12 λίθων

totum apte compactum, quanquam modo praeruptorum imbrium vi hie-
malibusque nimbis et gelu pristini decoris partem maximam amiserit de-
triveritque. huic templo annexum etiam Clementis longe plurimis vexati
suppliciiis martyrumque tolerantissimi oratorium condidit, in quo divinum
eius caput aliorumque plurium martyrum sacras exuvias reposuit; unde
tum ille tum posterī animi corporisque incolumitatem hauriunt. e prop-
inquo est et quam salvatoris nostri ac dei nomine oratorium domum
extruxit, cuius magnificentia cultusque omnem excedens aestimationem
his qui non viderunt incredibilis videbitur: tanta scilicet argenti aurique
vis lapidumque pretiosorum et unionum copia in eius fabricam impensa
est. pavimentum stratum omne ex argento solido ducto malleo, aurifi-
cum subtili arte, incausto confectum est. dextra laevaue aedis parietes,
ipsi quoque copioso vestiti argento, auri fulgoribus florido gemmisque
pretiosis ac margaritarum splendoribus interstincto ac vario. divinae
huius aedis adyta separantes cancelli (deus bone!) quantas in se conti-
nent divitias! quorum columnae imaeque partes ex argento constant so-
lidae, capitellis autem trabs superposita ex auro solida, universas Indo-
rum divitias quaquaversum circumfusas gestans; cuius multis partibus

ἡ Θεανδρική τοῦ κυρίου μορφὴ μετὰ χυμύσεως ἐκτετύπεται. αὐτὸ δὲ τὸ ἄδυτον ὅσα κάλλη καὶ ἅγια περιείληφε καὶ ἐν ἑαυτῷ Θεσαυροφυλακεῖ, ὁ λόγος παραιτεῖται δηλοῦν, ἔαν δὲ μᾶλλον ὡς ἄδυτον καὶ τοῖς λόγοις ἄβατον βούλεται· ἐν γὰρ τοῖς ἐπέκεινα λό-
 5 γου εὐλογωτέρα ἢ σιωπή. καὶ τὰ μὲν ὡς ἂν εἴποι τις ἔῴα κάλλη τῶν ἀνακτόρων, ἄπερ ἐκ τῆς τοῦ ἀοιδίου βασιλείως Βασιλείου πί-
 στευς ἐξανέτειλεν, ταῦτα ἐστίν.

88. Κατ' ἄλλα δὲ μέρη καθέστηκε τὰ λοιπὰ, ἐν οἷς τό τε τοῦ ἱεροκέρυκος Παύλου σεπτὸν τυχάνει ἐκτῆριον, τὸν αὐτὸν
 10 κεκτημένον δημιουργόν, μετὰ τῆς αὐτῆς πλουτοχορήγου χειρὸς P 204 καὶ αὐτὸ δομησάμενον· καὶ τὸ τούτου γὰρ ἔδαφος ἄργυρον ἔχει τοὺς κύκλους τῶν μαρμάρων ἐμπερικλείοντα, καὶ πολυτελεία καὶ κάλλει τῶν ἄλλων κατ' οὐδὲν ὀρᾶται λειπόμενον. ὡσαύτως καὶ ὁ ἐπ' ὀνόματι τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου κατὰ τὸ
 15 ἄκρον τῶν Μαρκιανοῦ περιδρόμων ὡς ἀκροπύργιον ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθεὶς θεῖος ναός, ᾧ καὶ τὸ τοῦ ἀρχιστρατήγου ἐκτῆ-
 ριον ἦνεται. καὶ ὁ τῆς θεομήτορος αὐθις ὑπέρεκται, ποίαν εὐ-
 πρεπείας καὶ ὠραιότητος ὑπερβολὴν οὐκ ἐπλούτησεν, ἢ τίνος οὐκ B
 ἂν ὀφθαλμὸν ἐστιάσοι καὶ ψυχὴν εὐφράνοι καὶ ὄλον ἡδῶ ποιήσοι
 20 τὸν Θεατῆν;

89. Τὰ δὲ τῶν οἰκῶν κάλλη, ἄπερ ὡς βασιλείων βασιλεία ἐν αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις ὁ βασιλεὺς Βασίλειος ἀνεδείματο, λαμ-

10 πλουτοχόρου A

dei-viri domini effigies arte chymica efficta est. adytum vero ipsum quanta decora sanctaque contineat ac in se ipso velut thesauros recondat, serino refugit dicere, mavultque ut adytum (inaccessum scilicet et orationi impervium) sinere. in his enim quae vim omnem sermonis superant, convenientior silentii religio est. et haec quidem orientalia, ut sic dicam, regiae decora, incliti imperatoris Basilii fidei germina.

88. In aliis partibus alia exstant. inter ea sacri praeconis Pauli venerabile oratorium est, eundem auctorem agnoscens, ipsum quoque illius largissima liberalitate excitatum. illius enim pavimenta strata marmore eorumque orbes argento colliguntur, sumptuumque immensitate et pulchritudine nihil reliquis minus habere conspicitur. similiter etiam, quod beati Petri apostolorum principis nomine in Marciani ambulacrorum extremo quasi summa arx ab eo templum aedificatum, cui et caelestis militiae principis oratorium coniunctum est. quod item illi superius sanctae dei parentis oratorium est, qua decoris elegantiaeque excellentia non affluit? cuiusve oculos non abunde pascat animumque recreet, eumque qui videat totum ad hilaritatem convertat?

89. Aedium vero decora, quae velut regiarum regias in regia Basilii imperator extruxit, praestantiorum sermonum praeconio ad sui

προτέρων ἔδειτο κηρύκων λόγων εἰς δῆλωσιν καὶ χειρὸς ἐντελεστή-
 ρας εἰς τὸ δύνασθαι λόγῳ δηλοῦν ἢ τοῖς ἔργοις ἐστὶν ἀμίμητα.
 ὁ γὰρ καινοπρεπὴς οὗτος οἶκος, οὗ τὸ Καινούργιον ἐστὶν ἐπάνυ-
 μον, ὃν ἐκ βάθρων ἐκεῖνος ἀνήγειρεν, τίνα τῶν θεωμένων οὐκ
 C ἐγείρει πρὸς ἐκπληξιν; ὃν ἐκκαίδεκα κίονες κατὰ στίχον ἐστηκότες 5
 ἀνέχουσιν, οἱ μὲν ὀκτὼ τούτων ἐκ λίθου τυγχάνοντες Θετταλῆς,
 ἢ τὸ πράσιον χρῶμα κεκλήρωται· οἱ ἕξ δὲ τὴν τοῦ ὀνυχίτου προσ-
 ηγορίαν ἀρχοῦσιν, οὓς ὁ λιθοξόος παντοίως ὠραίισεν, ἀμπέλου
 σχῆμα κατ' αὐτοὺς μορφώσας καὶ παντοίων ζῶων ἰδέας ἐν ταύτῃ
 ἀπεργασάμενος. οἱ ἕτεροι δὲ δύο καὶ αὐτοὶ μὲν τὴν αὐτοῦ ὀνυχι- 10
 του φύσιν εἰλήφασιν, οὐχ ὅμοιον δὲ τὸ σχῆμα παρὰ τῶν λιθοξόων
 ἐδέξαντο, ἀλλὰ γραμμαῖς σκολιαῖς τὸ τῆς ἐπιφανείας ὁμαλὸν ἀφη-
 ρέθησαν, οὕτω ποικίλαι ταύτας τοῦ τεχνίτου θελήσαντος, ὡς ἐκ
 D τοῦ πολυμύρφου Θηρώντος τὸ εὐπρεπὲς καὶ ἐράσιμον. ἄνωθεν δὲ
 τῶν κίωνων ἄχρι τῆς ὀροφῆς καὶ τὸ κατὰ ἀνατολὰς ἡμισφαίριον, 15
 ἐκ ψηφίδων ὠραίων ἕπας ὁ οἶκος κατακεκρῦσται, προκαθήμενον
 ἔχων τὸν τοῦ ἔργου δημιουργόν, ὑπὸ τῶν συναγωνιστῶν ὑποστρα-
 τήγων δορυφορούμενον, ὡς δῶρα προσαγόντων αὐτῷ τὰς ὑπ' αὐ-
 τοῦ ἑαλωκυίας πόλεις. καὶ αὖθις ἄνωθεν ἐπὶ τῆς ὀροφῆς ἀνιστό-
 ρηται τὰ τοῦ βασιλέως Ἡράκλεια ἄθλα καὶ οἱ ὑπὲρ τοῦ ὑπηκόου 20
 πόνοι καὶ οἱ τῶν πολεμικῶν ἀγώνων ἰδρωῖτες καὶ τὰ ἐκ Θεοῦ νικη-
 τήρια, ἕφ' ὧν ὡς οὐρανὸς ὑπ' ἀστέρων ὑπέριλαμπρος ἕξανίσχει
 P 205 κοιτῶν ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ φιλοτεχνηθεὶς αὐτοκράτορος, ὠραῖός τε καὶ
 παμποικίλος καὶ κατὰ πάντων σχεδὸν τὰ τοῦ κάλλους φερόμενος

laudem indigent, manuque perfectiori ad ea pro orationis maiestate peni-
 cillo chartis illinenda, quae nemo satis imitando assequi possit. novi
 enim decoris domus cui Caenurgio nomen est, quam a fundamentis ex-
 struxit, quem spectantium stupore non afficiat? illam sedecim columnae
 ordinibus digestae suffulciunt: octo ex Thessalico lapide, qui viridis co-
 loris est, sex vero onychitis nomen obtinent; quas lapicida omni varie-
 tate exornavit, vitis formam circa eas effingens, omnisque generis ani-
 mantium figuras in ea efformans. reliquae duae et ipsae onychitis na-
 turam habent, non tamen similem formam a lapicidis nactae sunt, sed
 distortis striis laevi planoque orbantur, cum eas ita variare artificii pla-
 cuerit, utpote qui ex multiplici varietate decorum captaret et delectabile.
 super columnas ad tectum usque et orientale hemisphaerium ex pulcher-
 rimis tessellulis domus omnis inauratur, praesidentem habens operis au-
 ctorem, stipantibus commilitonibus legatis subiectisque ducibus, qui in-
 star munerum captas ab eo urbes illi offerunt. rursusque desuper in
 abside ac tecto depicta sunt Herculeae imperatoris certamina subditorum-
 que causa exantlati labores ac rerum praeclare bello gestarum sudores
 deoque auctore partae victoriae tropaeaque; sub quibus tanquam caelum
 stellis praelucidum surgit exstatque cubiculum ab eodem imperatore affa-
 bre fabrefactum, venustum et varium cunctaque fere excellenti pulchri-

νικητήρια. εὐθὺς γὰρ κατὰ τὸ τοῦ ἐδάφους μεσαίτατον τὸ Μη-
δικὸν ὄρνεον ὁ ταῖς ἐκ ψηφίδων λαμπρῶν τῇ λιθοξόῳ τέχνῃ δια-
μεμύρφωται, ἐν εὐθυτόρῳ κύκλῳ ἐκ λίθου Καρικῆς συγκλειόμε-
τος, ἅφ' οὗπερ ἀκτῖνες ἀπὸ λίθου τῆς αὐτῆς πρὸς ἄλλον μείζονα
5 κύκλον ἐκπέμπονται. ἔξωθεν δὲ καὶ τούτου καθάπερ τινὲς ὄρακες
ἢ ποταμοὶ ἐκ λίθου Θετταλῆς, ἢ τὸ πρῶσιον χρῶμα κεκλήρωται,
κατὰ τὸ τοῦ οἴκου τετράγωνον σχῆμα ἐφήλωνται, κατὰ τὰς ἐν-
τὸς λαγύνας τέτταρας ἀειτοὺς ἐκ ψηφίδων ποικίλων τε καὶ λεπτῶν B
περισφίγγουσαι, εἰς τοσοῦτον ἀκριβοῦντα τὴν μίμησιν ἅπαντα ὡς
10 ἀκάζειν αὐτὰ ζῆν καὶ ἵπτασθαι βούλεσθαι. οἱ δὲ παρ' ἐκάτερα
τοῖχοι ἑάλου πολυχρόοις πλαξὶ περισκέπονται, διαφόρων ἀνθέων
δοκοῦντες μορφαῖς ὠραῖζεσθαι. ὑπερθεὶν δὲ τούτων κόσμος τις
ἄλλος περιηγηθισμένος διαθέσει χρυσοῦ, ἅφ' οὗ διεύροισθαι τὰ κα-
τώτερα τῶν ἄνω δοκεῖ· ὃν ἐκ χρυσοῦ ψηφίδων διαδέχεται τερ-
15 πνότης ἄλλη, ἐνθρονον δεικνῦσα τὸν τοῦ ἔργου δημιουργὸν αὐτο-
κράτορα καὶ τὴν σύζυγον Εὐδοκίαν, στολαῖς κεκοσμημένους βασι-
λικαῖς καὶ ταινιομένους τοῖς στέμμασιν. οἱ δὲ κοινοὶ παῖδες ὡς
ἀστέρεις λαμπροὶ τοῦ δόμου περίξ ἰστόρηγνται, ταῖς βασιλείοις καὶ C
αὐτοὶ στολαῖς καὶ τοῖς στέμμασι καταγαλιζόμενοι. ὧν οἱ μὲν ὄρ-
20 ρειες τόμοις ἐπιφερόμενοι δέικννται τὰς θείας ἐντολάς, αἷς στοι-
χεῖν ἐπαιδεύοντο, περιέχοντας, τὸ δὲ θῆλυ γένος καὶ αὐτὸ βίβλους
τινὰς κατέχον ὄραται, νόμων θείων ἐχούσας περιοχὴν, βουλομέ-
νον δεῖξαι τοῦ τεχνίτου τυχὸν ὡς οὐ μόνον ἢ ἄροσιν γονὴ ἀλλὰ καὶ
ἢ θήλειαι τὰ ἱερὰ μεμύηται γράμματα καὶ τῆς θείας σοφίας οὐκ

tudine superans. statim enim in pavimenti meditullio pavo, avis Me-
dica, ex praelucidis tessellulis lapicidae artificio effectus est, rotundissi-
mo circulo ex Cario lapide inclusus, ex quo radii eiusdem lapidis in
alium maiorem circulum immeant (extraque eum etiam veluti quidam rivi
sive fluvii ex Thessalico viridis coloris lapide ad quattuor aedis angulos
funduntur), interiore sinu quattuor aquilas vario subtilique tessellato
opere constringentes, tanta expressione sicque accurata rei imitatione
ut illas vivere ac iam iamque volatum moliri conicias. parietes utrin-
que crustis vitreis varii coloris conteguntur, sic nimirum ut diversis in-
terstincti floribus iisque vernare videantur. super eos ornatus alius
praefloridus auri compositione, quo inferiora a superioribus interstingui
videntur. sequitur alia venustas ex aureis tessellulis, imperatorem operis
auctorem in throno sedentem uxoremque Eudociam, regiiis vestimentis
amictos ac coronis redimitos, ostendens. communes utriusque liberi,
ceu stellae pellucidae circa domum depicti, Augustalibus et ipsi vestibus
amicti coronisque ornati. masculi libros ferunt divina continentes prae-
cepta, quibus obsequi erudiebantur. feminae ipsae quoque libros quos-
dam tenere conspiciuntur, in quibus divinarum legum argumenta descri-
pta sunt. voluit forte artifex indicare non solum masculos sed et fe-
minas sacris literis eruditas esse ac sapientiae divinae participes. licet

ἔστιν ἀμέτοχος, καὶ κὰν ὁ φυτοσπόρος τούτων οὐκ ἔσχηεν ἐξ ἀρχῆς οἰκείως πρὸς γράμματα διὰ τὴν βιωτικὴν περιπέτειαν, ἀλλ' οὖν τοὺς οἰκείους ἅπαντας βλαστοὺς ἐν μετοχῇ σοφίας πεποίηκε· τοῦτο
D δέ, καὶ τῆς ἱστορίας δίχα, διὰ τῆς γραφικῆς ἐβουλήθη τοῖς ὄρωσι σημαίνεσθαι. καὶ ταῦτα μὲν τὰ κάλλη τῷ τετραμερεῖ τῶν τοίχων 5 ἄχρι τῆς ὄροφῆς περιέχεται· αὐτὴ δὲ ἡ τοῦ τοιοῦτου κοιτῶνος ὄροφῆ οὐκ ἀνεστηκῦα πρὸς ὕψος ἐπαίρεται, ἀλλὰ τῷ τετραγώνῳ σχήματι τοῖς τοίχοις ἐγκάθεται, χρυσίῳ διόλου κατηγλαῖσμένη καὶ στίλβουσα, κατὰ τὸ μεσαίτατον φέρουσα τὸν νικοποῖον σταυρὸν, ὑάλῳ πρῶσίῳ διαμορφούμενον, περὶ ὃν ὡς ἄστρα κατ' οὐρανὸν 10 θεάσθαι ἐκλάμποντα αὐτὸν τε τὸν αἰοιδίμον βασιλέα καὶ μετὰ τῶν τέκνων πάντων τὴν σύνευνον, πρὸς τε θεὸν καὶ τὸ τοῦ σταυροῦ
P 206 ζωοποῖον σημεῖον τῆς χεῖρας ἐπαίροντας, καὶ τοῦτο μόνον οὐχὶ βοῶντας, ὅτι διὰ τοῦδε τοῦ νικοποιοῦ συμβόλου πᾶν ἀγαθὸν καὶ φίλον θεῷ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἡμετέρας βασιλείας διαπέπρακται 15 καὶ κατώρθωται. περιέχεται δὲ καὶ εὐχαριστία ἐγγράμματος παρὰ τε τῶν φυσάντων ὑπὲρ τῶν τέκνων λεγομένη πρὸς τὸν θεὸν καὶ παρὰ τῶν τέκνων αὐθις ὑπὲρ τῶν γεννητόρων. καὶ ἡ μὲν παρὰ τῶν γονέων οὕτωςί πως ἐπὶ λέξεως ἔχουσα δείκνυται “εὐχαριστοῦ-
B μέν σοι, θεὲ ὑπεραγαθὲ καὶ βασιλεῦ τῶν βασιλευόντων, ὅτι περι- 20 ἔστησας ἡμῖν τέκνα εὐχαριστοῦντα τῇ μεγαλοπρεπείᾳ τῶν θαυμα-
 σίων σου. ἀλλὰ φύλαξον αὐτοὺς ἐν τῷ θελήματί σου, μὴ τις αὐτῶν παραδράμῃ τι τῶν σῶν ἐντολῶν, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ εὐχαρι-

6 αὕτη δὲ τοῦ P

enim ipse generis auctor caputque familiae haud prorsus initio erga literas propense animatus esset ob vitae aliam aliamque sortem casusque difficiles, omnem tamen sobolem sapientia imbui curavit. atque hoc, etiam tacente historia, per picturam voluit cernentibus conspicuum esse. atque haec decora in quattuor parietum lateribus ad tectum usque exhibentur. tectum autem huius cubiculi non in sublime sese porrigit, sed forma tetragona parietibus insidet, auro totum condecoratum eiusque fulgore micans. in medio crucis victorialis signum, vitro viridi efformatum. circa crucem velut stellas in caelo effulgentes videbis, ipsum percelebrem imperatorem ac cum liberis omnibus ipsam coniugem, manus ad deum sustollentes ac crucis vivificum signum, et tantum non clamantes “per hoc victorialis signum, quicquid bonum deoque acceptum, imperii nostri temporibus gestum est ac peractum.” continetur vero etiam gratiarum actio literis exarata, ex parentum persona pro liberis, exque liberorum rursus persona ad deum dicta pro parentibus. parentum gratiarum actio sic se ad verbum habere dignoscitur. “gratias tibi agimus, deus omnem excedens bonitatem, et rex regum, quod nos liberis stipasti agentibus gratias magnificentiae mirabilium tuorum. verum conserva eos in voluntate tua, ne quis eorum quicquam transgrediatur mandatorum tuo-

στῶμεν τῇ σῇ ἀγαθότητι.” ἡ δὲ τῶν παίδων αὔθις ταῦτα διαγο-
 ρεύουσα δέκνυται “εὐχαριστοῦμέν σοι, λόγε τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐκ
 πτωχείας Δαυϊτικῆς ἀνέψωσας τὸν πατέρα ἡμῶν, καὶ ἔχρισας αὐ-
 τὸν τῷ χρίσματι τοῦ ἁγίου σου πνεύματος. ἀλλὰ φύλαξον αὐτὸν
 5 τῇ χειρὶ σου σὺν τῇ τεκούσῃ ἡμῶς, ἀξιῶν αὐτοὺς καὶ ἡμῶς καὶ
 τῆς ἐπουρανίου σου βασιλείας.” καὶ τὰ μὲν τοῦ εἰρημένου κοι-
 τῶνος ἔργα καὶ κάλλη ἐν τούτοις περιγεγράφω.

90. Τῆς αὐτῆς δὲ χειρὸς καὶ γνώμης ἔργον καὶ ὁ κατὰ
 τοὺς Μαρκιανοῦ περιδρόμους μέγιστος τρικλινος, καὶ Πεντακού- C
 0 βουκλον λεγόμενον, ὃ καὶ αὐτὸ παντοίου κάλλους καὶ ὠραιότητος
 τὰ πρωτεῖα ἠνέγκατο· καθ’ ὃ καὶ τὸ προμνημονευθὲν περικαλλές
 εὐκτήριον τοῦ αἰθεροδρόμου Παύλου, ᾧ καὶ τὸ τῆς μύρτυρος
 Βαρβάρως συνήνωται τὸ ὑπὸ τοῦ σοφωτάτου Λέοντος δομηθέν,
 τὴν ἴδρυσιν κέκτηται. ἀλλὰ καὶ τὰ ἕτερα βασιλικὰ καταγώγια,
 5 ἃ τοῦ χρυσοῦ τῶν τρικλινῶν ἀνατολικωτέραν καὶ μᾶλλον ὑπερκει-
 μένην ἔχει τὴν ἴδρυσιν, δυτικώτερα τῆς νέας τυγχάνοντα τῶν ἐκ-
 κλησιῶν, ὧν ἡ ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος πρὸς ὕψος ἐπέκτασις καὶ τὴν
 2 Αἰτοῦ προσηγορίαν ἐδέξατο, ἐν ᾧ καὶ τὸ τῆς Θεοτόκου ὠραῖον καὶ D
 πάντερον τῆς προσευχῆς ἐστὶν ἱερόν, τοῦ αὐτοῦ βασιλέως ἔργα
 0 τυγχάνουσιν, ἐκ τοῦ πολυτελοῦς καὶ ἀφθόνου τῶν τιμωμένων
 ἑλῶν καὶ τοῦ καινοπρεποῦς τῶν σχημάτων καὶ τῆς μεγαλοεργοῦ
 διαθέσεως τὸ μεγαλόψυχον καὶ φιλόκαλον τοῦ ἀνδρὸς ἀπεμφαι-

4 τῶ om P
 18 οἷς A

5 τῇ om P
 22 ἐπεμφαίνοντα A

8 καὶ γνώμης] ἡ γνώμης A

rum ut et hoc nomine gratias agamus bonitati tuae.” filiorum rursus
 haec vicissim enuntiat. “gratias agimus tibi, verbum dei, quod ex pau-
 pertate Davidica parentem nostrum extraxisti eumque unxisti unctione
 spiritus tui sancti. verum serva eum manu tua, et eam quae nos sustu-
 lit, illis pariter ac nobis praestans, ut et caeleste regnum tuum assequa-
 mur.” ac quidem dicti cubiculi fabricae ac venustates istae sunt.

90. Eiusdem manus ac consilii opus maximum illud triclinium in
 Marciani porticibus, quod et Pentacubiculum dicitur; quod et ipsum
 omnis generis pulchritudine atque decore primas tulit. est ibi et cuius
 paulo ante meminimus, Pauli aethera pervolantis pulchrum elegansque
 oratorium; cui et martyris Barbarae cohaeret, quod a sapientissimo
 Leone illic conditum est. sed et reliqua regia conclavia, quae paulo
 plus ad orientem posita sunt quam aureum triclinium, superiorique basi
 locata, magis vero ad occidentem vergunt quam nova ecclesia; quo-
 rum longe alte expansus Aer aquilae appellationem suscepit (in quo et
 deiparae pulcherrimum lepidissimumque oratorium sacellum), eiusdem
 imperatoris opera sunt, eiusmodi scilicet ut pretiosarum materiarum sum-
 ptu et copia figurarumque novitate ac magnifici operis dispositione viri

νοντα. καὶ τὰ δυτικώτερα δὲ τούτων πυραμοειδῆ κατοικητήρια, καθὼς καὶ ἕτερον τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ λόγου μητρὸς τυγχάνει εὐκτήριον, ἐκεῖνον χορηγὸν καὶ δημιουργὸν ἐπιγράφεται, τῷ περιττῷ τῆς κατασκευῆς καὶ καινοπρεπεῖ καθ' ἑτέρων πολλῶν τὸ πρωτεῖον φερόμενα. ὧν ἔστι κάτωθεν, κατ' αὐτὴν τὴν τῆς Μονοθύρου λεγομένης εἴσοδον, τὸ τερπνότατον Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου εὐκτήριον, ὃ καὶ αὐτὸ μετὰ τοῦ ἐκεῖθεν ἀρχομένου αἰθερίου καὶ ἡλιοβολουμένου μαρμαροστρώτου περιπάτου, τοῦ καὶ ἄχρι τοῦ Φάρου δῆκοντος, ὃ αὐτὸς ἐτεκνήνατο βασιλεύς, μετὰ καὶ τῶν πρὸς ἀνατολὰς τούτου ἐδραϊοτάτων οἰκημάτων, ὧν τὸ μὲν θησαυροφυλακεῖον ἔστι, τὸ δὲ χρηματίζει εἰς βεστιάριον· ἃ μετὰ τοῦ τέροντος καὶ τὸ ἀσφαλὲς περιττῶς ἐκληρώσαντο. καὶ τὸ κάλλιστον δὲ καὶ μέγιστον καὶ φανότατον τῶν βασιλείων λουτρόν, ὃ τῆς φιάλης λεγομένης ὑπέρεκειται, ἣτις ἀπὸ τῆς ἐκεῖσε πρότερον ἰσταμένης τοῦ τῶν βενέτων μέρους λιθίνης φιάλης τὸ ὄνομα σώζει περιλειπούμενον, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἐμμελῶς δομησάμενος, ἔργον κάλλους ὁμοῦ καὶ τροφῆς καὶ σωματικῆς εὐετηρίας καὶ ἀναπαύσεως. ἡ δὲ τοῦ ἑτέρου μέρους φιάλη, τῶν πρασίνων φημί, κατὰ τὴν πρὸς ἀνατολὰς τῶν βασιλείων αὐτὴν τὴν στίαν ἐκέκτητο· ἣτις ἐν τῷ κτίζεσθαι τὸν ἐκεῖσε θεῖον ναὸν τῆς μεταθέσεως ἔτυχε, καὶ ἡλλοιώθη τῶν μερῶν ἢ περὶ ταύτας διατριβή, καὶ ἀπεπαύθη τὰ τελούμενα κατ' αὐτάς.

2 καὶ ante λόγου om P

magnificentiam elegantiaeque cultum ostendant. quae item magis ad occidentem vergunt habitacula pyramidalis figura, cuiusmodi etiam est alterum dei verbi matris oratorium, illo sumptus suppeditante atque auctore exstructa sunt, quae plane structurae magnificentia novaeque artis elegantia inter alia multa primas obtineant. infra quae, in ipso quod vocant Monothuri ingressu, iucundissimum Ioannis theologi oratorium, quod una cum suda solique exposita et marmoribus strata ibi area, quae ad Pharam usque protenditur, idem exstruxit imperator, una etiam cum firmissimis ad eius orientale latus positis aedibus, quarum altera thesaurophylacium est, altera vestiarium, amboque una cum iucunditate abunde securitatem promittunt. pulcherrimum quoque atque maximum lucidissimumque regiae balneum, phialae (quam vocant) superiacens (nempe quae a factionis Venetae illic quondam stationem habentis lapidea phiala nomen adhuc retineat), ille ipse concinne aedificavit; opus nimirum pulchritudine praestans et iucunditate, corporisque valetudini conferens eiusque refectio. alterius vero factionis phiala (nempe Prasinae) ad regiae atrium ad orientem spectans sita erat. dum vero divinum illic templum exstrueretur, alio translata est, factionumque circa eas loco abilito cessarunt qui ad ipsas ludi fiebant.

91. Ἐκτὸς δὲ τῶν εἰρημένων τοῦ αὐτοῦ γενναίου βασιλέως ἔργον καὶ ὁ τὰ Μάγγανα λεγόμενος οἶκος βασιλικός, καὶ ὁ νέος C οἶκος καλούμενος, οὓς ἀπὸ τοιαύτης προαιρέσεως κατεσκεύασεν. μὴ βουλόμενος γὰρ τὰ δημόσια χρήματα, ἄπερ οἱ ἐκ τοῦ ὑπηκόου 5 φόροι γεννῶντες ἀξάνουσιν, εἰς οἰκείας καταναλίσκεν χρείας καὶ τῶν ἀνὰ πᾶν ἔτος ὑπ' αὐτοῦ κεκλημένων καὶ τοὺς ἑτέρων πόρους τὴν τούτων τράπεζαν ἠδύνειν ἢ συγκροτεῖν, τοὺς τοιούτους οἴκους ἐπενοήσατο, καὶ προσόδους ἐκ γεωργίας ἀπέταξεν ἐν αὐτοῖς ἰκανάς, ἀφ' ὧν ἡ βασιλικὴ πανδαισία αὐτοῦ τε καὶ τῶν μετ' αὐτὸν 10 ἄφθορον καὶ δικαίαν τὴν χορηγίαν ἔμελλεν ἔχειν αἰεὶ. καὶ τὰ ἐν ταῖς κλωυμέναις δὲ Πηγαῖς βασιλικὰ μεταβολῆς ἕνεκα καταγώγια D καὶ ἐνδιαιτήματα ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἐκ βύθρων ἀνέστησεν, ἃ καὶ ναῶν καλλωναῖς κατεκόσμησεν, ἐν οἷς ὁ τε τοῦ ἁγίου προφήτου Ἡλιοῦ τυγχάνει οἶκος σεπτὸς καὶ ὁ Ἐλισσαίου τοῦ ἐκείνου διαδόχου 15 καὶ ροιητοῦ, ἔτι δὲ καὶ ὁ τοῦ πρώτως ἡμῶν εὐσεβῶς βασιλεύσαντος Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, καὶ ὁ τῶν νεοφανῶν μαρτύρων τῶν δύο καὶ τεσσαράκοντα, καὶ πρὸς τούτοις ἕτεροι δύο οἶκοι ἐκκλήριοι εἰς ὄνομα καὶ δόξαν εὐσεβῶς δομηθέντες τῆς Θεομήτορος. καὶ ἐν τοῖς τῆς Ἱερείας δὲ παλατίοις τοῦ αὐτοῦ προφήτου 20 Ἡλιοῦ ἱερὸν ἐκκλήριον ἐδομήσατο, οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἐν κάλλει P 208 καὶ ὠραιοῦτητι κρινόμενον δεύτερον.

92. Ἐν δὲ ταῖς τοιαύταις κατὰ μεταφοίτησιν καὶ μεταβο-

5 καὶ τῶν — κεκλημένων om A
τήματα A

6 ἑτέρους A

12 δια-

91. Praeter iam dicta, eiusdem generosi imperatoris opus est regia domus Mangana nuncupata, et Nova, quas eo consilio exstruxit. nolens enim publicas opes, quas subditorum tributa conflarent atque auferent, in suos ipse usus, aliorumve, quos per annum invitaret, insumere, aliorumque labores horum mensis delicias praestare aut illas instruere, eiuscemodi domos excogitavit, sufficientesque illis reditus ex agrorum cultura assignavit, unde regius in cibos alimentaque omnis generis sumptus sibi-que et successoribus in perpetuum affluens iustaque aequitate sufficeretur. in Pegis quoque, quas vocant, regia mutationis causa diversoria ac habitacula idem imperator a fundamentis erexit sacrarumque aedium structuris exornavit. inter eas est sancti prophetae Eliae venerabilis aedes, eiusque successoris et discipuli Elisaei; nec non eius qui primus apud nos imperium pie administravit, Constantini Magni, novorumque martyrum quadraginta duorum. praeterea aliae duae aedes oratoriae, in nomen et gloriam sanctae dei parentis religiose exstructae. in Hieriae quoque palatiis eiusdem prophetae Eliae oratorium construxit, quod nulli alii pulchritudine et elegantia secundum existimatur.

92. In illis mutatoriis regis aedibus ac habitaculis erat cisterna

λὴν βασιλείοις διατριβαῖς καὶ δεξαμενὴν τρυγάνουσαν ὕδατος, μεγάλην τε καὶ ἐδρῦχωρον, ἔργον καὶ πόνημα τοῦ καλλόναντος βασιλέως κατ' ἀρχὰς τὸ προύστειον, ὑπὸ δὲ τοῦ βασιλέως Ἡρακλείου συγγωσθεῖσαν καὶ γεωθεῖσαν καὶ καταφύτευσιν δεξαμενὴν δένδρων τε καὶ λαχάνων, καθάπερ καὶ αἱ τῶν βασιλικῶν παλατίων οὔσαι ἐντός, ἧ τε πρὸ τῆς Μαγναύρας καὶ ἧ μεταξὺ τοῦ τε Ἰουστινιανοῦ

- B** τρικλίνου καὶ τοῦ τῆς Ἐκθέσεως, αἵτινες καὶ αὐταὶ ὕδωρ ἀφθονον ἔχουσαι καὶ ἰχθύας πρὸς τέρψιν καὶ ἄγραν τῶν βασιλέων ἐκτρέφουσαι, ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως ἠπειρωθεῖσαι εἰς παραδείσων κατασκευὴν ἐξημέρισαν διὰ τὸ Στέφανον τὸν μαθηματικὸν τὴν γένεσιν τοῦ εἰρημένου βασιλέως πολυπραγμονήσαντα εἰπεῖν ἕξ ὕδατος αὐτὸν τελευτᾶν. διὰ τὴν τοιαύτην οὖν αἰτίαν καὶ τῆς ἐν Ἱερραία κιστιέρης εἰς παράδεισον μεταμειψθείσης, ἰδὼν τὸ χωρίον ὁ αἰοίδιμος βασιλεὺς Βασίλειος πρὸς μὲν παραδείσων καταφυτεύσεις τόπους κεκτημένον ἀποχωρῶντας καὶ ἰκανούς, ὑποσπανίζον δὲ ὕδατος ποτίμου καὶ καθαροῦ, αὐθις ἐκφορήσας τὸν χοῦν πολυχερσῆρα
- C** τε καὶ σπουδῇ τὸν ὁρώμενον πρὸ ὀλίγου λειμῶνα κομῶντα φυτοῖς εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα μετήγαγε, καὶ ἀντὶ παραδείσου δοχεῖον ἀπειργάσατο ὕδατος ἀφθόνου τε καὶ διαρκοῦς.

Καὶ ταῦτα μὲν ὅσα κατὰ τὰς βασιλείους περιοχὰς φιλοπόνως ἄμα καὶ εὐσεβῶς ὁ αἰοίδιμος βασιλεὺς ἐτεκτήνατο. (93) ἔξελεύετο δὲ τῶν βασιλείων ἤδη λοιπὸν ὁ λόγος, καὶ χωρεῖτω πρὸς τὰ ἐξῆς τῶν κατὰ τὴν βασιλεύουσαν ταύτην πόλιν καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ἐν οἰκοδομαῖς τε καὶ ἀνοικοδομαῖς θεῶν οἰκῶν ἔργα τοῦ αὐτοκράτο-

ad concipiendas aquas ingens ac patens, eius qui initio suburbanum exornaverat imperatoris opus laborque: sed ab imperatore Heraclio terra ingesta obstructa fuerat atque obducta, arboribusque ac oleribus consita, haud secus ac quae intra palatium erant, tum scilicet quae ante Magnauram, tum quae media inter Iustiniani triclinium et Ectheseos; quas ipsas, cum aquas copiosas haberent piscesque alerent imperatorum deliciis, et ut illi piscatu sese oblectarent, idem imperator terra obrutas hortos et vivaria fecerat, ea scilicet ratione, quod Stephanus mathematicus eius genituram rimando vitae exitum ex aqua illi imminere dixerat. ob eandem causam etiam cisternae, quae in Hiera in pomarium versa fuerat, ambitum inclitus Basilius imperator considerans, vidensque non deesse loca pomariis plantandis abunde idonea ac quantum par esset sufficientia, aquae vero dulcis atque limpidae penuria laborare, multorum rursus hominum opera ac diligentia, quod paulo ante pratum plantis vernans et arboribus conspiciebatur, in pristinum statum reduxit, ac pro pomario aquae copiosae satisque affluentis conceptaculum fecit.

Et haec quidem intra regia septa magnifice simul ac pie inclitus imperator extruxit. (93) iam vero extra regiam excurrat oratio, et ad reliqua deinceps, tum in urbe Byzantio tum circa eam extruendis reficiendisque divinis aedibus, imperatoris opera procedat. urbanam enim

ρος. ὄρων γὰρ τὸν ἀστικὸν καὶ βάνανσον ὄχλον τὸν κατὰ τὴν ἀγορὰν, ἣ Φόρος προσαγορεύεται, διατρίβοντα καὶ προστετηκότα D ταῖς χρεῖαις τοῦ βίου ἐν τῷ μὴ ἔχειν πλησίον οἶκον εὐκτῆριον τῆς ψυχικῆς ἐπιμελείας λήθην λαμβάνοντα, ναὸν περικαλλῆ καὶ σε- 5 βάσιμιον τῇ Θεομήτορι κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐδείματο, ὡς ἂν καὶ ὄμβρων καὶ χειμῶνων εἴη τοῖς ὄχλοις ἀλέξημα καὶ ψυχικῆς σωτηρίας ἐντροφῆμα καὶ βοήθημα. καὶ τὸν ἕτερον δὲ τῆς παννυμῆτου Θεοτόκου, τὸν ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις θεῖον ναὸν τῆς πανσέπτου καὶ ἁγίας σοροῦ, ταπεινὸν ἰδὼν καὶ ἀφώτιστον, καὶ φωτοδόχας ἐκα- 10 τέρωθεν ἀναστήσας ἀψίδας καὶ τὸ τέγος μετεωρίσας ἔνθει εὐπρεπείας κατηύγασεν καὶ μαρμαρυγαῖς φωτὸς κατηγλάϊσε. τὸν δὲ τοῦ πρώτου τῶν ἀγγέλων ἐν τοῖς Τζήρου λεγομένοις θεῖον ναὸν P 209 καὶ τὴν περὶ αὐτὸν φιλόανθρωπον εἰς τοὺς πένητας ὑπουργίαν καὶ χορηγίαν ἐκτείνων ἐστὶν ὁ περιποιησάμενος, καὶ τὸν τε ναὸν φαι- 15 δρῆνας καὶ εἰς τὸ νῦν ὀρώμενον κάλλος περιστήσας καὶ ἀγαγὼν, καὶ τὴν διακονίαν εἰς τὸ ἀνευθεῖς τῇ τῶν προσόδων ἐπανῆξει κα- ταστήσας, καὶ ἐπιδουλοῦσάμενος τὸν εἰς τοὺς πένητας ἔλεον. καὶ τὸν ἐν Πουλχεριαναῖς δὲ τοῦ ἱερομάρτυρος Λαυρεντίου μέγιστον ναὸν συμπτωθέντα ἀνέστησε, πολλῆς ἐμπλήσας τερπνότητος. 20 καὶ ἄλλους δὲ ἱεροὺς οἴκους ἀμφὶ τοὺς ἑκατὸν περὶ τὴν πόλιν ἀνέ- B στησε, πτωχοτροφεῖά τε καὶ ξενῶνας ἐκαινούργησε, καὶ τῶν παλαιωθέντων πλεῖστα ἀνενέωσε, νοσοκομεῖά τε καὶ γηροκομεῖα καὶ μοναστήρια.

9 φωτοδόχους?

infimaeque notae plebeculam in Foro versantem, vitaeque necessariis haerentem, eo quod nullum prope oratorium esset, salutis animi oblivisci perpendens, perpulchrum ac venerabile dei matri templum ad imbres arcendos hiemisque ac reliquas temporis pellendas iniurias, salutis animae delicias ac opem, in eo extruxit. aliud quoque gloriosissimae dei genitricis in Chalcopratis venerandi sacrique loculi divinum templum humile ac luce destitutum animadvertens, exstructis hinc inde ad eam inferendam absidibus, tectoque altiori evecto fastigio, tum celsitate decorem conciliavit, tum lucis fulgoribus collustravit. angelorum item principis divinum templum in Tzeri (quas vocant) humanissimumque circa illud ministerium et in pauperes subministrationem, ille ipse sibi curae esse voluit, tum scilicet templum splendidius instaurans, ac qua nunc pulchritudine visitur coaptans ac provehens; tum auctis proventibus, ne egenorum ministerio facultas deesset, prospiciens, ac in pauperes large suppeditans. sacri quoque martyris ac archidiaconi Laurentii aedem maximam collapsam restituit, multa venustate implens et gratia. alias item sacras domos circiter centum circa urbem construxit, pauperibusque alendis ac hospitibus accipiendis partim novas excitavit partim veteres plurimas instauravit; quibus scilicet aegri senesque curarentur atque monachi exercerentur.

94. Οὐ κατὰ τὴν πόλιν δὲ μόνον τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων Θεοφιλῶς τε ἅμα καὶ φιλοτίμως εἰργάζετο, ἀλλὰ καὶ ταύτης ἐκτὸς τὴν ὁμοίαν ἐπεδείκνυτο ἐπιμέλειαν. μεθ' ἧς καὶ τὸν τοῦ ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου ἐν τῷ καλουμένῳ Ἐβδόμῳ ναὸν τῷ χρόνῳ πονήσαντα καὶ καταβληθέντα ἀνίστησι, καλ-5
 C τὸν πλησιόχωρον αὐτοῦ τοῦ προδρόμου οἶκον, πρὸ πάντων πολλῶν καταπτωθέντα χρόνων καὶ ἐρείπιον ἀντὶ ναοῦ χρηματίζοντα, περι-
 καθαίρει μὲν τῆς ἕλης καὶ τῶν χωμάτων, ταχίστη δὲ οἰκοδομῇ καὶ ἐπιμελείᾳ τῶν περιφανῶν καὶ μεγάλων ἴσον καθίστησι. τὸ 10
 δὲ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων τέμενος ἐν τῷ Ῥηγίῳ, διὰ τὴν ἀπειλουμένην πτώσιν ἄβατον τυγχάνον, αὐτὸς καθελὼν καὶ ἐκ βά-
 θρων καινουργήσας ἐδείματο εἰς μνήμην αὐτοῦ διηνεκῆ τε καὶ ἀνεπίληστον. ἐν δὲ ταῖς τοῦ Βαθύρσου ποταμοῦ ὑπερκειμέναις
 D Ἰουστινιανοῦ γεφύραις Καλλινίκου τοῦ μάρτυρος ἠδαφισμένον 15
 ναὸν τοῦ προτέρου κρείττονα ἤγειρεν. ἐν δὲ τῷ καλουμένῳ τούτῳ
 Στενῷ, τὸν ἀγχένα τοῦ Εὐξείνου φημί, τὸν τοῦ ἁγίου Φωκᾶ πάν-
 σεπτον οἶκον θεμελιώσας τε καὶ Θεοφιλῶς δομησάμενος, καὶ σύστη-
 μά τι μοναχῶν εὐλαβῶν συναθροίσας, κτίσμασί τε καὶ κτήμασι
 τὸν τόπον καταπλουτίσας, μονὴν θεοσύλλεκτον καὶ ἰατρεῖον ψυχῶν 20
 ἀπειργάσατο. ἐπὶ τούτοις ἕκαστι τὸν τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ
 ἱερὸν οἶκον ἐν τῷ Σωσθενίῳ, ἐκ μακρῶν διαρροῦντα χρόνων καὶ

5 ναῶ A

9 συνδρομῇ A

14 Βαθύρσου A

94. Neque in urbe tantum religiose simul et magnifice eiusce generis opera praestabat, sed et extra eam parem diligentiam exhibebat. ideoque apostoli et evangelistae Ioannis theologi templum in Hebdomo tempore quassatum collapsumque erigit, tum ornamentis decorans, tum fulcris adhibitis tutum a ruina in posterum praestans. ad haec etiam illi vicinam praecursoris aedem, ante annos plures dirutam et tantum parietinis conspicuam, egesta humo rudibusque emundans, celerato quam maxime opere promptaque diligentia illustribus magnaue molis eius generis aedibus parem fecit. principi vero apostolorum sacrum delubrum in Rhegio, idcirco quia proximam ruinam minabatur impervium, ipse diruens novo opere (sui perenne monumentum nullaque oblivione delendum) a fundamentis erexit. in Bathyrsi fluvii iniecto a Iustiniano ponte, Callinici martyris templum funditus dirutum priore splendidius exstruxit. in Steno item quod vocant, Euxini scilicet cervice, S. Phocae aedem perquam venerabilem pie religioseque abs se constructam, collectoque religiosissimorum monachorum coetu ac loco structuris praediisque abunde locupletato, monasterium deo auctore collectum animorumque officinam medicam fecit. ad haec omnia caelestis militiae principis Michaelis in Sosthenio sacram aedem, longa vetustate collabentem multis-

πλείστοις ὀκλάσαντα ῥήγμασι καὶ ἤδη πρὸς γόνυ κλιθέντα σχεδὸν καὶ τὸ πολὺ τῆς περὶ αὐτὸν εὐπρεπείας ἀποβαλόντα, τῶν πτωμά- P 210
των τε διανίστησι καὶ πρὸς τὴν προτέραν ἀκμὴν ἀνακαλεσάμενος ὠραιότητος ἀπύσῃς ἔδειξεν ἔμπλεων. καὶ περὶ μὲν τοὺς ἱερούς
5 οἴκους καὶ τὴν τούτων ἐπιμέλειαν καὶ διόρθωσιν, ἀφ' ὧν μάλιστα ἢ περὶ τὸ θεῖον ὁσιότης χαρακτηρίζεται, τοιοῦτος ὁ ἐν βασιλεῦσιν
αἰοίδιμος Βασίλειος ἦν.

95. Εἰδὼς δὲ ὅτι ἐπ' οὐδενὶ τοσοῦτον ὅσον ἐπὶ σωτηρίᾳ
ψυχῶν ὁ θεὸς ἐπεφραίνεται, καὶ ὅτι ὁ ἐξάγων ἄξιον ἐξ ἀναξίου
10 ὡς στόμα χρηματίζει Χριστοῦ, οὐδὲ περὶ τὸ ἀποστολικὸν τοῦτο
ἔργον ἀμελῆς ἐφάνη καὶ ῥάθυμος, ἀλλὰ πρῶτον μὲν τὸ τῶν Ἰου-
δαίων ἔθνος ἀπερίτμητόν τε καὶ σκληροκάρδιον, τὸ ὅσον ἐπ' αὐ- B
τῷ, εἰς τὴν ὑποταγὴν σαγηνεύει Χριστοῦ. κελεύσας γὰρ αὐτοὺς
τῆς οἰκείας θρησκείας τὰς ἀποδείξεις κομίζοντας εἰς διαλέξεις χω-
15 ρεῖν καὶ ἢ δεικνύναι τὰ κατ' αὐτοὺς ἰσχυρὰ τε καὶ ἀναντίρρητα,
ἢ πειθομένους ὅτι κεφάλαιον τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν ὁ Χρι-
στὸς ἦν καὶ ὅτι σκιᾶς τύπον εἶχεν ὁ νόμος, ἢ τῇ ἐπιλάμψει τοῦ
ἡλιακοῦ φωτὸς διασκεδάζεται, προσέρχεσθαι τῇ τοῦ κυρίου διδα-
σκαλίᾳ καὶ βαπτίζεσθαι, προσθεῖς δὲ καὶ ἀξιομάτων τῆς προσερ-
20 χομένους διανομᾶς καὶ τοῦ βάρους τῶν προτέρων ἀπαλλάξας φόρων
καὶ ἐπιτίμων ἐξ ἀτίμων ποιεῖν κατεπαγγελιάμενος, πολλοὺς τοῦ
ἐπικειμένου καλύμματος τῆς πωρώσεως ἠλευθέρωσε καὶ πρὸς πί- C

1 ἡδη om P

4 μὲν] δὲ P

8 ἐπ' om P

9 ὁ om P

10 ὡς] εἰς P

12 ὑπ' AP

18 φωτὸς om A

διδασκῆ A

22 ἐπικαλύματος P

que hiatibus fatiscentem ac in genua pene proruentem, decoris flore magna parte deperdito, e ruinis ereptam pristinoque vigori restitutam omni venustate gratiaque implevit. sic itaque erga sacras aedes earumque curam et reparationem (quibus potissimum pietas in deum atque sanctitas designatur) inter imperatores inclitae memoriae sese Basilius habuit.

95. Videns autem nulla re sic deum delectari ut animorum salute, eumque qui dignum ab indigno educat Christi os nuncupari (Ier. 15 19), neque apostolicum opus hoc sibi negligendum segniusve habendum putavit. sed ante omnia Indaeorum gentem incircumcisam et duro corde ac cervice, quod in ipso fuit, in Christi obsequium verbi sagena irretiit. iubens enim suae religionis argumentis allatis disputationis aleam experiri, ac vel sua firma ostendere et quibus contradici non possit, aut persuasos Christum legis caput esse ac prophetarum, et legem umbrae typum praetulisse, quae solis radiis ingruentibus dissipatur, ad domini doctrinam accedere ac baptismum suscipere, propositis etiam praemiis ac honoribus his qui se Christo adiunxerint, priorumque vectigalium onere levaturum pollicitus atque ex obscura facie nobiles ac honoratos facturum, multos ablato, quod impositum habent, caecitatis velamine ad Chri-

στιν ἔλκυσε τοῦ Χριστοῦ, εἰ καὶ πάλιν οἱ πλείους μετὰ τὴν ἐκ τοῦ βίου τοῦ βασιλέως ἐπιναχώρησιν πρὸς τὸν οἰκεῖον ὡς κύνες ὑπέστρεψαν ἐμειόν. ἀλλὰ κὰν ἐκεῖνοι, μᾶλλον δέ τινες ἐκείνων, ὡς Αἰθίοπες ἔμειναν ἀμετάβλητοι, ἀλλ' ὁ γε φιλόθεος βασιλεὺς ἐντελεῖς τοῦ ἔργου τοὺς μισθοὺς ἕνεκα τῆς σπουδῆς παρὰ Θεοῦ 5 ἀπολήψεσθαι ἔμελλεν.

96. Ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τὸ Βουλγάρων γένος εὑρίσκειται διαγεγονώς. τὸ γὰρ τοιοῦτον ἔθνος, εἰ καὶ πρὸ τούτου τὴν πρὸς
 D εὐσέβειαν μεταβολὴν εἰσδέξασθαι ἔδοξε καὶ πρὸς τὸν χριστιανισμὸν μετελθεῖν, ἀλλ' ὅμως ἀπαγές ἦν ἔτι πρὸς τὸ καλὸν καὶ ἀνίδροτον, 10 ὡς ὑπὸ ἀνέμου φύλλα ῥαδίως σαλευόμενον καὶ μετακινούμενον. ἀλλὰ ταῖς τοῦ βασιλέως συχναῖς παραινέσεσι καὶ ταῖς λαμπραῖς δεξιώσεσιν, ἔτι δὲ καὶ ταῖς μεγαλοψύχοις φιλοτιμίαις τε καὶ δωρεαῖς, ἀρχιεπίσκοπόν τε πείθεσθαι καταδέξασθαι καὶ ἐπισκόποις καταπνικνωθῆναι τὴν χώραν ἀνέχεται· καὶ διὰ τε τούτων διὰ τε 15 τῶν ἐξ ὀρέων τε καὶ τῶν σπηλαίων τῆς γῆς μετακληθέντων καὶ ἐκεῖσε παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποσταλέντων, τῶν εὐσεβῶν μοναστῶν, τὰ τε πατρῶα ἦθη καταλιμπάνει καὶ ὀλόκληρον τῷ Χριστῷ σαγηνέεται.

P 211 97. Ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν Ῥῶς ἔθνος δυσμαχώτατόν τε καὶ 20 ἀφειώτατον ὃν χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου καὶ σηρικῶν περιβλημάτων ἱκαναῖς ἐπιδόσεσιν εἰς συμβάσεις ἐφελκυσάμενος, καὶ σπονδὰς πρὸς αὐτοὺς σπεισάμενος εἰρηνικός, ἐν μετοχῇ γενέσθαι καὶ τοῦ σωτη-

1 ἐκ om P
20 Ῥῶς A

6 λήψεσθαι P

10 τὸ om P

16 τε om P

sti fidem attraxit, quanquam plerique rursum, post imperatorem e vivis exemptum, ad vomitum suum ut canes reversi sunt. tametsi vero illi (seu potius illorum pars aliqua), velut Aethiopes, errorem haud mutarunt, religiosissimus tamen imperator integram a deo operis mercedem, eius molitionis causa percepturus erat.

96. Similiter vero se etiam erga Bulgaros gessit. ea enim gens etsi antea ad pietatem transiisse visa fuerat et Christianorum ritus recepisse, adhuc tamen in bono instabilis ac quasi volatilia erat, velut folium quod facile levi aura quatitur atque movetur. crebris tamen imperatoris hortamentis splendidisque acceptionibus ac cultu, nec non magnificis largitionibus ac muneribus, archiepiscopum recipere suadetur, nec plures in provincia creari episcopos iisque constipari abnuit. horum opera, eorumque quos ex montibus et cavernis terrae religiosissimos monachos imperator acciverat inque eam messem destinarat, avitis moribus valere iussis in Christi sagenam, quicquid Bulgaricae gentis est, concessit.

97. Praeterea genti Russorum nescienti mansuescere ullive cedere atque a dei sensu ac pietate remotissimae, auri argentique ac sericarum vestium affluentia largitione in foedus pertractae, initisque cum ea indutiis

ριώδους βαπτίσματος ἔπεισε καὶ ἀρχιεπίσκοπον παρὰ τοῦ πατριάρχου Ἰγνατίου τὴν χειροτονίαν δεξιόμενον δέξασθαι παρεσκεύασεν, ὅς κατὰ τὴν τοῦ εἰρημένου ἔθνους χώραν παραγεγονῶς ἀπὸ τοιαύτης πράξεως ἐπαράδεκτος τῷ ἔθνει γεγένηται. τοῦ γὰρ ἄρχοντος τοῦ τοιοῦτου γένους σύλλογον τοῦ ὑπηκόου ποιησαμένου καὶ μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν γερότων προκαθεσθέντος, οἱ τῶν ἄλλων μᾶλλον τῇ δεισιδαιμονίᾳ διὰ τὴν μακρὰν συνήθειαν προστετηκότες B ἐτύγγανον, καὶ σκοπουμένων περὶ τε τῆς οἰκείας καὶ τῶν Χριστιανῶν πίστεως, εἰσκαλεῖται ὁ ἄρτι πρὸς αὐτοὺς φοιτήσας ἀρχιερεὺς, 10 καὶ τίνα τὰ παρ' αὐτοῦ καταγγελλόμενα καὶ αὐτοὺς διδύσκεσθαι μέλλοντα ἐπυθάνετο. τοῦ δὲ τὴν ἱεράν τοῦ θείου εὐαγγελίου βίβλον προτείναντος, καὶ τίνα τῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ θεοῦ θαυμάτων αὐτοῖς ἀπαγγέλλαντος, καὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ τερατουργηθέντων κατὰ τὴν παλαιὰν τὴν ἱστορίαν αὐτοῖς ἀναπτύξαντος, 15 "εἰ μή τι τῶν ὁμοίων" ἔφισαν εὐθέως οἱ Ῥῶς "καὶ ἡμεῖς θεασόμεθα, καὶ μάλιστα οἷον τὸ ἐν τῇ καμίνῳ τῶν τριῶν λέγεις παίδων, οὐκ ἄν σοι ὄλως πιστεύσωμεν, οὐδὲ τὰς ἀκοὰς ἡμῶν ἔτι τοῖς ὑπὸ C σοῦ λεγομένοις ὑπόσχωμεν." ὁ δὲ πεποιθὼς ἐπὶ τῷ ἀψευδεῖ τοῦ εἰπόντος ὅτι ὃ ἐὰν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου λήψετε καὶ ὅτι 20 ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, κάκεινος ποιήσει, καὶ μεῖζονα τούτων ποιήσει, ὅταν οὐ πρὸς ἐπίδειξιν ἀλλὰ πρὸς σωτηρίαν ψυχῶν μέλλει γίνεσθαι τὰ γινόμενα, ἔφη πρὸς αὐτούς "εἰ

2 τὴν om P
ἐφθασαν A

13 ἀπαγγέλλαντος A
16 τὸ om P

τοῦ om P

15 εὐθέως

ac pace firmata, divini quoque baptismatis participes fieri persuasit, ac archiepiscopum ab Ignatio patriarcha ordinatum ut susciperent effecit. is ad dictae gentis provinciam cum venisset, ex tali eventu illustri facinore illius sibi animos faciles reddidit. gentis enim princeps, subditae plebis coacto coetu, cum senatoribus suis ac proceribus praesidebat; qui et falsae religioni ob longam consuetudinem proclivius reliquis adhaerebant. deque sua ac Christianorum fide delibérantibus, in conventum vocatur qui ad eos recens episcopus venerat; ac quaenam ipse profiteretur eosque docturus esset, ex illo sciscitabantur. eo sacrum divini evangelii librum protendente, ac quaedam salvatoris nostri miracula deque in veteri testamento prodigia exponente, statim Russi subdiderunt "nisi nos etiam eiusmodi aliquid viderimus, ac potissimum quale in trium puerorum camino accidisse dicis, nullam prorsus tibi fidem habebimus, nec tuis verbis animum auresque nostras ultra accommodabimus." praesul vero de illius promissionis veritate fretus, qui ait (Ioan. 14 14 et 12) "si quid petieritis in nomine meo, accipietis" et "qui credit in me, opera quae ego facio, et ille faciet, et maiora his faciet," tum nimirum cum non ostentationis causa sed ad salutem animarum haec quae fiunt, sunt futura, ait ad eos (Deut. 6 16)

καὶ μὴ ἔξεστιν ἐκπειράζειν κύριον τὸν θεόν, ἀλλ' ὅμως εἰ ἐκ ψυχῆς διεγνώκατε προσελθεῖν τῷ θεῷ, αἰτήσασθε ὅπερ καὶ βούλεσθε, καὶ ποιήσει τοῦτο πάντως διὰ τὴν πίστιν ὑμῶν ὁ θεός, κὰν ἡμεῖς ἐσμεν εὐτελεῖς καὶ ἐλάχιστοι.” οἱ δὲ ἤτήσαντο αὐτὸ τὸ τῆς πί-

D στεως τῶν Χριστιανῶν βιβλίον, ἦτοι τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν εὐαγγέλιον, ἐν τῇ ὑπ' αὐτῶν ἀναφθεῖση ἐμβληθῆναι πυρκαϊᾶ· καὶ εἰ ἀβλαβὲς τῆρηθεῖη καὶ ἀκάνστων, προσελθεῖν τῷ παρ' αὐτοῦ κηρυσσομένῳ θεῷ. ῥηθέντων δὲ τούτων, καὶ τοῦ ἱερέως πρὸς τὸν θεὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς χεῖρας ἐπάραντος, καὶ εἰπόντος ὅτι δόξασόν σου τὸ ἅγιον ὄνομα, Ἰησοῦ Χριστέ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ **10** νῦν ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ ἔθνους τούτου πάντος, ἐρρίφη εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς ἢ τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου βίβλος. ὧρῶν δὲ διεληλυθυῖων ἱκανῶν, εἴτα τῆς καμίνου κατασβεσθείσης, εὐρέθη τὸ **P 212** ἱερὸν πνεκτίον διαμεῖναν ἀπαθὲς καὶ ἀλώβητον καὶ μηδεμίαν ὑπὸ τοῦ πυρὸς δεξιόμενον λύμην ἢ μελώσιν, ὡς μηδὲ τῶν ἐν τοῖς κλει- **15** δώμασι τῆς βίβλου κροσσῶν τὴν οἰανοῦν ὑπομεινάντων φθορὰν ἢ ἀλλοίωσιν. ὅπερ ἰδόντες οἱ βάρβαροι, καὶ τῷ μεγέθει καταπλεγέντες τοῦ θαύματος, ἀνενδοιάστως βαπτίξασθαι ἤρξαντο.

98. Οὕτως οὖν τῶν τοιούτων ἔργων ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας τοῦ συνετοῦ βασιλέως Βασιλείου καταπραπτομένων, καὶ **20** δεξιῶς κατὰ νοῦν τῶν πραγμάτων χωροῦντων αὐτῷ, καὶ τοῦ καθ' ἡμέραν θάλλοντος βλου, καὶ εὐθυμίας χορευούσης περὶ τὴν πόλιν

3 ἡμῶν **A**
om **P**

8 τὸν om **A**

20 βασιλέως om **A**

21 τῶν

“etsi non licet dominum deum tentare, si tamen ex animo statuistis ad deum accedere, quod libuerit, hoc et petite; omninoque deus praestabit propter fidem vestram, etsi nos despicabiles et minimi sumus.” petiere ipsum fidei Christianae librum (divinum scilicet sacrumque evangelium) in rogum iniici ab eis accensum, ac siquidem librum nihil flamma laeserit aut exusserit, ad deum accessuros, qui ab illo praedicaretur. quibus sic dictis, ac sacerdote oculos ac manus ad deum levante, atque dicente (Ioan. 12 28) “clarifica nomen sanctum tuum, Iesu Christe deus noster, etiamnum in oculis gentis huius universae,” sancti evangelii liber in rogum ignis coniectus est. nec paucis decursis horis, ac rogo exinde extincto, inventum est sacrum volumen illaesum nec edacis flammae vi ulla violatum, nulla eius ab igne noxa aut diminutione, ut ne fimbriae quidem librum claudentes ullam aut corruptionem aut labem senserint. quo viso barbari, ac miraculi magnitudine in stuporem acti, omni sublata haesitatione baptismo intingi coeperunt.

98. Cum sic igitur prudentissimi imperatoris Basilii temporibus talia gererentur, exque animo cuncta prospere cederent, ac quotidie res publica uberius floreret, inque civitate ac regia iucunditas vigeret, omni-

καὶ τὰ βασίλεια, καὶ γαλήνης ἠπλωμένης ἀνὰ πᾶσαν σχεδὸν νῆσον B
καὶ ἤπειρον, ἐξαίφνης λαίλαψ καὶ ζάλη καὶ καταιγίς συμφορῶν
τοῖς ἀνακτόροις ἐκώμισε, κοπετὸς καὶ θοῆνος καὶ Ἰλιάς λυπηρῶν
καὶ τραγωδία θλιβερῶν ἐχόρευσε περὶ τὰ βασίλεια. ὁ γὰρ φίλτα-
5 τος καὶ πρωτότοκος υἱὸς τῷ βασιλεῖ Κωνσταντῖνος ἐν αὐτῷ τῷ
ἄνθει τῆς ἡλικίας, ἐν τῇ ἀκμῇ τῆς νεότητος, ἐν τῷ πρὸς ζῆλον
ἄρχεσθαι τρέχειν τῆς πατρικῆς γενναιότητος, ὅξεια νόσω περιπε-
σὼν καὶ ἐπὶ ὀλίγαις ἡμέραις τῷ πυρετῷ κωσσοθείς, πᾶσαν τὴν
ζωτικὴν ἰκμάδα τοῦ παρὰ φύσιν λάβρου πυρὸς συντόμως ἐκδα- C
10 πανήσαντος, τὸν βίον ἐξέλιπε, πένθος ἀμήθητον καταλιπὼν τῷ
πατρὶ. πλὴν ἐπεὶ λόγῳ κρατεῖν ὀφείλει τῶν ἀλόγων παθῶν ὁ πε-
παιδευμένος ἀνὴρ, καὶ αὐτὸς ἀνθρωπος ὢν καὶ θνητὸς ἦδει καὶ
τὸν υἱὸν ἔχων ὁμοίως θνητόν, καὶ διὰ τοῦτο τὸ πέρα τοῦ μετρίου
τὸ συμβᾶν ἀποδύρεσθαι ὡς ἀγεννές τε καὶ ἀνανδρον τῇ γυναικωνί-
15 τιδι διδοὺς θᾶττον ἐγένετο ἑαυτοῦ, καὶ τὴν εὐχάριστον τοῦ γεν-
ναίου Ἰὼβ φωνὴν ἀνεφθέγγετο, “ὁ κύριος ἔδωκεν” εἰπὼν, “ὁ κύ-
ριος αὖθις ἀφείλετο. ὡς τῷ κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ γέγονεν.
εἴη αὐτοῦ εὐλογημένον τὸ ὄνομα.” καὶ “τί” φησὶ “θανυμαστόν,
εἰ ὁ δοὺς πάλιν ἀπέληφεν, ὡς ἐβούλευεν, ὅπερ δέδωκεν;” καὶ D
20 μᾶλλον εἰς παραμυθίαν τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν γεγονὼς ἦν
ἐπὶ τῶν συνήθων αὖθις, προϊστάμενος ὀρφανῶν, χήραις ἐπικου-

1 τὰ om P

νῆσον om A

4 ἐχόρευε P

7 ὅξει P

17 ἀφείλετο A

19 ἐκέλευεν A

que pene insula ac continente diffusa tranquillitas lateque explicata esset, repente malorum turbo procellaque ac tempestas in regiam invasit; planctus et luctus tristiumque rerum Ilias ac molestorum tragoedia per aulam bacchari. carissimus scilicet ac primogenitus imperatori filius Constantinus in ipso aetatis flore ac iuventutis vigore, dum ad paternam generositatem aemulandam contendit, in morbum acutum incidens, paucosque dies febris ardoribus exustus, innaturali rapido igne quicquid vitalis humoris erat brevi absumente, in vivis esse desiit, inenarrabili luctu parenti relicto. quoniam tamen vir disciplina moribusque compositus alienos a ratione impetus ac perturbationes ratione moderari debet, ipseque homo ac mortalis cum esset, filium similiter mortalem se habere nullus dubitabat, idcirco abundantiore luctu, ac qui modum excedat, casum deflere, velut ignavi muliebrisque animi sensu gynaeceo relicto, quanto-
cuius sibi ipse redditus, generosi Iob gratiarum actionis vocem prolocutus ait (Iob 1 21) “dominus dedit, dominus rursus abstulit: sicut domino placuit, sic et factum est: sit nomen illius benedictum. et quid mirum” inquit, “si, qui dedit, rursus abstulit id quod dederat, pro eo ac placuit?” magisque solandae matris fratrumque munere perfunctus consuetis iterum animum advertabat, pupillorum defensor, viduarum adiutor,

ρῶν, χορηγῶν στρατιώταις καὶ πένησιν, ἀδικουμένοις ἐπαμύνων, καὶ τῶν φοβουμένων τὸν κύριον ἡδέως καὶ εὐμενῶς ἀκροώμενος, τὰ λυσitelῆ καὶ σωτήρια καὶ τὴν ἄνω βασιλείαν προξενούντα ἔξηγουμένων καὶ ὑποτιθεμένων αὐτῶ.

99. Ἐπεὶ δὲ εἰώθασι πολλάκις οἱ καθεστηκότες ἐπὶ τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν διοικήσεων, τὴν εὐνοίαν δῆθεν ὑπεμφαίνειν ἐξέλ-
 P 213 λοντες, τάχα δὲ καὶ μονιμωτέρων ἐντεῦθεν οἰόμενοι τὴν ἀρχὴν ἑαυτοῖς καταστήσασθαι, ὑποτιθέναι τὰ πρὸς αὐξήσιν τῶν εἰσφορῶν καὶ τὸν τῶν προσόδων συντελοῦντα πλεονασμόν, ὑπέμνησέ ποτε καὶ τῷ γενναίῳ τούτῳ βασιλεῖ ἀπὸ τοιαύτης γνώμης ὁ τὴν τοῦ γενικοῦ τὸ τηρικαῦτα διέπων ἀρχὴν ἀποσταλῆναι εἰς τὰ ὑπὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἔξουσίαν ἅπαντα θέματα τοὺς λεγομένους ἐπόπτας τούτους καὶ ἔξισωτάς, ὡς ἄν, φησί, τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰ χωρία, ὧν ὁ χρόνος τοὺς δεσπότας διὰ τινα περιπέτειαν τοῖς οἰκείοις ἐπέκλυσε θέρμασι, πρὸς ἑτέροισι διάδωνται καὶ πρόσοδον ἐντεῦθεν οὐχὶ μικρὰν τῷ ταμείῳ τῷ βασιλικῷ προσπορίσωσιν. ὁ δὲ βα-
 B σιλὴς ἀποδέχεσθαι προσποιησάμενος τὴν ὑπόμνησιν, ἐκλέξυσθαι καὶ εὐτρεπίσαι καὶ αὐτῷ προσαγαγεῖν τοὺς ὀφείλοντας τὸ ἔργον ἐπιτελέσαι καλῶς προετρέψατο. σκεψάμενος δὲ καὶ φροντίσας ὁ γενικός, καὶ ὡς ἐδόκει κάλλιστα τοὺς ἀρίστους ἐπιλεξάμενος, καὶ τὰς τῶν ἐκλεγέντων κλήσεις εἰσαγαγὼν πρὸς αὐτόν, πολλῆς ἐνομίσθη μέμψεως ἄξιος καὶ σφοδροτέροις ὑπεβλήθη ὀνειδισμοῖς,

8 τὸ P

12 ἅπαντα τὰ θ. AP

militum pauperumque sumptibus iustus piusque erogator, eorum qui ulla iniuria laederentur ultor, ac timentium dominum, qui utilia et salutaria supernumque regnum conciliantia doceant suadeantque, laete ex animo placidusque auditor.

99. Cum autem plerumque soleant, qui praefecturis ac magistratibus rerumque administrationi praepositi sunt, suam nimirum benevolentiam principi insinuare cupientes (forte vero etiam hoc satagentes, ut inde diuturniorem sibi magistratum efficiant ac praefecturam) ea suggerere unde fisci procuraciones augeantur maioraque tributa in rationes publicas inferantur, ea quandoque mente is qui genici tunc munere fungebatur, generosi pectoris virum Basilium submonuit mittendos ad omnes Romanae dicionis provincias (recentior usus themata dicit) eos quos inspectores ac peraequatores vocant, agros scilicet et praedia, quorum possessores adverso aliquo casu tempus fluctibus suis obruisset, aliis delatores, unde pecuniae vis non modica aerario accederet. imperator consilium se probare simulans, eligi atque parari sibi probe offerri iubet qui istud muneris probe expleturi essent. tum genicus adhibito diligenti examine solertique cura, et ut optimum illi videbatur, optimis delectis maximeque ingenuis, eorumque relatis nominibus, haud levi dignus vituperio visus est acriusque obiurgatus, quod eiusce generis ac probitatis

εἰ τοιοῦτους εἰς τὸ τοιοῦτον ἔργον προβάλλεται. τοῦ δὲ μὴ ἔχειν
 ἐν τοῖς πολιτευομένοις κρείττονας λέγοντος, ὁ βασιλεὺς ἀπεκρίνατο
 ὅτι παρ' ἑμοὶ τοιοῦτον τὸ τῆς προκειμένης διακονίας ἔργον κρίνε-
 ται ὥστε, εἴπερ οἶόν τε ἦν, αὐτὸν ἐμὲ πρὸς τὴν τούτων διοίκησιν
 5 ἔξελεθεῖν. ἐπεὶ δὲ τοῦτο οἶδα ὅτι δοκεῖ τυχὸν ἀπρεπὲς καὶ ἀδύνα- C
 τον, ἔξ ἀνάγκης ἐπὶ τοῖς δυσὶ τῆς πολιτείας μαγίστροις, οἳ καὶ
 χρόνῳ καὶ πείρᾳ καὶ ταῖς πολλαῖς ἐν τῷ μακρῷ βίῳ τῶν πολιτι-
 κῶν ἀρχῶν διοικήσεσιν, ἐν αἷς ἐξητιάσθησαν, ἀκίβδηλον καὶ κα-
 θαρὸν τῆς ἀρετῆς ἔξενηρόχασι τὸ δοκίμιον, τὰς ἐλπίδας ἀποσα-
 10 λείω, καὶ τὴν διακονίαν ὑπὸ τούτων ἀννοσθῆναι δεόντως θαρσῶ.
 ἀπελθὼν οὖν, φησί, αὐτὸς σὺ τούτοις ἀπάγγελσον τὸ τῆς διακο-
 νίας ἐπωφελὲς καὶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν. καὶ βουλομένων αὐτῶν
 ἔξελεθεῖν ἐπευδοκῶ καὶ αὐτὸς καὶ ἐπισφραγίσω τὸ βούλημα. ὡς
 δὲ ἀκούσαντες οἱ ἄνδρες ἤλθον εἰς ἔκκληξιν, καὶ τὸ γῆρας ἀνθ'
 15 ἰκετηρίας καὶ τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ καμάτων καὶ πόρους D
 αὐτῶν προβαλλόμενοι παρενεχθῆναι τὸ τῆς τοιαύτης διακονίας πο-
 τήριον ἔξ αὐτῶν καθικέτεον, ἔξ ἀνάγκης ὑπέστρεψεν ἄπρακτος
 ὁ πεμφθεὶς, καὶ τῷ βασιλεῖ τὰ παρὰ τῶν μαγίστρων ἀπήγγειλεν.
 ἄπερ ἀκούσας εἶπεν ὁ βασιλεὺς ὅτι εἰ τὸ ἐμὲ ἔξελεθεῖν δοκεῖ τε καὶ
 20 λέγεται εἶναι ἀδύνατον, παραιτοῦνται δὲ τὴν ὑπουργίαν καὶ οἱ λαμ-
 πρότατοι μάγιστροι, οὐδένα ἔχων τοῦ πράγματος διοικητὴν ἀξιόχρεων
 καταλειφθῆναι τὸ ὑποβαλλόμενον βούλομαι ἀνεπίσκεπτον καὶ ἀδιε-
 ρένητον. κρεῖττον γάρ, φησί, παρακερδαίνειν τινὰς ἀπὸ τῶν ἐμῶν

5 ἀπελθεῖν P

9 ἐπισαλεύω P

15 καὶ πόρους αὐτῶν om P

viros ad munus istud proponeret. cumque diceret inter cives ac tota
 re publica se nullos meliores habere, intulit imperator "tanti apud me
 eius muneris functio est, ut et ipse, si liceret, ad eam profecturus es-
 sem. quia tamen, ut probe novi, nec satis forte decorum videtur nec
 possibile, necessario in duobus rei publicae magistris, tempore et expe-
 rientia multisque per longam aetatem civilium magistratuum functionibus
 exercitatis, sinceræque in eis ac exploratae virtutis probatis, spem col-
 loco, remque ab illis probe exsequendam confido. tu ergo ipse vadens
 eius illis provinciae utilitatem meamque voluntatem nuntiato; ac dum in
 animum induxerint ut profiscantur, placet et mihi, assensumque consilio
 praebeo." viros, ut audiere, stupor subiit, seniumque supplicationis loco
 ac longos pro re publica exantlatos labores atque sudores ostendentes
 eiusce functionis calicem ab eis transferri exorabant. necessario itaque,
 qui missus fuerat, re infecta reversus magistrorum responsa haec impe-
 ratori rettulit. tum imperator his auditis "cum fieri non posse videatur
 ut ego exeam (atque etiam dicatur) illustrissimique magistri munus de-
 fugiant, ac qui illi functioni par videatur, alius nemo suppetat, placet
 suggestionem indiscussam ac cassam manere. praestat enim" inquit
 "nonnullos ex fisci proventibus reque privata non bene lucrari, quam ut

P 214 οὐ καλῶς ἢ κακῶς ὑποπεσεῖν τινὰ ζημιώδει κακῶ καὶ ἐπιτριβούσῃ αὐτὸν συμφορᾷ. καὶ ἐπὶ τούτῳ τὸν ἅπαντα χρόνον τῆς αὐτοκρατορίας αὐτοῦ ἔμεινεν ἀνέποπτος, ὡς ἂν τις εἴποι, καὶ ἀνεξίσωτος, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἐλεύθερός τε καὶ ἀδιάπρακτος, ὃ ὑπὸ τὴν Ῥωμιακὴν ἔξουσίαν ἅπας τῶν ὄλων θεμάτων λαὸς καὶ τὰ χωρία καὶ οἱ ἄγροὶ τοῖς γειτονοῦσι τῶν πενήτων προκειμένοι εἰς ἀπόλαυσιν. τοιοῦτος ἦν περὶ πᾶν τὸ ὑπήκοον, μάλιστα δὲ τὸν ὄχλον τὸν ἀγροδίατον, πατρικὴν ἐπιδεικνύμενος κηδεμονίαν καὶ πρόνοιαν ὃ ἀγαθὸς βασιλεύς.

B 100. Ἀλλὰ καὶ πάλιν ὃ φθόνος ἑτέραν ἤγειρε περὶ τὰ βασιλεια ζάλην καὶ θύελλαν, καθ' ἑαυτῆς τὴν φύσιν συνταράσσων τε καὶ κινῶν. ἄρτι γὰρ τοῦ φιλιτάτου τῷ βασιλεῖ υἱοῦ Κωνσταντίνου τὸν βίον ἀπολιπόντος, καὶ μεταπεσότος τοῦ φίλτρον καὶ τῶν ἐλπίδων ἐπὶ τὸν δεύτερον υἱὸν Λέοντα, οὐκ ἤνεγκε πρῶως τὸ βῆσανον τῶν δαιμόνων φύλον τὸ πρᾶον καὶ ἤσυχον καὶ εὐσεβὲς ἅμα καὶ ἐμμελές, ὡς ἔοικεν, ὄρων τοῦ διαδέχεσθαι μέλλοντος τὴν βασιλείον ταύτην ἀρχήν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν τοῦ ὑπηκόου στοχαζομένην ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας εὐετηρίαν καὶ πρὸς πάντα τὰ ἐπαινούμενα αὐξήσιν· καὶ διὰ τοῦτο κινείται κατ' αὐτοῦ καὶ οὕτως πῶς ἀνταγωνίζεται. ἦν τις τῶν πάντων φιλομένων καὶ πιστενομένων παρὰ τῷ αἰοιδίμῳ Βασιλείῳ μονα-

3 ὡς Combesius, libri ὡν
7 ἦν om P μᾶλλον P

4 ἀδιατάρακτος?
14 υἱὸν om P

5 τὰ om P

male quisquam damno afficiatur ullave graviore iniuria vexetur aut opprimatur." eoque consilio, quamdiu ille rerum potitus est, omnis omnium Romanae dicionis provinciarum populus ininspectus (ut ita dicam) ac in-exaequatus (i. e. non censitus) mansit, ac si mavis dicere, liber et ab exactionibus immunis; praediaque et agri in pauperum vicinorum usum cesserunt. talis scilicet princeps optimus erga omnes subditos erat, ac praecipue erga rusticanam plebeculam paternam sollicitudinem ac curam exhibebat.

100. Verum rursus etiam invidentia procellam aliam atque turbinem in regia excitavit, ipsam in se ipsam naturam conturbans ac concitans. cum enim iam dulcissimus imperatoris filius Constantinus vitam cum morte commutasset, isque in alteram prolem Leonem amoris vim convertisset spesque in eo iactaret, haud placide tulit invidum daemonum genus, leves placidosque, religiososque simul ac rite compositos, ut par est, illius mores considerans qui imperii successor futurus esset, ac quam inde coniciebat illo rerum potiente subditorum fore felicitatem, et ad laudabilia quaeque profectum atque incrementum. idcirco se ad pugnam instruit, inque hunc modum certamen aggreditur. erat inclito Basilio inter eos in quos impense afficiebatur ac quibus nimiam quandam habe-

χός, ὡς ἐδόκει, καὶ ἱερεὺς, καὶ φίλος αὐτῷ καὶ ὑπουργός δεξιός,
 ὃν Σανδαβαρητὸν κατιωνόμαζον· ὃς εἰ καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως
 ἐστέρητο, ἀλλ' οὐκ εἶχε παρὰ τοῖς ἄλλοις δόξαν χρηστὴν οὐδ'
 ὑπόληψιν ἀνεπίληπτον. καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις καὶ ὑπὸ τοῦ σο-
 5 φωτάτου διεκωμωδεῖτο Λέοντος ὡς γόης καὶ ἀπατεῶν καὶ εἰς ἃ
 μὴ δεῖ τὸν βασιλέα παρασύρων καὶ τῶν καθηκόντων ἐκδιαιτῶν.
 ἃ δὲ πυνθανόμενος ὁ φέναις ἐκεῖνος καὶ πονηρὸς εὐνοίαν πλάττειται D
 καὶ φιλίαν πρὸς τὸν χρηστὸν ὑποκρίνεται Λέοντι, καὶ φησὶ πρὸς
 αὐτὸν ὡς ἵνα τί νεανίας ἤδη ὢν καὶ παρὰ τῷ πατρί σου φιλούμε-
 0 ρος μὴ ἐπιφέρῃ κρυπτῶς ῥομφαίαν ἢ μάχαιραν, ὅταν κατ' ἀγροῦς
 συνηπώσῃ σου τῷ πατρί, ἵνα καὶ αὐτῷ, εἰ κατὰ θηρίου χρεῖαν
 σχῆ, ἐπιδιδῶς, καὶ εἴ τι λαθραῖον πολλάκις κατ' αὐτοῦ ἐπιβού-
 λευμα γένηται, μὴ ἄνοπλος εὐρεθῆς, ἀλλ' ἔχῃς τι μεθ' ὅτου
 δυνηθῆς τοὺς πατρικοὺς ἐχθροὺς ἀνταμύνασθαι. οὐχ ὑπειδόμε-
 5 νος δὲ τὸν δόλον ἐκεῖνος οὐδέ τὸ δολερὸν τοῦ ἀνδρὸς συννόσας
 (τὸ γὰρ μὴ πρόχειρον εἰς κακίαν οὐδὲ ὑπονοεῖν ἐστὶ τὰ πονηρὰ P 215
 εὐχερές) δέχεται τὴν βουλὴν καὶ πείθεται μάχαιραν τοῦ ὑποδήμα-
 τος ἐντὸς ἐπιφέρεισθαι. ὡς οὖν ὁ ἐπίβουλος ἔγνω χωρήσασαν εἰς
 ἔργον τὴν αὐτοῦ συμβουλήν, ἀπαγγέλλει τῷ βασιλεῖ ὅτι ὁ υἱὸς σου
 0 ἐπιβουλεύει σε ἀνελεῖν· καὶ εἰ ἀπιστεῖς, ὅταν κατὰ θήραν ἢ που
 ἄλλοθι μέλλεις τῆς βασιλίδος ὑπέξειλθεῖν, κέλευσον περιαιρεθῆναι
 τὰ πέδιλα τῶν ποδῶν αὐτοῦ, καὶ εἰ εὐρεθῆσεται ξίφος ἐπιφερόμε-
 νος, γινῶθι ὅτι πρὸς τὴν σὴν αὐτὸ σφαγὴν ἤτοιμύσατο. καταγ-

bat fidem, monachus quidam, ut videbatur, et sacerdos illique amicus ac
 minister strenuus, cui Santabareno nomen. is etsi ab imperatore cole-
 batur, apud alios tamen non bonae famae erat nec reprehensione care-
 bat. idque in causa erat cur non raro a sapientissimo Leone ut prae-
 stigiator ac seductor, quique imperatorem a recti tramite abduceret et
 ad absurda traheret, conviciis incesseretur. quibus saepius auditis im-
 postor ille ac scelestus, simulata benevolentia ac amicitiae larva, ad mi-
 tissimum Leonem sic loquitur. "cur" inquit, "cum iam robustis viribus
 ad aetatem adoleveris patrique admodum carus sis, non occulte pugio-
 nem aut sicam tecum defers, cum una cum illo ruri in equo veheris, ut
 in promptu porrigendum habeas, cum ferienda bestia fuerit, et, si quid
 adversus eum latenter ex insidiis agi contigerit, non ipse inermis inve-
 niaris, sed praesto aliquid habeas unde paternos hostes ulciscaris." do-
 lum ille minime subodoratus, nec viri fraudes animo reputans (quod enim
 ad malitiam pronum non est, nec improba facile suspicatur) consilium
 approbat viroque obsequitur, ut cultrum in ocrea deferat. perfidus au-
 tem insidiator, Leonem consilio suo paruisse intelligens, imperatori de-
 nuntiat filium structis insidiis illius necem machinari. "quodsi fidem
 abnuis" inquit, "cum venatum aliave ex causa urbe exieris, iube ei
 ocreas auferri; ac si quidem gladium deferre invenietur, ne in tuam ne-
 cem eum sibi parasse dubitaveris." indicta igitur ruri principis vena-

γελθείσης οὖν ἐξόδον βασιλικῆς συνέξῆλθεν ἅπαν τὸ εἰωθός, καὶ
B κατὰ τινα τόπον γενομένων αὐτῶν προσποιεῖται χρεῖαν ἔχειν μα-
 χαίρας ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐπεζήτει ταύτην μετὰ σπουδῆς. συμπαρ-
 ῶν δὲ ὁ υἱός, καὶ μηδὲν τῶν ὑπονοουμένων τῷ πατρὶ προειδόμε-
 νος, ἀκάκως πάνν καὶ ἀπονήρως ἐφελκυσάμενος ἦν ἐπεφέρετο μάλιστα
 χαιραν ἐπιδίδωσι τῷ πατρὶ. γενομένου δὲ τούτου ἔδοξεν εὐθιῶς
 ἢ κατ' αὐτοῦ προσαγγελία πιστὴ καὶ αἱ παρ' αὐτοῦ ἀπολογίαί
 μάταιαι καὶ κεναί. ὑποστρεψάντων οὖν αὐτίκα πρὸς τὰ βασίλεια,
 πρὸς ὄργην ὁ βασιλεὺς κατὰ τοῦ υἱοῦ διανίσταται, καὶ κατὰ τινα
 τῶν βασιλείων οἴκων, ὅς Μαργαρίτης κατονομάζεται, ἔμφρουρον
 τοῦτον πεποιήται, καὶ τῶν ἔρουθρῶν πεδίλων ἀπογυμνοῖ. διηρέ-
C θιστο δὲ παρὰ τοῦ ἐχθροῦ καὶ ἐκδικητοῦ πρὸς τὸ καὶ τοὺς λύχνους
 ἐπισβέσαι τῶν ὀφθαλμῶν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὑπὸ τοῦ τῆς βασιλί-
 δος ἀρχιερέως καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς κωλύεται διαπρύξασθαι,
 τῆς εἰρκτῆς δ' ὁμῶς εἶχεν ἐντός. χρόνον δὲ παραδραμιόντος συ-
 χροῦ, καὶ τῆς φύσεως οὐ γνωριζούσης ἑαυτὴν ἀλλ' ὑπὸ τῶν πονη-
 ρῶν πνευμάτων τραχυνομένης, τῶν δὲ τῆς γερουσίας ὑπερεχόντων
 πολλάκις βουληθέντων ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα διαπρεσβέ-
 σασθαι, ἄλλοτε δὲ κατ' ἄλλην αἰτίαν κωλυομένων, ὑπὸ τοιαύτης
 προφάσεως εὐλογον ἔσχον ἀφορμὴν εἰς τὸ καταλύσαι τὸ βούλημα.
 (101) ἦν τι ζῶον πτηνὸν ἐν ταλάρῳ πλεκτῷ κατὰ τὰ βασίλεια
 αἰωρούμενον, μιμηλὸν καὶ πολέφωρον, ὃ ψιττακὸς ὀνομάζεται.
D ὅπερ εἴτε πρὸς τινῶν διδαχθὲν εἴτε ἄλλως πως πολλάκις "αὐὲ αὐὲ κῆρ

5 ἐξελκυσάμενος? 13 ἀποσβέσαι?

tionem, omnis ex more comitatus una exierunt. cumque in quendam lo-
 cum evasissent, simulat imperator sibi opus gladio esse, eiusque sibi
 actutum copiam quaerit. aderat filius, eorumque ignarus quae pater
 animo versaret, simplici admodum nec malo quicquam animo, quem ge-
 stabat gladium, extractum patri offert. hinc statim data adversus Leo-
 nem delatio probabilis visa est, illiusque inanes defensiones ac frivolae.
 mox itaque reversis in regiam imperatoris in filium ita effervescit; in-
 que regiarum aedium una, cui Margaritae nomen, truso in carcerem ru-
 bros calceos detrahit. incitaverat inimicus et ultor, ut et oculorum faces
 exstingueret. verum obstitere regiae urbis episcopus ac senatus omnis:
 interim tamen tenebatur in carcere. longum iam tempus fluxerat, nec
 ipsa se natura agnoscebat, sed malignis flatibus exasperata erat. sena-
 tus primates cum saepe constituissent pro filio apud patrem supplicatio-
 nem obire, alias aliam ob causam impediti, eiusmodi occasione rei
 praestandae probabilem opportunitatem exque ratione nacti sunt. (101)
 avis erat in implexo calatho in regiae pendens triclinio, egregia imita-
 trix et loquacissima: psittacum vocant. hic sive a quibusdam edoctus
 erat sive alio quovis modo hauserat, "heu heu, domine Leo" saepius

Λέων" ἐφθέγγετο. πανδαισίαις δέ ποτε τελομένης τῷ βασιλεῖ, καὶ τῶν πρώτων τῆς βουλῆς συνεστιωμένων αὐτῷ, καὶ τοῦ ὄρνιθος πολλάκις φθεγγομένου τὸ προορηθέν, ἐπιστυγνάσαντες οἱ δαιτυμόνες καὶ τῆς εὐωχίας παυσάμενοι ἐπὶ συννοίας ἐκάθητο. οἷς 5 προσσχὼν ὁ βασιλεὺς τὴν αἰτίαν τῆς τῶν ἐδεστώων ἀποχῆς ἐπυνθάνετο. οἱ δὲ δακρύων ὑποπλησθέντες τοὺς ὀφθαλμοὺς "τίνα βρωσιν" εἶπον "γαγοίμεθα, οὕτως ὑπὸ τῆς φωνῆς τοῦ ἀλόγου τούτου θνειδιζόμενοι οἱ δοκοῦντες ἡμεῖς λογικοὶ τε καὶ φιλοδέσποτοι, ὅτι αὐτὸ μὲν τὸν οἰκεῖον ἀνακαλεῖται δεσπότην, ἡμεῖς δὲ τρυφῶντες P 216

10 λήθην τοῦ μὴ ἀδικήσαντος δεσποσύνου ἐλάβομεν. εἰ μὲν γὰρ ἐλέγχεται ἀδικῶν καὶ κατὰ τῆς πατρικῆς κεφαλῆς εὐτρεπίαις τὴν δεξιάν, αὐτόχειρες αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες γενοίμεθα καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ κορεσθεῖμεν· εἰ δὲ ἐφ' οἷς ἐνεκλήθη διαφεύγει τὸν ἔλεγχον, μέχρι τίνος ἢ συκοφάντις γλῶσσα δυναμωθήσεται κατ' αὐ- 15 τοῦ;" μαλακισθεῖς οὖν τοῖς τοιοῦτοις τῶν λόγων ὁ βασιλεὺς τότε μὲν καθεσθῆναι τούτους προσέταξε, καὶ σκοπῆσαι περὶ τοῦ πράγματος ἐπηγγέλατο, μετ' οὐ πολὺ δὲ πρὸς τὴν φύσιν ἐπανελθῶν ἔξάγει τε τῆς φρουρῆς καὶ εἰς ὄψιν ἄγει αὐτοῦ, καὶ τὴν πένθιμον B ἀμείβει στολήν, καὶ τὸ περιττὸν τῆς ἐν τῇ λύπῃ τρυφείσης κόμης 20 περιαιρεθῆναι κελεύει, καὶ τὴν προτέραν τῆς βασιλείας τάξιν καὶ τιμὴν ἀποδίδωσιν.

102. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ φθινάδι νόσῳ περιπίπτει

1 δὲ τότε P

15 μαλαχθεῖς A

perstrepebat. cum itaque tunc imperator opipare instructum haberet convivium, senatusque primores pariter epularentur, ac avis ea quae dicta sunt crebrius repeteret, affecti maerore convivae, missaque epularum iucunditate, cogitabundi sedebant. animum advertit imperator, quidve causae sit cur se a dapibus abstineant ex illis quaerit. illi vero oppleti lacrimis "quas" aiunt "dapes sumemus, sic nobis exprobrante bruta hac animante, qui ipsi praediti ratione herique amantes videamur? dum illa sic repetitis vocibus dominum inclamante, nos genio indulgentes insontis dominici germinis prolisque sumus obliti? siquidem enim paternum ius violasse convincitur et in eius caput dexteram armasse, ipsi nos omnes eius auctores necis erimus, illiusque cruore exsaturabimur. sin autem eorum quorum accusatur nulla convictio est certaue probatio, quamdiu-nam calumniosa lingua opprimendo praepollebit?" istiusmodi sermonibus tantisper delinitus imperatoris animus tunc quidem sedere eos iussit, eiusque rei gratia se deliberaturum promisit. nec diu post ad indolem geniumque reversus e carcere educto sui illi copiam facit, lugubrique ipsius mutato habitu ac superfluo comae per tristitiae tempus adultae, levato onere, in pristinum eum imperii gradum honoremque restituit.

102. Nec multo post in tabificum gravemque morbum imperator

ὁ βασιλεύς, ἐκ διαρροίας παρακολουθησάση γαστρός; ἢ τὴν ἀρχὴν ὑπό τινας τῶν κατὰ Θήραν παραπτώσεων ἔλαβεν· καὶ λοιπὸν κατ' ὀλίγον τῇ τοιαύτῃ τηκεδόνι κατεμμοραίνεται. διαθεῖς δὲ τὰ τῆς βασιλείας ἄριστα καὶ τὸν κληρονόμον γνωρίσας, καὶ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα τὰ εἰκότα βουλευσάμενός τε καὶ ξεφρόνως διορισά-

C μενος, ὕστερον πυρετοῦ καυσώδους ἀναφλεγέντος αὐτῷ πᾶσαν τὴν ζωτικὴν ἰκμάδα ἀνιμωμένου καὶ ἀναλίσκοντος τὸν βίον ἀπέλιπε, συμβασιλεύσας μὲν τῷ πρὸ αὐτοῦ Μιχαὴλ χρόνον ἕνα, ἐν ἑτέροις δὲ χρόνοις ἑννεακαίδεκα περὶ τὴν αὐτοκράτορα τῆς βασιλείας διαπρέψας ἀρχὴν, ἄριστα μὲν τὰ πολιτικὰ διαθεῖς, κάλλιστα δὲ καὶ **10** περὶ τὰ στρατιωτικὰ διαγεγονώς, καὶ πλατύνας μὲν τὰ ὄρια τῆς ἀρχῆς, ἀδικίαν δὲ καὶ βίαν ἐξελεύσας ἀπὸ τοῦ ὑπηκόου παντός, ὡς καὶ τὴν Ὀμηρικὴν περὶ τοῦ ἀρίστου βασιλέως μωρτυρίαν ἠρμόζειν αὐτῷ τὴν

ἁμφοτέρων, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' ἀχμητής. **15**

D Διαδέχεται δὲ τὴν ὅλην τῆς ἔξουσίας ἀρχὴν ὁ καὶ παρὰ τῆς φύσεως καὶ παρὰ τῆς ἀρετῆς ἐπὶ τὸν πατρῶον κληρὸν καλούμενος καὶ παρὰ τοῦ ὑπηκόου δι' εὐχῶν ἐπιζητούμενος, Λέων ὁ πρᾶότατος καὶ σοφώτατος καὶ πρῶτος τῶν ἔτι περιλειπομένων νιῶν.

Καὶ τὰ μὲν περὶ τῆς εὐσεβοῦς βασιλείας Βασιλείου τοῦ ἁοι- **20** δίμου, ὅσα μὴ τῆς λήθης παρεσῶρη ῥέμμασι καὶ τῷ διὰ μέσον χρόνῳ ἐξίτηλα γέγονε, καὶ αὐτὴ δὲ ἢ πρὸ τῆς βασιλείας ἀγωγή,

17 τῶν πατρῶων κλήρων A
λήθης?

20 Βασιλείου om P

21 τοῖς

incidit, qui ex profluvio ventris acciderat; quod ipsum ex casu inter venandum oriri contigerat. iamque paulatim tali tabe contabescebat. imperii itaque rebus optima ratione dispositis, designatoque successore, nec non singularis consentanea ratione solertique consilio constitutis, tandem febris ardoribus violentiori aestu eius omnem vitalem humorem exhaurientibus ac consumentibus vita excessit, cum imperasset cum Michaële eius decessore annum unum, alios vero decem et novem solus rerum summam praeclare administrasset; cum civilibus optime constitutis, ipsa quoque armata militia praeclare effulsisset, atque imperii fines produxisset, iniuriamque ac vim a subditis omnibus longe reppulisset, ut et merito Homericum illud optimi regis in eum quadret elogium "utrumque, rex bonus et fortis bellator."

Excepit post eum rerum summam, qui et natura ipsoque virtutis iure ad paternam hereditatem vocabatur subditorumque votis exposcebatur, mitissimus Leo ac sapientissimus, liberorum ipse superstitem natu maximus.

Atque haec incliti Basilii pie religioseque administrati imperii muna, quotquot illius rerum oblivionis gurgitem effugerunt, nec quod intercurrit aevo exoleverunt. ipsam quoque eius ante adeptum imperium

καὶ ὅσα ἢ τῆς ὕλης αὐτοῦ ζωῆς περιέχει ὑπόθεσις, κατὰ τὸ ἡμῖν
 ζηκτικόν, καθὼς ἢ τῆς ἀληθείας εἶχε φύσις, ἀπήγγελται καὶ
 ἱστόρηται.

institutionem, ac quanta omnis eius vitae argumentum ratioque comple-
 ctitur, quoad licuit ac veritatis ordo posecebat, narravimus et in histo-
 riam coniecimus.

B A Σ Ι Λ Ε Ι Α

P 217

ΛΕΟΝΤΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ.

Λ Ο Γ Ο Σ Ζ.

Βασίλειος τελευτήσας, Λέων ὁ υἱὸς αὐτοῦ αὐτοκράτωρ ἔβασί-
 λευσεν ἔτη εἴκοσι πέντε, μῆνας ὀκτώ. Στέφανος δὲ ὁ αὐτοῦ ἀδελ-
 φὸς κληρικὸς ὢν καὶ σύγκελλος συνῆν τῷ πατριάρχῃ Φωτίῳ, ὑπὸ
 αὐτοῦ ἀναγόμενός τε καὶ παιδευόμενος. ἀπέστειλεν οὖν ὁ βασιλεὺς
 τὸν στρατηλάτην Ἀνδρέαν ἐν τῇ Χρυσοπόλει καὶ ἄλλους συγκλητι-
 κούς σὺν αὐτῷ μετὰ κλήρου καὶ κηρῶν καὶ ἁρμάτων· καὶ ἔξαγα-
 γόντες τοῦ τάφου τὸν Μιχαὴλ ἐν γλωσσοκόμῳ κυπαρισσίῳ κατέ-
 θεντο, καὶ ἐπὶ κραβάτου θέντες, ἐντίμως καὶ βασιλικῶς περι-
 στείλαντες, ἐν τῇ πόλει εἰσήγαγον, καὶ μεθ' ὕμνων μέχρι τῶν
 ἁγίων ἀποστόλων προέειψαν, ἐπομένων ἐκεῖσε καὶ τῶν αὐτοῦ
 ἀδελφῶν, καὶ ἐν λάρνακι κατέθεντο.

2. Μετὰ ταῦτα δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν αὐτὸν στρατηλάτην Ἀνδρέαν ἅμα Ἰωάννη Ἀγιοπολίτῃ, λογίῳ πάνυ ὄντι καὶ λογοθέτῃ

P 218

IMPERIUM LEONIS IMPERATORIS.

L I B. VI.

Defuncto Basilio Leo eius filius imperator rerum potitus est, annos
 quinque supra viginti, octo menses. Stephanus illius frater clericus cum
 esset ac syncellus, cum Photio patriarcha versabatur, sub cuius educa-
 batur ac erudiebatur disciplina. misit itaque imperator Andream magi-
 strum militiae Chrysopolim, aliosque cum eo senatorii ordinis, cum clero
 et cereis ac curribus; eductumque e sepulchro Michaelis cadaver ac in
 cypressino loculo positum lectuloque impositum, pretiosis vestibis re-
 gioque cultu ornatum, in urbem invexerunt; ac cum canticis ad sacram
 usque apostolorum aedem pompa deduxerunt, eius quoque fratribus illic
 funus comitantibus, tumuloque condiderunt.

2. Post haec vero idem imperator eundem magistrum militiae An-
 dream cum Ioanne Hagiopolita, viro valde erudito ac qui cursus publici

τοῦ δρόμου γεγονότι, ἐν τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ ἀπέστειλεν, οἱ ἐν τῷ ἄμβωνι ἀνελθόντες καὶ τὰς τοῦ πατριάρχου Φωτίου αἰτίας πάντων εἰς ἐπήκοον ἀναγνόντες τοῦτον τοῦ θρόνου κατήγαγον, καὶ ὑπερόριον αὐτὸν ἐν τῇ μονῇ τῶν Ἀρμονιανῶν τῇ ἐπονομαζομένῃ τοῦ Βόρδονος ἀνήγαγον. Στέφανον δὲ σύγκελλον τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν 5
B πρωτοθρόνου. ἔζησεν δὲ πατριαρχῶν ἔτη ἕξ καὶ μῆνας πέντε, καὶ τελευτήσας θάπτεται ἐν τῇ μονῇ Σικεῶν.

3. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν Ζασούτζαν Στυλιανὸν μάγιστρον καὶ λογοθέτην τοῦ δρόμου προβάλλεται.

4. Προεδόθη δὲ ἡ πόλις ἡ ἐπώνυμος Ὑψηλή, καὶ ἡχμαλωτίσθησαν ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. γέγονε δὲ καὶ μέγας ἐμπρησμός πλησίον τῶν Σοφιῶν, καὶ ἐνεπρήσθη καὶ ὁ ναὸς τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ, ὃν ὁ βασιλεὺς Λέων λαμπρῶς ἀνεκαίνισεν.

5. Ἀποστείλας δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς Εὐχάϊταν Θεόδωρον τὸν 20
C Σανδαβαρηνὸν ἐν τῇ πόλει εἰσήγαγεν· Ἀνδρέας δὲ ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν καὶ Στέφανος ὁ μάγιστρος τῆς Καλομαρίας, οἱ πολλὰ πρὸς Βασίλειον διαβληθέντες ὑπὸ τοῦ Σανδαβαρηνοῦ, ὑπέθεντο τῷ βασιλεῖ ὡς βουληθεῖς Φωτίος τε καὶ Θεόδωρος ὁ Σανδαβαρη-
 νὸς βασιλέα ἐκ συγγενῶν Φωτίου ποιήσασθαι. προσέταξε δὲ ὁ βασιλεὺς, καὶ ἄμφω ἐν τοῖς παλατίοις ἤγαγον τῶν Πηγῶν, καὶ

20 βουληθεῖη?

logotheta exstiterat, ad S. Sophiae misit. qui ambone conscenso, relictisque in omnium auribus Photii patriarchae accusationis capitibus, eum e sede expulerunt inque Armonianorum monasterium, quod Bordonis vocant, exsulem relegarunt. Stephanum autem fratrem suum syncellum Leo patriarcham praeficit, ordinationis manus impendente Theophane primae sedis antistite. vixit autem in patriarchatu annos sex et menses quinque: vita functus in Siceorum tumulatur monasterio.

3. Imperator Zautzam Stylianum magistrum praefecit ac cursus publici logothetam.

4. Prodione capta urbs Hypsele dicta, eiusque omnes incolae ac cives ab Agarenis ducti in captivitatem. sed et ingenti prope Sophias excitato incendio, ipsa quoque S. Thomae apostoli sacra aedes ambusta, quam Leo imperator postmodum magnifice instauravit.

5. Missis imperator Euchaitam apparitoribus Theodorum Santabarenum in urbem induxit. Andreas vero scholarum domesticus et Stephanus magister Calomariae dictus, multis olim apud Basilium a Santabareno petiti accusationibus, Leoni suggerunt id Photio ac Theodoro fuisse constitutum, ut imperatorem ex Photii gente eiusque cognatis crearent. iussit itaque imperator, ambosque ad regias in Pegis aedes addu-

ἰδίᾳ φρουρεῖσθαι διεκελεύσατο. ἀπεισάλησαν δὲ διαγνώμονες τῶν
 κατ' αὐτῶν κινουμένων αὐτὸς τε ὁ μάγιστρος Στέφανος καὶ ὁ
 δομέστικος Ἀνδρέας καὶ ὁ Κρατερὸς καὶ ὁ Γοῦμερ πατρίκιοι καὶ D
 Ἰωάννης ὁ Ἁγιοπολίτης. ἀγαγόντες οὖν τὸν πατριάρχην Φώτιον
 5 καὶ ἐπὶ θρόνου ἐντίμως καθίσαντες, καὶ αὐτοὶ καθεσθέντες, τὴν
 ἐξέτασιν ἐποιοῦντο. ὁ δὲ δομέστικος Ἀνδρέας ἔφη τῷ πατριάρχῃ
 “γνωρίζεις, ὦ δέσποτα, ἀββᾶν Θεόδωρον;” ὁ δὲ “ἀββᾶν οὐ γνω-
 ρίζω Θεόδωρον.” ὁ δὲ Ἀνδρέας “τὸν ἀββᾶν οὐ γνωρίζεις Θεό-
 δωρον τὸν Σανδαβαρηνόν;” καὶ ὁ πατριάρχης “γνωρίζω τὸν μονα-
 10 χὸν Θεόδωρον ἀρχιεπίσκοπον ὄντα Εὐχαΐτων.” ἐνεχθέντος δὲ
 τοῦ Σανδαβαρηνοῦ, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀνδρέας “ὁ βασιλεὺς σοι
 δηλοῖ, ποῦ εἰσὶ τὰ χρήματα καὶ τὰ πράγματα τῆς βασιλείας μου;” P 219
 ὁ δὲ ἔφη “ὅπου δέδωκεν αὐτὰ ὁ κατὰ τὴν ἡμέραν βασιλεὺς· νῦν
 δὲ ἐπεὶ ταῦτα ὁ βασιλεὺς ζητεῖ, ἕξουσίαν ἔχει τοῦ ἀναλαβεῖσθαι
 15 αὐτά.” καὶ ὁ Ἀνδρέας “εἶπέ, τίνα ἐβουλεύου βασιλεῖα ποιῆσαι
 τῷ πατρὶ τοῦ βασιλέως ὑποθεῖς τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸν ἴδιον ἀπο-
 στερεῖσαι υἱόν; σὸν συγγενῆ ἢ τοῦ πατριάρχου;” ὁ δὲ εἶπεν “οὐκ
 οἶδα ταῦτα περὶ ὧν μοι κακηγορεῖτε.” λέγει οὖν ὁ μάγιστρος
 Στέφανος “καὶ πῶς ἐμήνησας τῷ βασιλεῖ ἐλέγξειν περὶ τούτου τὸν
 20 πατριάρχην;” ὁ δὲ παρεθὺν τοῖς ποσὶ τοῦ πατριάρχου προσπε-
 σῶν εἶπεν “ὀρκίζω σε δέσποτα κατὰ τοῦ Θεοῦ ἵνα πρότερόν με B
 καθαιρήσῃς, καὶ τότε γυμνὸν με ὄντα ἱερωσύνης ὡς κακοῦρον
 ὄντα κολαζέτωσαν· οὐ γὰρ τοιαῦτα τῷ βασιλεῖ ἐδήλωσα.” ὁ δὲ

ctos in sua quemque custodia seorsumque servari praecepit. missi co-
 gnitores capitum accusationis, magister ipse Stephanus et Andreas do-
 mesticus et Craterus et Gumer patricii et Ioannes Hagiopolita. adducto
 itaque patriarcha Photio, et in sede reverenter collocato, ipsi quoque
 sedentes causae examen instituunt. tunc Andreas domesticus patriarchae
 inquit “nosti, domine, abbatem Theodorum?” cui ille “abbatem Theodo-
 rum non cognosco.” ait Andreas “Theodorum abbatem Santabarenum
 non nosti?” cui patriarcha “Theodorum monachum Santabarenum Eu-
 chaitarum archiepiscopum cognosco.” tum Santabareno in medium ad-
 ducto, ait ad eum Andreas “mandat tibi imperator, ubi sunt imperii mei
 pecuniae bonaque et supellex?” ait ille “ubi illa dedit, qui pro tem-
 pore imperium gessit. nunc autem quoniam haec imperator quaerit,
 licet illi ea recipere.” tunc Andreas “dic, oro, quem voluisti imperato-
 rem facere, cum imperatoris patri auctor esses ut filium oculis orbaret?
 num tibi sanguinis necessitudine coniunctum, an patriarchae?” respon-
 dit ille “haec, quae mihi obiicitis crimina, nescio.” ad quem magister
 Stephanus “ecquomodo imperatori significasti te patriarcham eius scele-
 ris reum peracturum?” mox ille, hisce auditis, patriarchae pedibus ad-
 volutus “obtestor te, domine, per deum,” ait, “ut me prius deiicias ac
 exauctores, tumque in me omni sacerdotio nudatum, ut maleficum, ani-
 madvertant. nec enim eiusmodi aliquid unquam imperatori detuli.” tum

πατριάρχης ἔφη “μὰ τὴν σωτηρίαν ἐμῆς ψυχῆς, κῦρι Θεόδωρε, ἀρχιεπίσκοπος εἶ καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.” θυμωθεὶς οὖν ἐπὶ τούτοις Ἀνδρέας ἔφη “καὶ οὐκ ἐμήνουσας, ἀββᾶ, τῷ βασιλεῖ δι’ ἐμοῦ ἵνα ἐν τούτῳ τὸν πατριάρχην ἐλέγξης;” ὁ δὲ ἀπηρνήσατο μηδὲν εἰδέναι. ὑποστρέψαντες οὖν τῷ βασιλεῖ τὰ
C λαληθέντα ἀνήγγειλαν· ὁ δὲ βασιλεὺς θυμῷ καὶ ὀργῇ ἀκατασχέτω ληφθεὶς, ὡς μὴ εὐλογον αἰτίαν κατὰ τοῦ πατριάρχου εὐρηκῶς, ἀποστείλας ἔτυψε τὸν Σανδαβαρηνὸν σφοδρῶς καὶ ἐξώρισεν ἐν Ἀθήναις. κατόπιν δὲ ἀποστείλας ἐξετύφλωσεν αὐτὸν καὶ ἐξώρισεν εἰς Ἀνατολήν. χρόνων δὲ παρωχηκότων πολλῶν ἐκ τῆς ἐξορίας
 1 αὐτὸν ἀνεκαλέσατο καὶ ἐν τῇ πόλει εἰσήγαγεν, προστάξας σιτηρέσια τοῦτον ἐκ τῆς νέας ἐκκλησίας λαμβάνειν· ὃς καὶ τελευτῶ ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ζωῆς τῆς αὐτοῦ μητρός.

6. Ἐν ταῖς ἡμέραις δὲ Λέοντος ὁ Λογγίβαρδος δούξ,
D γαμβρὸς δὲ τοῦ ῥηγὸς Φραγγίας γεγονώς, ἀντῆρε τῷ βασιλεῖ κα- 1
 ταστασιάσας καὶ πῦσαν τὴν χώραν ὑφ’ ἐαυτῷ ποιησάμενος. τοῦτο γνοὺς ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνον τὸν τῆς τραπέζης σὺν πῦσι τοῖς δυτικοῖς ἐξαπέστειλεν θέμασιν ὥστε καταπολεμῆσαι Ἐγίωνα. συμβολῆς δὲ γενομένης οἱ μετὰ Κωνσταντίνου ἠττήθησαν καὶ κατεσφάγησαν, μόγις ἐκείνου περισωθέντος. γέγονε δὲ τμηκαῦτα καὶ 2
 ἡλιακῆ ἔκλειψις, ὥρα τῆς ἡμέρας ἕκτη, ὥστε καὶ τοὺς ἀστέρας φαίνεσθαι, ἀνέμων τε βιαία φορὰ καὶ ἀστραπαὶ καὶ βρονταί,

11 αὐτοῦ P, αὐτὸν margo.

patriarcha “per salutem animae meae, domine Theodore, archiepiscopus es, tum in saeculo hoc tum in futuro.” ad haec Andreas ira concitus “nonne meo ipsius ore, abba, eius te criminis reum peracturum Photium significasti?” cui ille rursus scire se aliquid negavit. reversi itaque nuntiant quae illa cognitione essent interlocuti. imperator ira percitus effrenique furore subactus, ut qui probabile adversus patriarcham crimen nullum nactus esset, Santabarenum acriter verberari iubet, tumque Athenis exsulare. post eum vero mittens oculis orbavit et in Asiam relegavit. multis autem exactis annis ab exsilio revocatum in urbem induxit, annonasque illi ex novae ecclesiae censu constituit. porro diem obiit Constantino et Zoe illius matre imperatoribus.

6. Leonis temporibus Longobardiae dux, qui gener (i. e. affinis) regis Franciae fuit, adversus imperatorem rebellionem movit, ab eoque deficiens regionem omnem suae dicionis fecit. imperator eius certior factus Constantinum mensae praepositum cum occidentalis tractus legionibus omnibus ad debellandum Egeonem misit. conserta autem pugna Constantini victus exercitus est et ad internecionem deletus, adeo ut vix ipse a clade Constantinus superstes exstiterit. contigit vero tunc etiam solaris eclipsis, diei hora sexta, ita ut et stellae in caelo apparent.

ὥστε καὶ ἐν τοῦ φόρου ἀναβαθμοῖς τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου ἀνθρώπους κερωννωθῆναι ἐπτά.

7. Ἐπολιορκήθη δὲ ὑπὸ Ἀγαρηῶν ἡ Σάμος, συμπαρα- P 220
ληφθέντος καὶ τοῦ στρατηγοῦντος ἐν αὐτῇ Πασπιλαῦ. Λέων δὲ ὁ
5 βασιλεὺς βασιλεοπάτορα τὸν Ζαούτζαν τιμᾷ, αὐτὸς καινονομήσας
τὸ ὄνομα· ἤδη γὰρ Ζωῆ τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ συνεφιλιώθη, τοῦ
ταύτης ἀνδρὸς Θεοδώρου, ᾧ Γουνιατζίτζης ἐπώνυμον, ἀναιρεθέν-
τος φαρμάκιον.

8. Στεφάνου δὲ πατριάρχου τὸν βίον ἀπολιπόντος, Ἀν-
10 τώνιος ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Καυλέας πατριάρχης ἀντ' αὐτοῦ προχει-
ρίζεται.

9. Ἀγγελία δὲ κατέλαβεν ὡς ὁ ἄρχων Συμεὼν Βουλγαρίας
βούλεται κατὰ Ῥωμαίων ἐκστρατεύσασθαι, πρόφασιν ἔχων τῆς B
μάχης ταύτης. ἐνουῶχον εἶχε δοῦλον ὁ βασιλεοπάτωρ Ζαούτζας·
15 Μουσικὸς ἦν ὄνομα τούτῳ. οὗτος συνεφιλιώθη ἀνδράσι ἐμπο-
ρικοῖς καὶ φιλοκερδέσι καὶ φιλοχρύσοις, ἔξ Ἑλλάδος οὔσι, Σταν-
ρικῶ τε καὶ Κοσμᾷ· οἱ τινες μεσιτεῖα τοῦ Μουσικοῦ κερδαίνειν
βουλόμενοι τὴν μετὰ Βουλγάρων πραγματείαν ἐν τῇ πόλει ἐν Θεσ-
σαλονίκη μετέστησαν, κακῶς κουμερκεύοντες τοὺς Βουλγάρους.
20 τῶν δὲ Βουλγάρων ταῦτα τῷ Συμεὼν ἀναγγειλάντων, αὐτὸς δῆλα
ταῦτα τῷ βασιλεῖ κατέστησε Λέοντι. ὁ δὲ πάντα ὡς λῆρον ἐλο-
γίζετο, τῇ πρὸς Ζαούτζαν προσπαθεῖα νικώμενος. μανεῖς οὖν ὁ C
Συμεὼν ἦρε κατὰ τῶν Ῥωμαίων τὰ ὄπλα. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν

tantaque ventorum vis ac turbo fuit fulguraque et tonitrua, ut et septem viri in gradibus Fori S. Constantini e caelo tacti perierint.

7. Expugnata ab Agarenis Samus est, una quoque Paspala praetore in eo comprehenso. Leo autem imperator Zautzam imperatoris patrem, novo abs se dignitatis titulo excogitato, appellat. iam enim secreto amore Zoes eius filiae flagrabat, viro illius Theodoro, cognomento Guniazitze, veneno sublato.

8. Stephano patriarcha vivis exempto, in eius locum praeficitur Antonius cognomento Cauleas.

9. Venit nuntius rumorque percrebuit, Symeonem Bulgarorum principem expeditionem moliri adversus Romanos, ea scilicet praetexta causa. Zautzas imperatoris pater servum eunuchum habebat, Musicum nomine. iunxerat hic amicitias cum Stauracio et Cosma, viris mercatoribus, lucrique ac auri cupidis, Attica oriundis. hi porro Musici auctoritate freti, maioris quaestus gratia, quod in urbe cum Bulgaris commercium erat, Thessalonicam transferunt et graviora vectigalia a mercatoribus Bulgaris exigunt. Bulgari de iniuria Symeoni expostulant: ipse vicissim eorum querelas per nuntium Leoni exponit. is vero ob benevolentiam qua Zautzam prosequabatur, cuncta haud secus ac nugas sprexit. Symeon ergo furore actus arma adversus Romanos sumit. rescivit

Κρηνίτην ἀποστέλλει κατ' αὐτοῦ στρατηλάτην ὄντα, λαῶ πολλῶ καὶ ἄρχουσι καθοπλίσας αὐτόν. συμβολῆς δὲ ἐν Μακεδονίᾳ γενομένης ἠτιῶνται Ῥωμαῖοι, καὶ κατασφάττεται αὐτός τε ὁ Κρηνίτης καὶ ὁ Ἀρμένιος Κορυθίης καὶ ἄλλοι πολλοί. ἐπεὶ δὲ καὶ Χαζάρους κατέσχευεν ὁ Συμεὼν τῶν ἐκ τῆς ἐταιρείας τοῦ βασιλέως 5

D Νικήταν τὸν ὀνομαζόμενον Σκληρὸν ἐν τῷ Δανουβίῳ ποταμῷ μετὰ δρομῶνων ἔξαπέστειλεν, δούναί δῶρα τοῖς Τούρκοις ὥστε τὸν Συμεὼν καταπολεμηῆσαι. ὁ δὲ τούτοις συντυχῶν καὶ πείσας κατὰ 10 Συμεὼν ὄπλα ἄρασθαι, ὁμήρους λαβῶν παρ' αὐτῶν πρὸς βασιλέα ὑπέστρεψεν. ὁ δὲ βασιλεὺς διὰ τε γῆς καὶ θαλάττης διέγνω τοὺς Βουλγάρους πολεμεῖν. καὶ διὰ μὲν θαλάσσης Εὐστάθιον δρογγύριον ἀποστέλλει, διὰ γῆς δὲ πατρικίον Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν, δομέστικόν τῶν σχολῶν μετὰ τὴν τελευταίαν Ἀνδρέου γένόμενον. 15

P 221 ὧν μέχρι Βουλγαρίας καταλαβόντων, ὁ βασιλεὺς τὸν κραιίστωρα Κωνσταντινάκιν πρὸς Συμεὼν ἔξαπέστειλεν, ἔτι τὴν εἰρήνην στέργων καὶ βουλόμενος σπείσασθαι πρὸς αὐτόν· ὃν Συμεὼν κατασχῶν ἐν φρουρᾷ κατακλείει, δόλῳ πρὸς αὐτόν ὑποπτέυσας παραγενέσθαι. τοῦ Συμεὼν οὖν ἐπὶ τὸ στράτευμα Νικηφόρου ἄσχο- 20 λουμένου, οἱ Τούρκοι καταδραμόντες πῦσαν τὴν Βουλγαρικὴν ἐλήθσαντο γῆν. ὁ Συμεὼν ἐκμαθὼν κατὰ τῶν Τούρκων ἐτρέπετο. οἱ δὲ ἀντιπερῶσαντες πόλεμον πρὸς Βουλγάρους συμβάλλουσι καὶ

imperator, Crinitemque magistrum militiae ingenti exercitu procerumque numero constipatum adversus illum mittit. concurrentibus aciebus in Macedonia victi Romani, occisus ipse Crinites et Curtices Armenius ac alii multi. quod vero Symeon etiam Chazaros Leoni imperatori foederatos inter spolia ceperat, amputatis eorum naribus Romanorum probro in urbem eos remisit. spectaculi indignitate ira totus effervescens imperator, Nicetam cognomento Sclerum (Durum dicas) cum celocibus ad Danubium fluvium mittit, qui Turcos oblati muneribus adversus Symeonem eiusque debellandi causa conducatur. Nicetas ubi in colloquium venit, Turcosque et ipsos ad bellum adversus Symeonem induxit, acceptis etiam ab eis obsidibus ad imperatorem rediit. imperator terra marique urgendum Bulgaricum bellum constituit; ac mari quidem Eustathium drungarium mittit, terra autem Nicephorum Phocam patricium, extincto Andrea, scholarum domesticum. ad Bulgariam usque copiae venerant, cum imperator Constantinacium quaestorem ad Symeonem misit, adhuc pacem ambiens ac cum eo foedus percutere volens. Symeon comprehensum legatum in carcere tenuit, secum dolo agi existimans. dum itaque Symeon Nicephori copiis aciem opponit, omnem Turci Bulgaricam dicionem late vastant ac diripiunt. audivit Symeon, adversumque Turcos vertit impetum. Turci iterum traiecto amne, conserta cum Bulgaris

νικᾶσι τούτους κατὰ κράτος, ὡς μόλις τὸν Συμεὼν ἐν τῇ Δίστρα
 περιωθῆναι. ἤτήσαντο οὖν οἱ Τοῦρκοι τὸν βασιλέα τοὺς Βουλ- B
 γάρων αἰχμαλώτους ἀνήσασθαι· ὁ δὲ καὶ πεποίηκεν, τοὺς πολλί-
 τας ἔξαποστείλας εἰς τὴν τούτων ἐξώνησιν. ὁ δὲ Συμεὼν δι' Εὐ-
 5 σταθίου δρουγγαρίου τὸν βασιλέα περὶ τῆς εἰρήνης ἰκέτευεν· πρὸς
 ἣν ὑπέβλεψεν ὁ βασιλεὺς, καὶ τὸν Χοιροσφάκτην Λέοντα πρὸς τὸ
 ταύτην ποιήσασθαι ἔξαπέστειλεν. ὁ δὲ δομέστικος Νικηφόρος καὶ
 ὁ δρουγγάριος Εὐστάθιος ὑποστρέψαι μετὰ λαοῦ ἐκελεύσθησαν.
 Λέοντα δὲ Χοιροσφάκτην οὐδὲ λόγου ἠξίωσεν ὁ Συμεὼν, ἀλλ' ἐν
 10 εἰρκτῇ ἔστραγγάλισατο. ἔκστρατεύσας δὲ κατὰ τῶν Τούρκων
 πάντας κατέσφαξεν, μὴ δυναθέντας παρὰ Ῥωμαίοις βοήθειαν
 δέξασθαι. ὑποστρέψας δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ γαυριῶν πρὸς τὸν Λέοντα C
 ἔφη “εἰ μὴ πρότερον πῦσαν τὴν αἰχμαλωσίαν Βουλγάρων λάβω,
 εἰρήνην οὐ ποιῶ.” ἐπένευσεν οὖν ὁ βασιλεὺς ταύτην ἀποδοῦναι.
 15 ἦλθεν οὖν μετὰ Λέοντος ὁ Βούλγαρος Θεόδωρος, οἰκείος ὢν τῷ
 Συμεῶν, καὶ παρέλαβεν αὐτούς.

10. Τοῦ δὲ δομεστικού Νικηφόρου πρὸς τοῦ βασιλέως
 ἐξόχως ἀγυπωμένου, ὁ βασιλειοπάτωρ Ζαούτζας τοῦτον ὡς δυνά-
 στην προεβάλλετο, γυμνὸν μετ' αὐτοῦ ποιῆσαι συνάλλαγμα βου-
 20 λόμενος. τοῦ δὲ πρὸς τοῦτο ἀπαναινομένου, μήποτε δῶ ὑπόνοιαν
 τῷ βασιλεῖ Λέοντι, μανεῖς ἐπὶ τούτῳ ὁ Ζαούτζας αἰτίας ἐκίνησε D
 κατ' αὐτοῦ καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦτον μετέστησεν. προεβλήθη δὲ ἀντ'
 αὐτοῦ δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ μάγιστρος Κατακαλών. ἐπὶ πολλῷ

10 ἡστρηλίσατο P, ἔστραγγάλισατο margo.

acie, eos penitus profligant, ita ut Symeon Distram incolumis vix eva-
 serit. victores Turci ab imperatore exposcunt ut Bulgarorum captivos
 redimat. praestitit ille, cives mittens qui redimerent. porro Symeon
 Eustathii drungarii opera pacem supplex imperatorem rogat. annuit in
 eam imperator, Leonem Choerosphactem ad eam componendam mittens.
 Nicephorus domesticus et Eustathius drungarius redire iussi cum copiis.
 Symeon Leonem Choerosphactem nec alloquio dignatus stringit in car-
 cere. expeditione vero in Turcos suscepta omnes iugulavit, cum eis
 nulla ex Romanis auxilia licuisset accipere. reversus Symeon pro vi-
 ctoria ferociens, Leoni denuntiat nulla se pacis foedera admissurum, nisi
 Bulgaros omnes captivos ante receperit. annuit imperator, ac reddendis
 captivos consentit. venit itaque Theodorus Bulgarus Symeonis domesti-
 cus cum Leone, eosque recepit.

10. Nicephorus domesticus eximie carus imperatori erat. hunc
 Zautzas imperatoris pater ceu virum potentatum obtinentem ad id mun-
 nus provexerat, nuptiarum cum illo commercia ambiens. verum respuit
 ille, ne quam forte Leoni imperatori de se suspicandi occasionem prae-
 beret. ea re furis actus Zautzas crimina in eum intentans dignitate
 spoliatur. eius loco scholarum domesticus provectus magister Catacalo.

δὲ σχολάσας ὁ Νικηφόρος αὐτῆς στρατηγὸς ἐν τῷ τῶν Θρακησίων θεύματι προχειρίζεται. πολλὰς δὲ καὶ γενναίας ἀνδραγαθίας διὰ πάσης αὐτοῦ ἐν τοῖς πολέμοις καταπράξιμνος βιοτῆς, καὶ πολλὰ κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν στησάμενος τρόπαια, τελευταῖα τὸν βίον ἐν γῆρᾳ καλῷ, υἱὸς καταλιπὼν Βάρδαν καὶ 5 Λέοντα, ὧν ὁ Βάρδας οἰκειότατος ὦν τῷ βασιλεῖ Λέοντι ἐστέρηγετό τε καὶ ἠγαπᾶτο καὶ δουλείαις ἐξυπηρετεῖτο ταῖς ἀνηκούσαις P 222 τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ βασιλεὺς, καθὼς εἴρηται, τὸν Κατακαλῶ προχειρισάμενος εἰς δομέστικον κατὰ τοῦ Συμεῶν τοῦτον ἐξαποστέλλει, συνεξαποστείλας αὐτῷ καὶ Θεοδόσιον πατρίκιον καὶ πρωτοβεστιά- 10 ριον. διαπερασάντων δὲ πάντων τῆς ἀνατολῆς θεμάτων τε καὶ ταγμάτων, καὶ πολέμου μετὰ Βουλγάρων συγκροτηθέντος περὶ τὸ Βουλγαρόφυγον, τρέπονται Ῥωμαῖοι κακῶς, καὶ πάντες ἀπώλοντο· οἷς συναπώλετο καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος Θεοδόσιος. ἐπὶ τούτου καὶ οἱ τῆς Χερσῶνος οἰκήτορες τὸν αὐτῶν ἀπέκτειναν στρατηγὸν Συ- 15 μεῶν τὸν τοῦ Ἰωνᾶ. παρελήφθη δὲ καὶ τὸ Κόρον ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν.

B 11. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰς τὰ Δαμιανοῦ ἐξελθὼν εἶχεν μεθ' εἰσαυτοῦ καὶ τὴν Ζωὴν τὴν τοῦ Ζαούτζα θυγατέρα καὶ αὐτὸν τὸν Ζαούτζαν. Θεοφανῶ δὲ ἡ τοῦ βασιλέως γαμετὴ οὐ παρῆν ἐκεῖσε, 20 ἀλλ' ἐν τῇ ἀγίᾳ σορῷ τῇ ἐν Βλαχέρναις προσεκαρτέρει εὐχομένη. δόξαν δὲ τῷ βασιλεῖ μείναι ἐν τοῖς Δαμιανοῦ, συμβούλιον οἱ τοῦ Ζαούτζα ποιησάμενοι, ὃ τε υἱὸς αὐτοῦ ὁ Ταύτζης καὶ οἱ λοιποί, τῇ νυκτὶ τὸν βασιλέα διαχειρίσασθαι ἐβουλεύσαντο. ἡ δὲ Ζωὴ

post longam vacationem Nicephorus iterum dux in Thracesium themate constituitur; multisque, quoad vixit, egregie fortiterque bello gestis, nec paucis adversus Agarenos gentesque alias erectis tropaeis, in senectute bona diem obiit, Barda et Leone liberis relictis, quorum prior Leoni imperatori familiaris illi carissimus erat eiusque ministeria strenuus obibat. imperator itaque, uti dictum est, Catacalonem creatum domesticum adversus Symeonem mittit, cui etiam Theodosium patricium ac protovestiarium comitem adiunxit; cunctisque Asiae cohortibus ac ordinibus traductis, collatis signis cum Bulgaris ad locum (quem vocant) Bulgarophygon, Romani male funduntur omnesque internecioni dantur, ipso etiam patricio ac protovestiario Theodosio desiderato. inter haec etiam Chersonitae ducem suum Iona filium Symeonem occiderunt, Agareni in Cappadocia eorum ceperunt.

11. Imperator ad Damiani aedes egressus Zoem Zautzae filiam secum habebat ac ipsum Zautzam. Theophano autem imperatoris uxor iis solenniis non intererat, sed ad sanctum loculum in Blachernis precibus assidua erat. visum imperatori in illis aedibus morarum aliquid trahere. Zautzae affines, tum scilicet eius filius Tautzes tum reliqui, consilium ineunt ut imperatorem noctu interimant. at Zoe in imperatoris sinu

τῷ βασιλεῖ συγκαθεύδουσα καὶ τὸν Θροῦν ἐνωτισθεῖσα, διὰ τῆς
 θυρίδος προκύψασα κατεσίγασεν. ὡς δὲ τοῦ δεινοῦ τῆς ἐπιβοσλῆς
 ᾗσθετο ἀκριβῶς, τὸν βασιλεῦ διηπνίσασα τὸ πραττόμενον κατεσή-
 μανεν· ὅς ἐν πλοίῳ εὐθὺς εἰσελθὼν εἰς Πηγὰς διεπέρασεν, πάν- C
 5 τας ἐκέῖσε καὶ αὐτὸν τὸν Ζαούτζαν καταλιπών. ταχὺ δὲ προῦ εἰς
 τὸ παλάτιον εἰσελθὼν Ἰωάννην μὲν τὸν βίγλης δρουγγάριον διεδέ-
 ξατο, Πάρδον δὲ υἱὸν Νικολάου ἐταιρειάρχου ἀντ' αὐτοῦ προεβά-
 λετο· ὁ γὰρ Νικόλαος οὗτος φίλος ἦν τῷ βασιλεῖ καὶ πιστός, καὶ
 [περὶ] τὰ ἀπόρητα πάντα τοῦ Ζουούτζα δῆλα τούτῳ καθίστη καὶ
 10 ἔκπυστα. ἔκτοτε οὖν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ τοῦ Ζαούτζα κελλίον οὐκ
 εἰσῆρχετο, εἰ μὴ Λέων ὁ μάγιστρος, ᾧ Θεοδοτάκης ἐπάνημον,
 τούτους ἀλλήλοις διήλλαξεν.

12. Τελευτῇ δὲ Ἀγούστω Θεοφανῶ ἔτη βασιλεύσασα D
 δώδεκα, ἣτις καὶ θαυματουργὸς ἀνεδείχθη, ἀνωτέρω τοῦ τῆς ζη-
 15 λοτυπίας πάθους φανεῖσα καὶ πρῶς τὴν πυρενδοκίμησιν ὑπενεγ-
 κοῦσα Ζωῆς, καὶ ἐν ἐλεημοσύναις καὶ προσευχαῖς τὸν ἅπαντα βίον
 διανύσασα.

13. Στέφει Λέων ὁ βασιλεὺς τὴν θυγατέρα τοῦ Ζαούτζα
 Ζωήν, καὶ εὐλογεῖται παρὰ τοῦ κληρικοῦ τοῦ παλατίου, ᾧ ἐπίκλην
 20 Σινάπης. ὁ μὲν οὖν εὐλογήσας καθηρέθη, ἡ δὲ ἔτος ἐν καὶ μῆνας
 ὀκτὼ βασιλεύσασα ἐτελεύτησεν. λάρνακα δὲ ἔφευρον ἐφ' ᾧ ἀπο-
 τεθῆναι τὸ σῶμα αὐτῆς ἐν αὐτῇ, ἣτις τοιάνδε εἶχεν ἐγκεκολλημέ- P 223
 νην γραφήν "Θυγάτηρ Βαβυλωνῶνος ἡ ταλαίπωρος."

dormiens, audito murmure, per fenestram aspectans silentium indicabat.
 perspectoque clare insidiarum periculo, suscitans imperatorem insidias
 indicavit. statim ergo in navigium ingressus Pegas transfretavit, cun-
 ctis ibi, ac ipso Zautza, relictis. statimque mane in palatium veniens,
 Ioanne excubiarum drungario ab officio remoto Pardum Nicolai heteriar-
 chae filium ei muneri praefecit: is namque Nicolaus imperatori amicus
 propensaque in eum fide Zautzae arcana omnia ac consilia ei detegebat.
 ex tunc igitur imperator in Zautzae cubiculum non introibat, donec Leo
 magister, cognomento Theodotaces, ambos reconciliasset.

12. Moritur Theophano Augusta, annos duodecim imperio potita,
 atque post mortem miraculorum gloria claruit; quae nimirum zelotypiae
 affectu superior fuisset, Zoesque spretionem placide tulisset, ac vitam
 omnem eleemosynis atque precibus assidua egisset.

13. Coronat Leo imperator Zoem Zautzae filiam, et a quodam
 clerico palatino, cognomento Sinapes, pro nuptiarum corollis benedictione
 donatur. benedictionis minister officio depositus est. Zoe cum annum
 unum ac menses octo in imperio vixisset, fatis functa est. inventa urna
 in quam eius cadaver inferretur, in haec verba ac sententiam caelata,
 "filia Babylonis misera."

14. Διεβλήθησαν δὲ τῷ βασιλεῖ Μουσικὸς καὶ Σταυράκιος, ὡς παρὰ τῶν στρατηγῶν δῶρα λαμβάνοντες, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν ἀρχόντων, μεσιτεύουσι τούτοις τῷ βυσιλεοπίτορι. καὶ ποτε τοῦ Σταυρακίου μετὰ γραμμμάτων τινὸς τῶν στρατηγῶν εἰς τὸν βασιλεοπάτορα εἰσεληλυθὸτος, ὡς εἶδεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ 5 ἡλιακῷ ἑστηκώς, κατόπιν αὐτοῦ εἰσῆλθεν καὶ τοῦ τένοντος αὐτὸν λαβόμενος ἔξω ἐξήγαγεν ὡς δῆθεν περὶ τῶν στρατηγῶν ἐρωτήσων, B καὶ εἰς τὸ Μονόθυρον ἀγαγὼν καὶ τὰ γράμματα ἐξάρας ἀπισφενδόνησε τοῦτον καὶ τοῖς προστυχοῦσιν ἔδωκεν τοῦ παλατίου ἐξαγαγεῖν καὶ μοναχὸν ἀποκεῖραι. μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Μουσικὸς ἐν ἀπογνώσει 10 γέγονεν. εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἔνθα ὁ Μουσικὸς παρίστατο τῷ Ζαούτζα, τοῦτον παρὰ τὸν τράχηλον ὠθήσας ἐξήγαγεν, διορισάμενος Χριστοφόρον κοιτωνίτην ἐν τοῖς Στουδίοις ἀποκεῖραι αὐτόν. μετ' ὀλίγον δὲ Ζαούτζας τελευτᾷ ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ διὰ τοῦ Βουκολέοντος κατενεγκόντες αὐτὸν ἐν τῇ μονῇ τοῦ Καυλέου 15 κατέθαψαν.

C 15. Συμφιλιούται δὲ ὁ ἐπείκτης Βασίλειος τῷ κουβικουλαρίῳ Σαμωνᾷ τῷ ἔξ Ἀγαρηῶν, τοῦ τῆς βασιλείας ὑρεγόμενος ἀξιώματος. ἐθάρασεν δὲ τῷ Σαμωνᾷ ὅτι τῆς θείας ἡμῶν τελευτησάσης Ζωῆς ἑτέρα γυναικὶ πάντως ὁ βασιλεὺς συζευχθήσεται, 20 καὶ ἡμᾶς ἐκποδὼν καταστήσει. ὁδὸς οὖν μοι λόγον ὡς φυλάξεις τὸ ἀπόρητον, κάγω σοι πάντα θαρρήσω τὰ ὑφ' ἡμῶν βουλευόμενα. ὁ δὲ τοῦτο πεποιηκώς πᾶσαν παρ' αὐτοῦ τὴν συσκευὴν

14. Porro delati sunt apud imperatorem Musicus et Stauracius, tanquam qui munera a ducibus ac magistratibus acciperent et apud imperatoris patrem per sordes intercederent. ac vero ingresso quandoque Stauracio ad imperatoris patrem cum ducum alicuius libello, ubi eum imperator in solari horologio stans aspexit, hominem pone secutus est cerviceque apprehensum foras eduxit, tanquam nimirum de ducibus quaestionem habiturus; trahensque ad Monothyrum, ablatisque tabulis, hominem excussit; ac iis qui forte aderant, palatio educendum atque in monachum detondendum, dedit. id vero ut cognovit Musicus, desperatione agi suisque rebus diffidere coepit. ingressus itaque imperator, ubi ille Zautzae adstabat, collo apprehensum trudens expulit, ac Christophoro cubiculario in Studianis detonderi praecepit. haud multo post Zautzas in palatio moritur, elatumque eius funus per Bucoleonem in Cauleae monasterio deponitur.

15. Basilius imperialis exactor seu compulsor amicitia iungitur Samonae cubiculario, Agarenorum prosapia sato, imperii scilicet cupidine incensus. concepta ergo fiducia mentem aperit, atque "defuncta nunc Zoe, amita nostra, fiet prorsus ut imperator aliam uxorem ducat nosque omnes e medio tollat. verum mihi fidem obstringito, arcanum te servaturum; tum ego omne tibi nostrum consilium credam." quod cum ille

ἐδιδάσκετο. ὁ δὲ Σαμωνᾶς εἰς βασιλεία εἰσελθὼν ἔφη “θέλω σοί
 τι, δέσποτα, ἰδίᾳ εἰπεῖν, ὅπερ ἐμοὶ μὲν λεγόμενον θάνατον προ-
 ξενεῖ, σοὶ δὲ σιωπώμενον.” καὶ διεξῆλθε πρὸς τὸν βασιλέα πᾶσαν
 Βασιλείου ἐπιβουλὴν. τοῦ δὲ βασιλέως τοῖς ῥηθεῖσι διαπιστήσαν- **D**
5τος, καὶ εἰπόντος μήποτε ὡς ἐξ ὑποβολῆς τινὸς ταῦτα εἰρήκει, ὁ
 δὲ Σαμωνᾶς “εἰ βούλει πληροφορηθῆναι” φησιν, “οὐδὲ βούλει εἰς
 τὸ ἐμὸν κελλίον ἀπόστειλον, καὶ ἀποκρύψω τούτους ἐν ἀποκρύφῳ,
 καὶ ὅσα παρὰ Βασιλείου καὶ παρ’ ἐμοῦ λέγονται, γράψωσι, καὶ
 τηρικᾶτα βεβαιωθήσῃ ὡς οὐδὲν ψεῦδός ἐστι τῶν παρ’ ἐμοῦ σοι
10ῥηθέντων.” ἀποστέλλει οὖν ὁ βασιλεὺς Χριστοφόρον πρωτοβε-
 στιάριον ἄμμα Καλοκῦρι κοιτωνίτη· οἱ ἐν τῷ τοῦ Σαμωνᾶ κελλίῳ
 ἀνελθόντες ἐκρύβησαν. ὁ δὲ Σαμωνᾶς τὸν Βασιλείου δελεάσας **P 224**
 καὶ λόγον ἔνορκον δοὺς ἔπεισε πάλιν πᾶσαν αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν
 φανερῶς ἐξεῖπεῖν καὶ τοὺς μετ’ αὐτοῦ βουλευομένους· ἄπερ Κα-
15λοκῦρις καὶ Χριστοφόρος ἀκούοντες διὰ γραφῆς ἐσημήναντο. ταύ-
 των δὲ ἀριστερόντων οὗτοι κατελθόντες τὴν γραφὴν τῷ βασιλεῖ
 ὑπεσίμνησαν καὶ ἀνέγνωσαν. καὶ παρενθὺ Βασιλείου μὲν προσκα-
 λεσάμενος δέδωκε μιλιαρῆσια χιλιάδας κδ’ ὡς δῆθεν ψυχικὰ τῆς
 αὐτοῦ Θεῆς Ζωῆς ὀρισθέντα, καὶ ἐν Μακεδονίᾳ ἀπέστειλεν.
20 Πάρδον δὲ δρουγγάριον τῆς βίγλης αὐτῷ κεκοινωνηκότα πρὸς τὸν
 Στυπιώτην ἀποστέλλει τοῦ δῆθεν ἀγαγεῖν αὐτόν, ὃς προμηνηθεὶς **B**
 διὰ βασιλικῆς γραφῆς τοῦτον ἐδέσμευσεν· Νικόλαον δὲ ἑταιρειάρ-
 χην τῆς πόλεως ἐξήγαγεν. ἀγαγὼν δὲ ἐκ Μακεδονίας Βασιλείου

fecisset, omnem ab eo discit conpirationem. Samonas vero ad imperato-
 rem ingressus “est” inquit, “domine, quod tibi secreto loquar, res scilicet
 eiusmodi, quae si dicatur, mihi quidem interitum, sin taceatur, certum
 tibi exitium afferet,” omnemque imperatori machinationem narravit.
 cumque imperator haud satis delationi fidem accommodaret, secumque
 ambigeret num forte cuiusdam suasu haec ille locutus esset? ait ad eum
 Samonas: “si rem plenius scire desideras, mitte domum quos libuerit,
 ut in cubiculi angulo latentes omnia conscribant, quae ambo pariter lo-
 quemur; inque eum modum nihil me falso locutum esse omnino intelli-
 ges.” mittit itaque imperator Christophorum protovestiarium una cum
 Calocyri cubiculario; ingressique in Samonae cubiculo delitescunt. tum
 Samonas Basilio obblandiens, iurataque fide sibi eum obstringens, omnem
 rursus suadet machinationem clare detegere ac coniuratos referre.
 audita Calocyris et Christophorus scripto annotarunt; illisque pranden-
 tibus se cubiculo subducentes scripturam imperatori subscriptione sua
 munitam legerunt. Basilium confestim accersit imperator, datque viginti-
 quattuor milia nummorum miliarensium in amitae Zoes animae levamen
 legata, inque Macedoniam perferre iussit. Pardum excubiarum drungar-
 ium coniurationis socium, ad Stupiotem mittit, velut eum adducturum;
 quem ille imperatoris diplomate praemonitus in vincula compegit. Nico-
 laum hetaeriarcham solerter urbe eiecit. Basilium ex Macedonia revo-

καὶ ἀνακρίνας αὐτὸν καὶ τύπας σφοδρῶς καὶ τρίχας αὐτοῦ κατα-
φλέξας καὶ ἐν μέσῃ θριαμβεύσας τῇ πόλει ἐν Ἀθήναις ἐξώρισεν.
πάντας δὲ τοὺς μαγίστρος καὶ τοὺς ἐν τέλει ὁ βασιλεὺς προσκα-
λεσάμενος ἐνώπιον αὐτῶν τὰ ὑπὸ Σαμωνᾶ μηνυθέντα ἀνέγνω. οἱ
δὲ τοῦτον ὑπερεπήνεσαν ὡς τῆς τοῦ βασιλέως παραίτιον κατα- 5
στάντα ζωῆς, καὶ ἄξιον μεγίστης εἶναι τιμῆς προσειρήμασιν. ὁ δὲ
C τοῦτον παρενθὺ τῇ τοῦ πρωτοσπαθαρίου τιμῇ ἤξιωσε καὶ οὐκείον
ἐαντῷ κατεστήσατο.

16. Ἐτελεύτησεν δὲ ὁ πατριάρχης Στέφανος, καὶ ἀντ'
αὐτοῦ πατριάρχης ὁ μυστικὸς χειροτονήθη Νικόλαος, ὁ πολλὰ μὲν 10
κατὰ τῆς σοφίας προτερήματα σὺν εὐσχήμονι κατιστάσει. παρε-
λήφθη δὲ ἡ πόλις Δημητριάς, ἡ ἐν τῷ θέματι Ἑλλάδος, ὑπὸ τῶν
Ἀγαρηνῶν.

17. Λέων δὲ ὁ βασιλεὺς στέφει Ἄνναν θυγατέραν Ζωῆς
τὴν ἀπὸ τοῦ Ζαούτζα, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ποιεῖν τὰ κατὰ τύπον 15
κλητόρια, Ἀυγουστάς μὴ οὔσης. ἠγάγετο δὲ ὁ βασιλεὺς κόρην
D ἐκ τοῦ Ὀψικίου θέματος, ὠραίαν τε καὶ περικαλλῆ· ὄνομα δὲ
αὐτῇ Εὐδοκία. ἔγημέν τε αὐτὴν καὶ ἔστειπεν· ἐξ ἧς παῖδα ἐποίη-
σεν ἄρρενα, ἐφ' ᾧ καὶ αὐτὴ καὶ τὸ γεννηθὲν ἐτελεύτησεν.

18. Ἐκτίσεν δὲ πλησίον τοῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ναοῦ 20
ἐκκλησίαν ὁ βασιλεὺς ἐπ' ὀνόματι τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικὸς
Θεοφανοῦς. ἔκτισεν δὲ καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Λαζάρου ἐκκλησίαν

9 Ἀντώνιος margo Combef.
15 τῆς τοῦ Z. Combef.

10 ὁ πολὺς τὰ τῆς Combef.

catum institutoque iudicio acerbis suppliciis subiicit, exustis capillis, pompaque traductum per mediam civitatem Athenas in exsilium misit. convocatis autem imperator cunctis magistris ac proceribus, quae a Samona indicata fuerant, sub omnium conspectum legit. hi summis laudibus hominem extulerunt, ut qui imperatoris vitae consulisset, maximoque dignum honore proclamarent. confestim itaque protospatharii dignitate auctum inter familiares cum Leo coaptavit.

16. Defuncto patriarcha Antonio, eius loco ordinatus est patriarcha Nicolaus mysticus, vir longe sapientia praestans, cum pari modestia morumque compositione. capta ab Agarenis urbs Demetrias, spectans ad Atticae thema.

17. Coronat Leo Annam Zoes filiam Zautzae neptem, quod constituta ex more convivia publica, deficiente Augusta, celebrare non posset. duxit vero imperator puellam ex Opsicii themate formosam longaque pulcherrimam, Eudociam nomine, celebratisque nuptiarum solenniis Augustali corona donavit; ex qua suscepta prole mascula, tum ipsa in partu interiit, tum quam prolem sustulerat.

18. Haud procul ab aede SS. apostolorum Leo templum ex nomine prioris uxoris suae Theophanonis exstruxit. sed et S. Lazari ecclesiam

τῶν λεγομένων Τόπων, καὶ μονὴν ἀνδρῶν εὐνούχων ἐν αὐτῇ κατε-
 σκέυασεν· ἔνθα καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα καὶ τῆς ἀδελφῆς
 αὐτοῦ Μαγδαληνῆς ἀνακομίσας ἀπέθετο. τοῦ δὲ στόλου ἐν τοῖς P 225
 τῶν ἐκκλησιῶν τοιούτων ἔργοις ἀσχολουμένου, τὸ ἐν Σικελίᾳ Ταυ-
 5 ρομένιον ἐπὶ τῶν Ἄφρων παρελήφθη καὶ πολὺς τῶν Ῥωμαίων
 φόνος ἐγένετο. κατεσχέθη δὲ καὶ Ἀἴμιμος ἐπὶ τῶν Ἀγαρηνῶν,
 καὶ πλείστος ἡχιμυλωτίσθη λαός.

19. Προέλευσιν δὲ τοῦ βασιλέως πεποικητός τῇ ἡμέρᾳ
 τῆς Μεσοπεντηκοστῆς εἰς τὸν ἅγιον Μώκιον, ἐν τῷ εἰσοδεύειν καὶ
 10 πλησίον τῶν ἁγίων γενέσθαι θυρῶν ἐκπετηδηκῶς τις τοῦ ἄμβωνος
 ῥάβδῳ παχείᾳ καὶ ἰσχυρῇ τούτου ἔπαισε κατὰ κεφαλῆς. καὶ δὴ
 ἂν ἐθανάτωσεν παρευθῦ, εἰ μὴ προνοία τινὶ τὸ τῆς ῥάβδου ἄκρον
 τῷ πολυκανδήλῳ προσκεκρουκῶς τῆς βιαιᾶς μικρὸν ἀνεσχέθη φο- B
 ρᾶς. τοῦ δὲ αἵματος σφοδρῶς ἐκ τῆς τοῦ βασιλέως καταρρέοντος
 15 κεφαλῆς ταραχὴ τε καὶ φυγὴ τῶν ἀρχόντων ἐγένετο. ὁ δὲ ἀδελ-
 φὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος νόσον προφασισάμενος οὐ κατήλθεν ἐν τῇ
 εἰσόδῳ, ὡς ἐκ τούτου ὑποπευθῆναι αὐτὸν τὴν τοιαύτην ἐπιβου-
 λὴν κατεργάσασθαι. ὁ δὲ τὸν βασιλέα πλήξας κατασχεθεὶς καὶ
 20 λόγει, τέλος χεῖρας καὶ πόδας ἐκκοπεῖς ἐν τῇ τοῦ ἵππικοῦ σφεν-
 δόνη ἐκάη. ἔκτοτε δὲ ἡ τοιαύτη ἐξεκόπη προέλευσις. μετὰ δὲ
 τινὰ καιρὸν Μάρκος ὁ σφώτατος μοναχός, οἰκονόμος ὢν τῆς C
 αὐτῆς ἐκκλησίας, ὅς καὶ ἐν μεγάλῳ σαββάτῳ τετραώδιον τοῦ με-
 γάλου Κοσμοῦ ἀνεπλήρωσεν, ἐν τῇ τραπέζῃ τῷ βασιλεῖ συνεσιώ-

ad Topos (quos vocant) aedificavit, inque illa virorum eunuchorum mo-
 nasterium constituit; quo etiam S. Lazari corpus eiusque sororis Magda-
 lenae corpus translatum deposuit. dum vero classiarum istiusmodi operi-
 bus tempus distrahunt, Tauromenium in Sicilia ab Afris capitur ingens-
 que Romanorum clades agitur. Lemno quoque potiti Agareni magnam
 captivorum multitudinem abducunt.

19. Cum imperator die mediae pentecostes solenni pompa ad S.
 Mocium processisset, iamque introgressus ad sanctas prope ianuas ac
 sacrarium venisset, exsiliens quis ex ambone robustum crassumque fustem
 in eius caput impexit. ac sane mox sustulisset, nisi quadam dei provi-
 dentia fustis summitas multifido pendenti candelabro illisa impetum tan-
 tisper remisisset. cruore ex imperatoris capite largiter defluente turbati
 proceres alii alio diffugere. Alexander eius frater aegrotationem causa-
 tus pompae non interfuit, ex quo eiuscemodi in fratrem insidiarum auctor
 prope inaudiit. apprehensus igitur percussor, multisque tormentis sub-
 actus, cum nullum coniurationis socium nosse se profiteretur, ad extremum
 manibus pedibusque praecisis ad Circi metam combustus est. post breve
 autem tempus Marcus sapientissimus monachus, eius ecclesiae oeconomus,
 qui magni Cosmae Tetraodium hymnum magni Sabbati absolvit, cum impe-

μενος ἐλιπάρει τούτῳ μὴ τὴν τοιαύτην ἐκκοπῆναι προέλευσιν. τοῦ δὲ βασιλέως ἀπαναινομένου ὁ Μάρκος ἔφη “μὴ ὀργίζου μηδὲ χαλέπαινε, ὦ βασιλεῦ, ἐπεὶ προγεγραμμένον ἦν παρὰ τοῦ προφήτου Δαβὶδ τοῦτό σε καθυποστῆναι· προεῖρηκε γὰρ τοῦτο, λέγων ὅσα ἐπόνηρέυσαιτο ὁ ἐχθρὸς ἐν τῷ ἁγίῳ σου, καὶ ἐκαυχήσαντο οἱ 5 μισοῦντές σε ἐν μέσῳ ἑορτῆς σου. δεῖ οὖν σε, δέσποτα, ἀπὸ τοῦ νῦν ἔτη δέκα τὴν βασιλείαν κατασχεῖν.” ὁ καὶ γέγονεν· μετὰ γὰρ D τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν δέκα ἐνιαυτῶν, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐν ἧ καὶ ἐπλήγη, τετελεύτησεν.

20. Ἦν δὲ Ζωὴ ἡ τετάρτη γυνὴ τοῦ βασιλέως ἐν τῷ πα 10
λατίῳ μετὰ τοῦ βασιλέως ἀστεφής. τῶν δὲ Βουλγαρικῶν ἐφόδων Ῥωμαίους ἐπιτριβόντων, οἱ ἔξ Ἄγαρο μαθόντες τοῦτο στόλος ἐξήγεσαν ναύμαχος, ἐπιστήσαντες στρατηγὸν Τριπολίτην Λέοντα, Ἀτάλου μὲν ἐξωρημμένον τῆς πόλεως, τῆς δὲ Χριστιανῶν εὐσεβείας ἀποστήσαντα. καὶ Τρίπολις μὲν ὠνόμασται ἡ κατὰ Φοινίκην 15
τρισι διαιρεθεῖσα ταῖς γενεαῖς ἔξ Ἀραβίων καὶ Τυρίων καὶ Σιδονίων ἀποίκων. τοῦ δὲ βασιλέως ἐξελθόντος ἐν τῷ τοῦ Βουτίου P 226 ἐμπορίῳ πρὸς τὸ τὴν μονὴν ἐγκαινίσαι τοῦ πρωτοβεστιαρίου αὐτοῦ Χριστοφόρου, ἡ ἀγγελία αὐτῇ κατέλαβεν ὡς Τριπολίτης μετὰ στόλον τῶν Σαρακηνῶν κατὰ Κωνσταντινουπόλεως ἀνέρχεται. 20
ἀποστέλλει οὖν ὁ βασιλεὺς τὸν Εὐστάθιον τὸν τηρικαῦτα δρουγγάριον μετὰ στόλον κατὰ τοῦ Τριπολίτου· ὃς μὴ δυνηθεὶς ἀντιτάξαι-

15 ἀποστάντα? an ἀποστατήσαντα?

16 ἐκ Σαραβίων P, ἔξ Ἀραβίων margo.

ratore mensae assidens rogabat ne eiusmodi processus ac pompa ab eo abrogaretur. quo abnuente, ait Marcus “ne irascaris aut iniquius feras, imperator. etenim id olim tibi eventurum vaticinatus erat David propheta. praedixit enim ille (Psalm. 73 3), quanta malignatus est inimicus in sancto meo! et gloriati sunt qui oderunt te in medio solennitatis tuae. itaque oportet te alios exinde annos decem imperare.” quod et contigit. post decem enim annos, ipsa die qua vulnus acceperat, vivis exemptus est.

ratore adhuc puero eiusque iniussu talia audetis patrare?" ducis itaque uxorem detonsam in illius domum in Paphlagonia dimiserunt, eiusque filium Stephanum castraverunt.

5. Mense Augusto Symeon Bulgariae princeps expeditione adversus Romanos suscepta cum numero fortique exercitu Cpolim venit; obsessaque urbe ac vallo a Blachernis ad Chrysem portam ducto, illius facili negotio potiundae spe elatus erat. perspecta tamen moenium firmitate populique ac praesidiariorum multitudine nec non balistarum aliorumque omnis generis tormentorum copia, spe frustratus ad Hebdomum recedit, pacis foedera petens. fuit res tutoribus gratissima; missusque a Symeone illius magister Theodorus, qui de pace colloqueretur. Nicolaus vero patriarcha et Stephanus et Ioannes magister assumpto imperatore, ad Blachernas usque profecti ambos Symeonis filios introduxerunt ac cum imperatore in palatio epulis acceperunt. Nicolao patriarcha ad Symeonem egresso, ille caput ei modeste inclinavit; fusaque super eum precatione, stemmatis loco capitis sui operimentum eius capiti, ut ferunt, patriarcha iniecit. amplissimis itaque immensisque excepti muneribus Symeon ac filii, cum de pace inter eos non satis convenisset, in patriam domumque redierunt.

6. Τοῦ βασιλέως οὖν Κωνσταντίνου ἄτε παιδὸς ὄντος καὶ τὴν ἰδίαν μητέρα ἐπιζητοῦντος (ἤδη γὰρ ταύτην κατήγαγεν Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς) ἀναβιβάζουσιν αὐτὴν πάλιν. αὕτη οὖν περικρατῆς γενομένη τῆς βασιλείας ἀναβιβάζει εἰς τὸ παλάτιον Κωνσταντῖνον παρακοιμώμενον καὶ Κωνσταντῖνον καὶ Ἀναστάσιον 5
 D αὐταδέλφους τοὺς Γογγυλίους λεγομένους· καὶ τῇ βουλῇ Ἰωάννου τοῦ Ἑλαδᾶ καταβιβάζουσι τοὺς οἰκίους τοῦ Ἀλεξάνδρου βασιλέως, Ἰωάννην τὸν ραίκτωρα καὶ τὸν λεγόμενον Γαβριλόπουλον καὶ Βασιλίτζην καὶ τοὺς λοιπούς. προχειρίζεται δὲ ἡ Ἀγνούστα Δομνίκον ἑταιρειάρχην. μάλιστα δὲ ὁ Ἑλαδᾶς νόσω προσπεσὼν 10 καὶ ἀπαγορευθεὶς παρὰ τῶν ἰατρῶν, κατελθὼν ἐκ τοῦ παλατίου καὶ ἐν ταῖς Βλαχέρναις παραγενόμενος, ὑπὸ τῆς νόσου βαρυνθεὶς τελευτᾷ. συμβουλῇ Δομνίκου ἑταιρειάρχου καταβιβάζει Ζωὴ Νικόλαον πατριάρχην ἅμα τοῖς μετ' αὐτοῦ, μετ' ὀργῆς τὰ τῆς
 P 239 ἰδίας ἐκκλησίας φροντίζειν εἰποῦσα. [οὐ] μετ' οὐ πολὺ Κων- 15 σταντῖνος παρακοιμώμενος διαβάλλει τῇ Ἀγνούστῃ Δομνίκον ἑταιρειάρχην ὡς τὴν βασιλείαν σφετεριζόμενον εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφόν. καὶ τοῦτον ἐν προφάσει πατριχίον ποιήσαντες, κατελθόντα εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὡς ἔθος, εὐχὴν λαβεῖν, οἴκοι μένειν παρεκελεύσαντο, προεβάλετο δὲ Ζωὴ Ἰωάννην τὸν Γαριδᾶν ἑται- 20 ρειάρχην καὶ Δαμιανὸν ἐννοῦχον τῆς βίγλης δρουγγάριον. Δομνίκος δὲ ἀπῆλθεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἀνόνητα ὀλοφυρόμενος.

7. Τοῦ δὲ Βουλγάρου Συμεῶν τὴν Θράκην πάλιν ληΐζο-

6. Constantino igitur imperatore, velut qui puer esset, matrem suam identidem requirente, quam Alexander dudum aula eiecerat, eam rursus in palatium revocant. rerum itaque potita nactaque civilium administrationem, Constantinum accubitorem et Constantinum Anastasiumque germanos fratres Gongulios vocatos in aulam accersit; Ioannisque Eladae consilio, Alexandri imperatoris asseclas ea removet, Ioannem rectorem, sicque nuncupatum Gabrilopulum et Basilitzem aliosque. porro Augusta Dominicum hetaeriararcham praeficit. magister Eladas morbo correptus ac a medicis depositus, e palatio secedens ad Blachernas venit, ibique morbo ingravescente fato functus est. Dominici hetaeriararchae consilio Zoe Nicolaum patriarcham cum suis aula removet, irascentis specie suam ipsius iubens curare ecclesiam. nec multo post Constantinus accubitor Dominicum hetaeriararcham apud Augustam accusat, ut qui rerum summam in fratrem suum transferre cogitaret. simulate igitur patricii dignitate ornantes, cum ex more in templum precibus communiendus descendisset, domi manere iussere. eius loco praefecit Zōe foederatorum turmis Ioannem Garidam; Damianum vero eunuchum excubiarum drungarium creavit. Dominicus frustra lugens ac qui- ritans domum se recepit.

7. Ceterum Symeone Bulgaro iterum Thraciam infestante, Augusta

μένον, ἐν φροντίδι οὔσης τῆς Ἀγούστης καὶ τῶν ἐν τέλει ὅπως B
 αὐτὸν τῆς ἀλαζονείας πᾶνσωσιν, ἤτήσατο Ἰωάννης ὁ Βογαῦς γενέ-
 σθαι πατρικίος, ὑποσχόμενος κατ' αὐτοῦ ἀγαγεῖν Πατζινάκας.
 τῆς αἰτήσεως δὲ τυχὼν δῶρά τε λαβὼν εἰς τὴν Πατζινάκων ἀπήγει
 5 χώραν· καὶ δὴ σπεισάμενος, ὁμήρους ἐκεῖθεν λαβὼν ἤγαγεν ἐν
 τῇ πόλει, συνθεμένων Πατζινάκων διαπερᾶσαι καὶ τὸν Συμεῶν
 καταπολεμῆσαι. παρεγένετο δὲ τότε ἐν τῇ πόλει καὶ Ἀσώτιος,
 ἀνὴρ ἐπὶ ῥώμῃ ὀνομασιότατος, υἱὸς ὢν τοῦ ἀρχοντος τῶν ἀρχόν-
 των, ὃν φασὶ σιδηρᾶν ῥάβδον ἐκ τῶν ἄκρων ἐκατέραις κριτοῦντα
 10 χερσὶ τῇ ὑπερβαλλούσῃ δυνάμει διακάμπτειν καὶ πρὸς τὸ κυκλικὸν C
 σχῆμα μετάγειν, τῆς ἀντιτύπου τῆς σιδήρου φύσεως τῇ βίῃ τῶν
 χειρῶν ὑπικουότης. ὃν παραγενόμενον ἡ δέσποινα καὶ μετὰ πολ-
 λῆς τιμῆς ὑπεδέξατο καὶ πάλιν εἰς τὴν ἰδίαν χώραν ἐξέπεμψεν.

8. Σεπτεμβρίῳ δὲ μηνί, Ἰνδικτιῶνος τρίτης, Παγκρα-
 15 τούκας ὁ Ἀρμένης τὴν Ἀδριανούπολιν τῷ Συμεῶν προδέδωκεν,
 ἥτις τὸ πρὶν μὲν Ὀρεστίας ἐκαλεῖτο, ἕξ Ὀρέστον υἱοῦ Ἀγαμέμνο-
 νος, ὃς ζήλω δικαίῳ διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα Κλυταιμνήστρας
 δολοφονίαν ταύτην σὺν Αἰγίσθῳ ἀποκτείνας λίαν ἐκμέμηκεν καὶ
 ἐν τῇ συνελύσει Ἐβρου Ἀρζου τε καὶ Ἀρτάκου τῶν τριῶν ποτα-
 20 μῶν γε λουσάμενος τῆς νόσου ἀπῆλλακτο· ἐνθα ταύτην οἰκοδο- D
 μῆσας ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι κέκληκεν· Ἀδριανὸς δὲ Καῖσαρ ἐνκτί-
 στοις οἰκῆμασιν αὐτὴν μεγαλύννας πόλιν Ἀδριανοῦ μετακέκληκεν.
 αὕτη τρίτης ἡμέρας παρὰ ἀνδρὸς εὐπετοῦς ἐν δίοδῳ Φιλίππουπό-
 λεως σταδιάζεται, ἡγκαλισμένη τῷ ὄρει τῷ Αἰμῳ, παρ' ᾧ οἱ

proceribusque anxiis quo pacto hominis arrogantiam compescerent, ro-
 gavit Ioannes Bogas ut patricius crearetur, Patzinacas adversus eum se
 conducturum pollicitus. voti compos effectus, acceptisque muneribus,
 ad eos iter contendit. ac vero icto foedere, indeque acceptis obsidibus,
 cum illis in urbem rediit, Patzinacibus transmisso Istro Symeonem se
 debellaturos pollicentibus. venit vero etiam eo tempore in urbem Aso-
 tius, vir roboris fama celeberrimus, principis principum filius. fere-
 bant virgam ferream, cuius extrema manibus teneret, qua pollebat exi-
 mia vi, posse inflectere inque circuli formam intorquere, ferri nimirum
 duritie illius manuum robori cedente. hunc Augusta venientem multo
 honore suscepit ac rursus in patriam remisit.

8. Mense Septembri, indictione tertia, Pancratucas Armenius
 Adrianopolim Symeonī prodidit. vocabatur haec prius Orestias, ab
 Oreste Agamemnonis filio, qui iusta aemulatione ob patrem a Cly-
 taemnestra dolo necatum, ipsa una cum Aegistho occisa, gravi furore
 actus est, ac quo loco Ebrus Arzusque ac Artacus flumina conflunt,
 lotus morbo liberatus est, eodemque loco urbe condita suum illi nomen
 indidit. Adrianus autem Caesar magnificis ornans aedificiis, Adriani
 urbem ex sese mutato nomine appellavit. distat Philippopoli trium die-
 rum spatio; quam mons Haemus velut sinu amplectitur, qua parte niva-

τρεις ποταμοι συμβαλλονται το δμβρινον υδωρ. μετ' ου πολυ απεστυλη Βασιλειος πατρικιος και κανικλης και Νικητας πρωτοσπαθαριος ο Έλαδικος παρα Ζωης μετα δωρων πολλων, και αντιεπαρελαβεν παλιν αυτην.

P 240

9. Ἦλθεν δὲ ὁ Δαμιανὸς ἀμηρὰς εἰς Στρόβηλον νῆσον 5
μετὰ πλοίων πολεμικῶν καὶ πολλῆς τῆς δυνάμεως· καὶ ταύτην
παρέλαβεν ἄν, εἰ μὴ νοσήσας ἐτελεύτησεν, ὑποστρεψάντων διὰ
κενῆς τῶν Σαρακηνῶν. οἱ δὲ τῆς Ἑλλάδος καὶ τῶν Ἀθηνῶν οἰ-
κίτορες συνεχῶς ἐπηρεαζόμενοι παρὰ Χασέ υἱοῦ τοῦ Ἰούβη, τὴν
αὐτοῦ ἀσωτίαν καὶ ἀπλησίαν μὴ ἐνεγκόντες, λίθοις τοῦτον βάλ- 10
λοντες ἀνεῖλον κακῶς ἔνδοθεν τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ ἐν Ἀθήναις
ναοῦ.

10. Βλέπουσα δὲ Ζωὴ βασίλισσα τὴν ἔπαρσιν Συμεῶν
καὶ τὴν κατὰ τῶν Χριστιανῶν αὐτοῦ ἐπίθεσιν, βουλὴν μετὰ τῶν
B ἐν τέλει βουλευέται, ἀλλάγιον καὶ εἰρήνην μετὰ τῶν Ἀγαρηνῶν 15
διαπράξασθαι, διαπερᾶσαι δὲ πάντα τὸν τῆς ἀνατολῆς στρατὸν
πρὸς τὸ καταπολεμῆσαι καὶ ἀφανίσει τὸν Συμεῶν. ἀπεστύλη
οὖν ἐν Συρίᾳ ἐπὶ τὸ ποιῆσαι ἀλλάγιον Ἰωάννης πατρικιος ὁ Ῥωδι-
νὸς καὶ Μιχαὴλ ὁ Τοξαρῦς· οὗ γεγονότος τὴν συνήθη τῆς ῥύγας
διανομὴν ποιησάμενοι ἐν τοῖς τάγμασι, ταῦτα δὲ ἀναλαβόμενοι 20
σὺν τοῖς θέμασι πρὸς τὴν Θρακίαν γῆν διεπέρυσαν, Λέοντος
μαγίστρου τοῦ Φωκᾶ δομεστικῶν τῶν σχολῶν τυγχάνοντος, ᾧ ἀν-
δρία μᾶλλον ἢ ἐπιστατικὴ φρόνησις προσανέκειτο. ἔξαγαγόντων
C οὖν τὰ σεβάσματα καὶ ζωποια ξύλα Κωνσταντίνου πρωτοπαπᾶ

les ac pluviales congerunt aquas quae modo tria flumina dicebamus. postmodum vero misso Zoe Basilio patricio ac caniclei praefecto et Niceta Eladico protospathario cum multis muneribus, tandem illam recepit.

9. Venit vero Damianus ameras in Strobelum insulam, magno hostilium navium apparatu ac cum ingentibus copiis; cepissetque utique, nisi morbo correptus fatis concessisset. cuius interitu factum ut Saraceni irrito conatu redirent. Achaiae autem ac Athenarum populi civesque continuis Chase filii Iubae iniuriis vexati, eius luxuriam inexplebilemque cupiditatem ferre non valentes, lapidibus obrutum intra ipsum Athenarum templi penetrabile interemerunt.

10. Zoe porro Augusta elatos Symeonis animos videns eiusque adversus Christianos grassationem non ferens, re cum optimatibus deliberata, foedus icere pacemque componere cum Agarenis statuit, omnesque Asiae copias ad debellandum profligandumque Symeonem traicere. missi proinde in Syriam Ioannes Rhodinus patricius et Michael Toxaras, qui paciscerentur. quo peracto, consueta erogatione donato milite, assumptis cohortibus ac legionibus in Thraciam transmisere, magistro Leone Phoca scholarum domestico, viro scilicet maioribus animis quam imperatoria solertia praedito. eductis itaque venerabilibus ac vivificis

τοῦ παλατίου, τοῦ Κεφαλᾶ λεγομένου, καὶ Κωνσταντίνου τοῦ Βασιλείου ἐν τῇ Θράκῃ, ἅπαντες προσκυνήσαντες καὶ ἐπομοσάμενοι συναποθνήσκουσιν ἀλλήλοις, πανστρατὶ κατὰ Βουλγάρων ἐξώρμησαν. ἤρχον δὲ τοῦ τόγματος Ἐξκουβίτων Ἰωάννης ὁ Γράψων, τοῦ δὲ ἰκανάτου ὁ τοῦ Μαρούλη υἱός· Ῥωμανὸς δὲ ὁ Ἀργυρὸς ἰστρατήγει καὶ Λέων ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ καὶ Βάρδας ὁ Φωκᾶς, οἷς συνῆν μὲν καὶ ὁ Μελίας μετὰ τῶν Ἀρμενίων καὶ οἱ ἄλλοι πάντες στρατηγοὶ τῶν θεμάτων, συνῆν δὲ καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις ὁ Κωνσταντῖνος πατρικίος ὁ Αἰψ Λέοντι δομεστικῷ, σύμ- D
 10 βουλος αὐτοῦ ἐν πᾶσι τοῖς ἀνήκουσιν ὦν. μηνὶ δὲ Αὐγούστῳ εἰκάδι, Ἰνδικτιῶνος ε', ὁ πόλεμος μετὰ τῶν Ῥωμαίων τε καὶ Βουλγάρων πρὸς τῷ Ἀχελῷῳ συγκεκρότηται ποταμῷ· καὶ οἶα τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα, ὡς ἀνεξηρεύνητα καὶ ἀνεξιχνίαστα, τρέπονται Ῥωμαῖοι πανστρατὶ καὶ γέγονε φυγὴ παντελῆς καὶ φορικώδης ὀλο-
 15 λυγῆ, τῶν μὲν ὑπ' ἀλλήλων συμπατομένων, τῶν δὲ ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναιρουμένων, αἵματός τε χύσις οἶα ἐξ αἰῶνος οὐ γέγονεν. ὁ δὲ Λέων ἐν Μεσημβρίᾳ διεσώθη φυγών. ἰσθάγη δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐν τῇ τοῦ πολέμου συμβολῇ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ P 241
 Αἰψ καὶ Ἰωάννης ὁ Γράψων καὶ ἄλλοι τῶν ἀρχόντων ἱκανοί.
 20 ἀπιστάλη δὲ καὶ Ῥωμανὸς πατρικίος δρογγάριος ὦν τῶν πλωτῶν μετὰ παντός τοῦ στόλου ἐν τῷ Δανουβίῳ ποταμῷ βοηθῆσαι Λέοντι τῷ Φωκᾷ· ἀλλὰ καὶ Ἰωάννης ὁ Βογᾶς καταγαγεῖν Πατζι-

7 μὲν] δὲ P

lignis, Constantini palatini cleri sacerdotum primi, cognomento Cephalae, Constantinique Baleliae opera, in Thracia, cum omnes haec venerati essent seque una commorituros iureiurando firmassent, in Bulgariam profecti sunt cum universo exercitu. praecerant excubiti turmae Ioannes Grapso, Icanati vero Marulis filius. Romanus Argyrus ducis potestate praerat, eiusque frater Leo et Bardas Phocas; quibuscum erat et Melias cum Armeniis, alique omnes thematum duces. praeter alios vero etiam cum Leone Domestico erat Constantinus patricius Afer, qui eius consiliis in omnibus quae ad ipsum attinebant uteretur. mensis itaque Augusti die vigesima, indictione quinta, Romanos inter atque Bulgaros ad Acheloum flumen commissa pugna (quae dei iudicia, quam inscrutabilia et impervestigabilia!) Romani omnes fusi fugatique, horrendo per exercitum omnem ululatu, cum se alii alios conculcarent, alios hostes perimerent, tanta hominum strage quanta nec a saeculo audita est. Leo aegre in Mesembriam sospes evasit. desiderati praee aliis in ipsa pugnae congressione Constantinus Afer et Ioannes Grapso procerumque alii non pauci. missus erat et Romanus rei navalis drungarius cum omni classe, ut Danubii littora legeret ac Leoni Phocae opem ferret; Ioannes item Bogas, uti dictum est, qui Patzinacas addu-

νάκας, ὡς εἶρηται. κελεισθέντος δὲ τοῦ δρουγγαρίου Ῥωμανοῦ
 τούτους διαπερᾶσαι κατὰ Βουλγάρων ὥστε συμμαχῆσαι Λέοντι
 τῷ Φωκᾷ, Ῥωμανοῦ δὲ καὶ Ἰωάννου εἰς ἔριδας καὶ λογομαχίας
B ἔλθόντων, ὁρῶντες αὐτοὺς οἱ Πατζινάκαι πρὸς ἀλλήλους διαμα-
 χομένους καὶ συστασιάζοντας ὑπεχώρησαν εἰς τὰ ἴδια. τοῦ πολέ- 5
 μου δὲ τέλος λαβόντος, καὶ ὑποστρεψάντων ἐν τῇ πόλει τοῦ τε
 Ῥωμανοῦ καὶ τοῦ Βογᾶ, τὰ καθ' ἑαυτῶν ἐκινήθησαν· καὶ εἰς
 τοσοῦτον κίνδυνον τὸν δρουγγάριον Ῥωμανὸν περιέστησαν, ὥστε
 καὶ καταδικάζουσιν ψῆφον ἐξήνεγκαν τῶν ὀφθαλμῶν στερηθῆναι
 ὡς ἀμελεία, μᾶλλον δὲ κακουργία μὴ διαπεράσαντα τοὺς Πατζι- 10
 νάκας, ἀλλ' ὑποχώρησαντα τάχιον καὶ μηδὲ τοὺς φεύγοντας Ῥω-
 μαίων ἐν τοῖς πλοίοις ὑποδεξάμενον. καὶ τοῦτο ἂν ἐπεπόνθει,
 εἰ μὴ παρὰ Κωνσταντίνου πατρικίου τοῦ Γογγύλη καὶ Στεφάνου
C μαγίστρου, ὡς δυναμένων παρὰ τῇ Ἀδγούστη πολλά, τὰ τῆς
 καταδίκης ἀντιράτη. τῶν δὲ Βουλγάρων τῇ νίκῃ κατεπαρθέντων 15
 καὶ ἐκστρατευσάντων μέχρι τῆς πόλεως, ἐξῆλθε Λέων ὁ δομέστι-
 κος τῶν σχολῶν καὶ Ἰωάννης ὁ ἑταιρειάρχης καὶ Νικόλαος ὁ υἱὸς
 τοῦ Δουκὸς εἰς χῶρον Θρακῶν οὕτω λεγόμενον Κατασύρτας ἅμα
 πλείστῳ λαῷ κατὰ Βουλγάρων. τῇ δὲ νυκτὶ ἀδοκῆτως ἐπιπεσόν-
 των αὐτοῖς τῶν Βουλγάρων, καὶ τοῦ δομεστικῶν φηρόντος, ἐσφάγη 20
 Νικόλαος ὁ υἱὸς τοῦ Δουκὸς καὶ πολλοὶ ἕτεροι μετ' αὐτοῦ.

11. Θεόδωρος οὖν ὁ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου παιδα-
 γωγός, ὁρῶν Κωνσταντῖνον παρακοιμώμενον εἰς Λέοντα τὸν ἴδιον

ceret. cumque Romanus drungarius in mandatis accepisset ut quos dice-
 bam Patzinacas, adversus Bulgaros Leoni Phocae auxilio futuros, traici-
 ceret, Romanusque et Ioannes in contentiones verborumque dissidia
 versi essent, videntes Patzinacae sic inter se discordes atque pugnan-
 tes, domum rediere. bello autem finito reversisque in urbem Romano
 ac Boga, mota quaestio est de eorum dissidio. ubi in tantum periculum
 adductae Romani drungarii res, ut amissionis luminum in se adversam
 sententiam tulerit, velut qui negligentia seu potius animi pravitate ac
 nequitia praesto non fuisset, ut Patzinacas traiceret, sed se citius
 subduxisset; qui denique ne Romanos quidem fugientes navibus excepis-
 set. ac certe oculis luisset, nisi Constantino Congyle et magistro Ste-
 phano, qua apud Augustam auctoritate longe maxima pollebant, conni-
 tentibus in contrarium sententia illi versa esset. Bulgaris autem victo-
 ria elatis ad ipsamque urbem excurrentibus, cum Leo scholarum dome-
 sticus Ioannesque hetaeriarcha et Nicolaus Ducis filius, in Thraciae
 locum quem Catasyrtas vocant, conferto agmine adversus Bulgaros es-
 sent egressi, noctu ex improviso irruentibus in eos Bulgaris ac dome-
 stico in fugam verso Nicolaus Ducis filius cum aliis multis occi-
 sus est.

11. Theodorus itaque Constantini imperatoris paedagogus, Con-
 stantinum accubitorem imperium transferre molientem in Leonem suum

γαμβρόν τὴν βασιλείαν σφετεριζόμενον, ἐπέθηκεν Κωνσταντίνῳ D
 τῷ βασιλεῖ Ῥωμανὸν τὸν δρουγγάριον προσλαβέσθαι ὡς πατρικὸν
 αὐτοῦ δουλὸν καὶ εἶνον τὰ πρὸς αὐτόν, ὡς ἂν ἦ σὺν αὐτῷ, καὶ
 διαφυλάττειν αὐτόν, καὶ ἐν οἷς ἂν δέη, σύμμαχον ἔχειν καὶ βοή-
 5 θόν. περὶ τούτου οὖν πολλάκις λαληθεὶς Ῥωμανὸς ἀπέπειπατο.
 γραμμάτιον οὖν ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος αὐτοχείρῳ διαπράξας
 γραφῇ καὶ ὑπογραφῇ διασφαλισάμενος ἀπέστειλεν αὐτῷ· ὅπερ
 αὐτὸς ἐπὶ χεῖρας λαβὼν ὑπέσχετο τὴν κατὰ τοῦ παρακοιμωμένου
 Κωνσταντίνου καὶ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ ἐπίθεισιν, ὡς δέει, ποιή- P 242
 10 σασθαι. τῆς φήμης οὖν ταύτης διαθεούσης, καὶ τοῦ παρακοι-
 μωμένου καταναγκάζοντος Ῥωμανὸν ἀποκινήσαι μετὰ τοῦ στόλου
 τὴν νεομισμένην ῥόγαν λαβόντος, ἐν τῇ ἔξαρτύσει δὲ ὄντος τοῦ
 Ῥωμανοῦ καὶ τὰ πλοῖα ἐντρέπίζοντος, ἐξῆλθεν Κωνσταντῖνος
 παρακοιμώμενος ὡς ἐπισπονδάζων αὐτόν τοῦ ἐκπλεῦσαι. ὁ δὲ
 15 τούτῳ δουλικῶ τῷ σχήματι προὔπηγησεν, καὶ προθύμως ποιή-
 σαι τὸ κελευόμενον ἐπηγγέλλετο· καὶ εἰ ἔχει ἄνδρας εὐειδεῖς καὶ
 γενναίους ἐπιτηδείους τὴν βασιλικὴν ἐρέτειν τριήρη ἐπόντος πρὸς
 Ῥωμανόν, οὗτος εὐθὺς ἔνευσεν τούτοις τῇ χειρὶ ἐτοιμοῖς οὔσι πλη-
 σίον ἔλθειν. οἱ δὲ τὰ τῆς βουλῆς εἰδότες, ἔγγιστα ἤδη τοῦ δρό- B
 20 μωνος Ῥωμανοῦ γεγονότος, ἐπειδὴ οὗτος ὀπίσω τοῦ παρακοιμω-
 μένου Κωνσταντίνου περιπατῶν ἀνήρπασεν αὐτόν ταῖς χερσὶ καὶ
 "ἄρατε αὐτόν" ἀνεφώνησεν, παραχρῆμα οὔτοι τοῦτον ἄρπασαν-
 τες εἰς τὴν τοῦ δρουγγαρίου Ῥωμανοῦ τριήρη εἰσήγαγον καὶ ἐν τῇ

9 δέοι? an δεῖ?

ex sorore affinem animadvertens, Constantino imperatori auctor est ut Romanum drungarium assumat, velut olim patris servum ingenuum illiusque propensa voluntate rebus studentem, ut cum ipso maneat, custosque et vindex atque defensor, cum necesse fuerit, illi existat. Romanus de his saepius interpellatus renuit. quapropter Constantinus ipse imperator literas propria manu exaratas subscriptioneque firmatas ad eum mittit; quibus ille acceptis Constantinum accubitorem eiusque affines se aggressurum, qua par fuerit ratione, pollicitus est. eius itaque rei late pervagante fama, cum accubitor Romanum urgeret ut cum classe militari iam stipendio donata proficisceretur, cum Romanus in navali quasi instructurus classem versaretur, venit ad eum Constantinus accubitor velut solvendae classis negotium maturaturus. cui Romanus servili habitu gestuque obviam factus, quod iubebatur promptius se facturum pollicitus est. cumque ex eo Constantinus sciscitaretur, num elegantes viros et fortes, ad imperatoriam impellendam triremem idoneos habeat, iubet statim Romanus manu expeditos illi praesto esse ac prope accedere. hi autem, quos consilium non lateret, Romani iam celoce proxima ipsoque Constantini accubitoris vestigia premente, cum is eum manibus corripuisset ac "tollite eum" clamasset, actutum raptum in Romani drungarii

ἀσφαλεία κατέιχον. οὐδείς οὖν ὁ ὑπερασπίζων ἦν ἢ κατοικτεῖρων τὸν ἄνθρωπον, πάντων τῶν συνόντων αὐτῷ χρησαμένων φυγῆ. ταῦτα Ζωὴ Ἀγούστα μαθοῦσα προσκαλεῖται τὸν πατριάρχην Νικόλαον καὶ τοὺς αὐτῆς μεγιστάνους, καὶ ἀποστέλλει πρὸς Ῥωμαῖον τὸ γεγονὸς θέλουσα μαθεῖν. τούτων οὖν διαπερασάντων, λί-5
C θοις ὁ λαὸς αὐτοὺς ἐξήλασαν βάλλοντες. ἔωθεν οὖν ἐξελθοῦσα Ζωὴ ἐν τῷ τοῦ Βουκολέοντος ἡλιακῷ ἐπεφώνει τῷ νύμφῃ καὶ πῦσι, πῶς ἄρα γέγονεν ἡ ἀνταρσία αὐτῆ; ἔφησε δὲ πρὸς αὐτὴν ὁ παι-
 δαγωγὸς τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου Θεόδωρος ὅτι διὰ τὸ ἀπολέ-10
 σαι Λέοντα τὸν Φωκᾶν τοὺς Ῥωμαίους καὶ Κωνσταντῖνον παρα-
 κοιμώμενον τὸ παλάτιον ταῦτα γέγονασι. προσελάβετο δὲ ὁ βα-
 σιλεὺς Νικόλαον τὸν πατριάρχην καὶ Στέφανον μάγιστρον συνεῖναι
 αὐτῷ ἐν τῷ παλατίῳ, τὴν ἔξουσίαν εἰς ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς μητρὸς
 ἐπισπώμενος. τῇ δὲ ἐπαύριον ἀπέστειλεν Ἰωάννην τὸν Τουβάκην
 Ζωὴν Ἀγούστιαν τοῦ παλατίου καταβιβάσαι. ἡ δὲ μετ' ὄλολυ-15
D γῆς καὶ δακρῶν τῷ ἑαυτῆς προσπλακεῖσα νύμφῃ πρὸς συμπάθειαν
 μητρικὴν καὶ οἴκτον τὸν υἱὸν ἐκίνησεν, ὡς τὸν βασιλέα εἰπεῖν πρὸς
 τοὺς ἄγοντας “ἐάσατε μετ’ ἐμοῦ εἶναι τὴν μητέρα μου.” οἱ δὲ
 ταύτην ἅμα τῷ λόγῳ ἀφῆκαν. προσκαλεσάμενος δὲ ὁ τε βασι-
 λεὺς καὶ ὁ πατριάρχης Ἰωάννην τὸν Γαριδᾶν προεβάλοντο δομέ-20
 στικὸν τῶν σχολῶν, δεδιότες μὴ εἰς ἀνταρσίαν χωρήσῃ ὁ Φωκᾶς
 Λέων. ὁ δὲ οὗτ’ ἔνευσε τοῦτο γενέσθαι, εἰ μὴ Θεόδωρον τὸν
 γυναικάδελφον αὐτοῦ τὸν Ζουφινέζερ καὶ Συμεὼν τὸν υἱὸν αὐτοῦ

triremem sub custodia tenendum intulere. qui autem virum defenderet aut ulla eius miseratione moveretur, ne unus quidem inventus est, mox fuga dilapsis omnibus qui illi comites essent. his ad Zoem Augustam perlatis, illa Nicolao suisque optimatibus accersitis ad Romanum mittit, qui facti causam inquirent. cum itaque traiecissent, populi coitione lapidibus appetiti ac fugati sunt. mane igitur egressa Zoe ad Bucoleonis solare horologium, filio cunctisque clamabat, quomodo rebellio haec contigisset. cui Theodorus Constantini imperatoris paedagogus, iccirco nimirum contigisse, quod Leo Phocas Romanos, Constantinus accubitor aulam perdidisset. interim imperator Nicolaum patriarcham et Stephanum magistrum sibi in aula adesse iubet, translata in se a matre potestate. postridie missus Ioannes Tubaces, qui Zoem Augustam aula eiceret. ea cum fletu ac eiulatu in filii complexus ruens ad maternam miserationem affectumque inflexit, ita sane ut imperator ad ducentes clamaverit “sinite ut mater mea mecum versetur;” vixque verbum protulerat, cum illi dimiserunt. accersitum vero imperator et patriarcha Ioannem Garidam scholarum domesticum esse iusserunt, veriti ne Leo Phocas in rebellionem verteretur. non acquievit ille ut munus acciperet, nisi Theodorus Zaphinezer illius levir et Symeon eius filius foede-

προεβάλετο ἑταιρειάρχας. ὄρκους οὖν βεβαιωθεὶς ἐπ' αὐτῶν
κατῆλθεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. οἱ δὲ παρανίκα τοὺς συγγενεῖς αὐ- P 243
τοῦ τοῦ παλατίου καταβιβάζουσιν. τούτων οὖν πρὸς αὐτὸν ἐλ-
θόντων, ὡς ἐθεάσατο αὐτούς, τρόμος αὐτὸν ἔλαβεν καὶ φρενῶν
5 ἕκστασις. εὐθὺς οὖν ἐξῆλθε πρὸς Ῥωμανόν, καὶ διηγήσατο αὐτῷ
οἷα πέπονθεν. συμφιλιωθείς οὖν αὐτῷ, καὶ ὄρκους δοὺς καὶ
λαβὼν ὥστε μίαν ἔχειν ἀμφοτέρους ψυχὴν, σέμφρων αὐτῷ καὶ
σύμπρους ἐγένετο, ὥστε καὶ γαμικὸν συνάλλαγμα ποιήσασθαι
συνεφώνησαν, πλεον ἐκ τούτου τὸν τῆς ἀγάπης δεσμὸν ἐπισφίγ-
10 γοντες.

12. Τῇ ἐκάδι οὖν τετάρτῃ τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἀποστέλ-
λει Ῥωμανὸς Ἰωάννην πρεσβύτερον, οἰκεῖον αὐτῷ καὶ πιστότατον
ὄντι, καὶ Θεόδωρον τὸν Ματζούκην εἰς τὸ παλάτιον ὑπεραπολο- B
γομένους, ὡς οὐκ ἐπ' ἀνταρσίας γέγονε τὸ παρ' ἐμοῦ διαπραχθέν,
15 ἀλλὰ τὴν τοῦ Φωκᾶ ἐπίθεσιν ὑφορώμενος, καὶ δεδιὼς μὴ τι νεω-
τερισθείη παρ' αὐτοῦ εἰς τὸν βασιλέα, τοῦτον ἕνεκα ἀνελθεῖν ἐν
τῷ παλατίῳ βεβούλευμαι καὶ τὴν φυλακὴν ποιῆσθαι τοῦ βασι-
λέως. μὴ σενεδοκοῦντος δὲ Νικολάου πατριάρχου ἐν τούτῳ,
ἐμνήσθη Ῥωμανὸς παρὰ Θεοδώρου τοῦ ῥηθέντος παιδαγωγοῦ ἐλ-
20 θεῖν μετὰ στόλου παντὸς μέχρι τοῦ Βουκολέοντος. ὅς μετὰ τῶν
σὺν αὐτῷ βουλευσόμενος (τὸ γὰρ ἄγον ἦγεν αὐτὸν) τῇ ἡμέρᾳ
τοῦ εὐαγγελισμοῦ τῆς ὑπεραμώμου παρθένου καὶ Θεοτόκου
(πέμπτη δὲ ἦν) ἦλθεν ἐνόπλιος ἅμα τῷ στόλῳ παντὶ ἐν τῷ Βου- C

1 ἑταιρειάρχην P, ἑταιρειάρχας margo

ratorum turmis praeficerentur. amborum itaque iureiurando fretus, in
domum suam venit; moxque illius affines ab eis aula eiecti. quos ad se
venientes ut adspexit, tremor stuporque eum invasit. confestim igitur
ad Romanum venit, et quae illi acciderant narravit. arctiori itaque ami-
citia illi implicatur, datisque et acceptis iuramentis, uno in posterum
animo futuros, uno animi sensu ac consensione efficiuntur; ut et nuptia-
rum foedera se iuncturos paciscerentur eaque ratione caritatis vinculo
magis adstringerentur.

12. Secundum haec igitur vigesima quarta mensis Martii mittit
Romanus Ioannem presbyterum domesticum suum eundemque fidelissi-
mum, nec non Theodorum Matzucem, qui ipsius in palatio causam age-
rent. nihil spectare ad rebellionem, quod ab eo factum erat: unum
duntaxat veritum, Phocae molimina, ac metuentem ne ille novis rebus
adversus imperatorem studeret, iccirco consilium iniisse ut in regiam
veniret ac imperatori praesidio esset. non approbante Nicolao pa-
triarcha nec assentiente, is, quem dicebam, Theodorus paedagogus Ro-
mano mandat ut cum omni classe ad Bucoleonem veniat. re itaque cum
suis deliberata (nam urgebat fatum), ipso intemperatissimae virginis ac
dei genitricis annuntiationis solempni die, feria quinta, manu armata cum

κολέοντι. καὶ παρευθὺν Στέφανος μὲν μάγιστρος ἐξήλθε τοῦ παλατίου, Νικήτας δὲ πατριάρχης ὁ συμπευθερός Ῥωμανοῦ ἀνελθὼν ἐν τῷ παλατίῳ ἐξήγαγεν ἐκεῖθεν τὸν πατριάρχην Νικόλαον. ὄρκους οὖν βεβαιώθεντες οἱ τοῦ παλατίου παρὰ Ῥωμανοῦ ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν τὸν ζωοποιὸν καὶ τίμιον σταυρὸν καὶ προσκνήσας αὐτὸν καὶ ὄρκους βεβαιώσας αὐτοὺς ἀνῆλθε μετ' αὐτῶν ἐν τῷ παλατίῳ καὶ ὀλίγων τινῶν, προσκνήσων τὸν βασιλέα. καὶ εἰσελθὼν μετ' αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ τῷ ἐν τῷ Φάρῳ, καὶ πίστεις αὐτῷ δοὺς καὶ λαβὼν, παρευθὺν προχειρίζεται πῦρ' αὐτοῦ μάγιστρος **D** καὶ μέγας ἐταιρειάρχης. αὐτίκα γοῦν θεῖα κέλευσις πρὸς Λέοντα **10** τὸν Φωκᾶν, παρεγγνωμένη μηδαμῶς στάσιν τινὰ ἐννοήσει. ὥσαύτως καὶ γράμματα ἐκελεύσθη Κωνσταντῖνος παρακοιμώμενος γράψαι, τὰ ὅμοια αὐτῶν παραγγέλλοντα καὶ μηδὲν ἐναντίον βουλευσασθαι, ἀλλ' ἐν ὑποταγῇ εἶναι βασιλέως Κωνσταντίνου. ἀναλαβόμενος οὖν ταῦτα Ἀνδρέας πριμικήριος τοῦ βασιλικοῦ βεστια- **15** ρίου ἀπεκόμισεν αὐτῷ ταῦτα ἐν Καππαδοκίᾳ ὄντι· καὶ δεξάμενος ταῦτα καὶ ἀναγνοὺς, ἀπελθὼν ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἡσύχαζεν.

P 244

13. Τῇ δὲ πέμπτῃ ἑβδομάδι τῶν ἁγίων νηστειῶν, Ἀπριλίῳ μηνί, δίδεται ἀρραβῶν γαμικοῦ συναλλάγματος παρὰ Κωνσταντίνου βασιλέως Ἐλένη τῇ θυγατρὶ Ῥωμανοῦ, ἣ πρὸς κάλλος **20** σωματικὸν προσήκμαζεν καὶ σύνεσις· καὶ τῇ τρίτῃ τοῦ πάσχα, λεγομένη τῆς Γαλιλαίας, εὐλογεῖται καὶ στεφανοῦται ἅμα αὕτη παρὰ Νικολάου πατριάρχου, Ῥωμανὸν βασιλειοπάτορα προβαλο-

universa classe ad Bucoleonem venit; statimque magister Stephanus aula discedit. Nicetas autem patricius Romani consocer in palatium veniens Nicolaum patriarcham inde extrusit. aulicorum ergo animis Romani iureiurando firmatis, pretiosam ac vivificam ad eum miserunt crucem; quam ille veneratus, iterumque sacramento interposito fidem obstringens, cum eis paucisque comitum imperatorem salutaturus in palatium adscendit. ingressusque cum eo in templum quod est in Pharo, dataque ibi et accepta securitatis fide, confestim magister et magnus hetaeriararcha praeficitur. statim ergo sacra iussio ad Leonem Phocam missa, qua is ab omni conflandae seditiois proposito absterreretur. Constantinus quoque accubitor in eandem sententiam scribere iussus, et ut nihil in adversum molliatur, sed perseveret imperatori Constantino subesse. acceptas sacras Andreas regii vestiarii primicerius ad eum tunc in Capadocia versantem defert; quibus ille acceptis lectisque se domum recipiens privatus egit.

13. Quinta sanctorum ieiuniorum hebdomada, mense Aprili, data a Constantino imperatore Helenae Romani filiae (quam praeter corporis speciem animi quoque prudentia spectabilem reddebat) contractus nuptialis arrha, tertiaque paschae (quam Galilaeae vocant) benedicitur unaque cum illa a Nicolao patriarcha corollis nuptialibus redimitur;

μενος· ἀντ' αὐτοῦ δὲ Χριστοφόρον υἱὸν αὐτοῦ ἑταιρειάρχην κατέ-
 στησε. μετ' οὐ πολὸν δὲ Λέων ὁ Φωκᾶς ἀπατηθεὶς παρὰ τε τι-
 νῶν ἀρχόντων καὶ τῶν αὐτοῦ ταγματῶν πρὸς ἀνταρσίαν κινεῖται.
 καὶ ἀνελάβετο σὺν αὐτῷ τὸν τε παρακοιμώμενον Κωνσταντῖνον,
 5 καὶ Κωνσταντῖνον καὶ Ἀνυστάσιον τοὺς Γογγυλίους καὶ αὐταδελ- **B**
 φούς, καὶ Κωνσταντῖνον πρωτασηκροῆτιν τὸν Μαλελίας, πληρο-
 φορῶν ὑπάντας καὶ βεβαιῶν ὡς ὑπὲρ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου
 τὴν αὐτὴν ποιεῖται κίνησιν. Ῥωμανὸς δὲ ὁ βασιλειοπάτωρ χρο-
 σοβοῦλλια ποιήσας ἐνυπόγραφα ὡς ἐκ προσώπου τοῦ βασιλέως
 10 Κωνσταντίνου, τῆς τοιαύτης ἐπιβουλῆς ἀνατροπὴν περιέχοντα,
 καὶ ὡς οἱ τὸν Φωκᾶν καταλιμπάνοντες τῷ βασιλεῖ δὲ προσφεύ-
 γοντες ὑπὲρ τοῦ βασιλέως εἰσιν, δούς αὐτὰ Ἄνη γυναικὶ ἀναιδεῖ
 καὶ θρασεῖα, ἣν καὶ Βασιλικὴν προσηγόρευσαν, καὶ κληρικῷ τινὶ **C**
 Μιχαήλ, ἐν τῷ αὐτοῦ στρατοπέδῳ ἐξέπεμψεν. οἱ δὲ ταῦτα ἀνα-
 15 λαβόμενοι λάθρα δίδασπειραν παντὶ τῷ στρατῷ. καὶ ὁ μὲν Μι-
 χαήλ φωραθεὶς παρὰ τοῦ Φωκᾶ, ἀηλεῶς τυφθεὶς, τὴν τε ῥίνα
 καὶ τὰ ὦτα ἀπετμήθη· ὃς μετὰ ταῦτα παρὰ Ῥωμανοῦ τῆς προση-
 γούσης ἔτυχεν ἀμοιβῆς· ὡσαύτως καὶ ἡ σὺν αὐτῷ σταλεῖσα γυνή.
 πρῶτος οὖν ὁ τοῦ Βαρυμιχαήλ υἱὸς Κωνσταντίνος, τοῦ τάγματος
 20 ἀρχῶν τῶν ἰκανάτων, καταλιπὼν τὸν Φωκᾶν τῷ Ῥωμανῷ προσέ-
 δραμεν, ἀρχὴ γεγονὼς καταλύσεως τῆς τοιαύτης ἀποστασίας.
 σὺν αὐτῷ δὲ καὶ ὁ Βαλάντιος καὶ ὁ λεγόμενος Ἀτζμωρος, τουρ- **D**
 μάρχοι ὄντες καὶ ἀμφότεροι. Λέων οὖν ὁ Φωκᾶς μετὰ λαοῦ

quando et Romanum provehit imperatoris patrem, eius filio Christo-
 phoro in patris locum hetaeriarcha promoti. nec multum temporis ab-
 scesserat, cum Leo Phocas, quorundam procerum ac tribunorum suasu
 subiectarumque ei legionum hortatu, res novas molitur; accitoque Con-
 stantino accubitore Constantinoque et Anastasio Gonguliis germanis fra-
 tribus, nec non Constantino Maleliano a secretis primo, cunctis persua-
 dere nititur in gratiam Constantini imperatoris eam se motionem facere.
 Romanus vero imperatoris pater bullis aureis ac diplomatis subscriptione
 munitis, quasi ex Constantini imperatoris persona, quibus ea molitio
 evertetur, eosque qui Phoca relicto ad imperatorem confugerent ab
 imperatoris stare partibus significabatur, editis, mulierique effron-
 ti ac temerariae Annae nomine (quam et Basilicam appellarunt, ac si impe-
 ratoriam dicas) ac clerico cuidam Michaeli contraditis, in Leonis castra
 emisit. hi accepta diplomata toto late exercitu clanculum sparserunt.
 ac Michael quidem a Phoca deprehensus, verberibus dire contusus, naso
 auribusque multatus est. verum is postea a Romano convenientem vic-
 cem consecutus est, pariterque cum illo submissa mulier. primus ita-
 que Constantinus legionis Icanatorum dux, Barymichaelis filius, a Leone
 ad Romanum transivit, eiusque convellendae defectionis primus auctor
 fuit. secuti vero etiam Balantius, et quem vocant Atzmorus, ipsi quo-
 que ambo tribuni. Leo igitur Phocas, quo fretus erat, ingenti omni

πλείστον ἰσχυρῶς καθωπλισμένου ἐν Χρυσοπόλει καταλαβὼν διέ-
 στησε πυραυτάξεις ἀπὸ τῆς λιθίνης δαμάλεως μέχρι Χαλκηδόνος,
 τοὺς ἐν πόλει φοβῶν. ἀποστέλλεται οὖν μετὰ δρόμωνος παρὰ
 Ῥωμανοῦ Συμεῶν ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου, λόγον ἐνυπόγραφον
 τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου ἐπιφερόμενος, τάδε διαγορεύοντα,
 P 245 (14) ὡς ἐγὼ φύλακα τῆς ἐμῆς δεσποτείας καὶ βασιλείας ἐρη-
 γορώτατον καὶ ἐνούστατον καὶ πιστότατον οὐδένα τῶν ὑπὸ χεῖρα
 ἢ Ῥωμανὸν εὐρηκῶς τούτῳ τὴν ἐμὴν φυλακὴν μετὰ θεὸν ἐπίστευσαι
 καὶ ἀντὶ πατρὸς αὐτὸν ἔκρινα, σπλάγγνα πατρικὰ καὶ διάθεσιν
 γονικὴν πρὸς ἐμὲ ἐνδειξάμενον. Λέοντα δὲ τὸν Φωκᾶν αἰεὶ τῇ
 ἐμῇ βασιλείᾳ ὑποπατεύων ἐπιβουλεύειν νῦν μὲν ἔργοις αὐτοῖς ἐπί-
 βουλον εὔρηκα καὶ τῆς ἐμῆς ἀρχῆς τυραννικῶς κατεξανιστάμενον.
 διὸ οὔτε δομέστικον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ νῦν εἶναι βούλομαι· οὔτε γὰρ
 ταύτην τὴν ἀνταρσίαν μετὰ βουλῆς ἐμῆς πεπραχέναι φημί, ἀλλ'
 αὐθαιρέτῳ γνώμῃ ταύτην ποιήσασθαι τὴν ἐπίθεσιν, ἑαυτῷ τὴν
 βασιλείαν σφετεριζόμενον. τούτων οὖν τῷ λαῷ ἀναγνωσθέντων
 B ἤρξαντο πάντες ἀναχωρεῖν καὶ τῷ βασιλεοπάτορι προσρῦεσθαι
 Ῥωμανῷ. τοῦ Φωκᾶ δὲ εἰς ἀμηχανίαν περιστάντος καὶ ἀπογνόν-
 τος ὡς πάσης ἐλπίδος ἡστοχηκός, καὶ χρησαμένου φυγῇ καὶ
 πρὸς τὸ κάστρον Ἀτεοῦς παραγενομένου καὶ μὴ δεχθέντος, ἐν
 χωρίῳ ὀνομαζομένῳ Γοηλέοντι καταστήσαντος καὶ συλληφθέντος,
 ἀπέστειλεν Ῥωμανὸς Ἰωάννην τὸν Τουβάκην καὶ Λέοντα τὸν αὐ-
 τοῦ συγγενῆ ὥστε εἰσαγαγεῖν αὐτὸν ἐν τῇ πόλει. οἱ δὲ τοῦτον

armorum genere instructo exercitu Chrysopolim veniens, a Iuvenca la-
 pidea Chalcedonem usque, ad terrorem civibus incutiendum, late aciem
 extendit. interim vero missus a Romano cum celoce Symeon caniclei
 praefectus cum literis, Constantini imperatoris subscriptione munitis.
 literarum hic erat tenor, haec sententia. (14) "cum alium neminem
 dominationis meae ac maiestatis vigilantiorem magisque benevolum ac
 fidiorem custodem, inter omnes qui meae dicionis sunt ac imperio sub-
 sunt, Romano invenerim, huic secundum deum mei custodiam commisi,
 ipsumque loco patris habeo, qui paterna erga me viscera ac genitoris
 propensum animum ostenderit. Leonem vero Phocam cum semper insi-
 diarium suspectum habuerim, nunc re ipsa insidiantem offendi, ac qui
 tyranni potestate maiestati meae rebellet. quamobrem nec domesticum
 deinceps eum esse volo. neque enim hanc meo iussu orditum telam
 agnosco, sed ipsum a se ultroque lacessere ac grassari, ut in se impe-
 rium transferat, pronuntio." lectis itaque audiente exercitu literis, coe-
 perunt omnes a Leone ad Romanum imperatoris patrem desciscere.
 Leo consilii inops rebusque desperatis, cui nihil praesto ad res sarcien-
 das suppeteret, salutem fuga quaerens ad Ateus castrum pervenit; eo-
 que repulsus, in vico Goeleo nomine constitutus capitur. missi deinde
 a Romano Ioannes Tubaces et Leo eius cognatus, qui eum in urbem

κρατήσαντες ἀπετύφλωσαν, καίτοι μηδεμίαν περὶ τούτου δεξάμενοι ἐντολὴν καὶ αὐθαιρέτῳ γνώμῃ τοῦτο πεποιηκότες, ὡς ἀγανακτῆσαι ἐπὶ τούτῳ καὶ τὸν βασιλεοπάτορα Ῥωμανόν.

15. Ἀγούστῳ δὲ μηνὶ κατεμηνύθη τὰ τῆς ἐπιβουλῆς **C**
 5 Κωνσταντίνου Κτηματινοῦ καὶ Δαβὶδ Καμουλιανοῦ καὶ Μιχαὴλ κουράτωρος τῶν μαγγάνων· καὶ τυφλωθέντες οὗτοι διὰ μέσης διήλθον τῆς πόλεως καὶ ἔξορίᾳ παρεπέμφθησαν. ἤγαγον δὲ καὶ Λέοντα μάγιστρον καὶ δομέστικον τῶν σχολῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ διήλθεν ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ ἡμιόνῳ καθεζόμενος.

16. Ἐφωράθη δὲ καὶ Ζωὴ Ἀγούστια ἐπιβουλεύουσα Ῥω-
 5 μανῶ διὰ πεφαρμαγμένων βρωμάτων, ὑπὸ Θεοκλήτου νοταρίου τῆς ὑπουργίας σκευασθέντων· καὶ ταύτην τοῦ πύλατιον καταβί-
 βάζουσιν καὶ εἰς τὸ Πετρίον ἀπάγουσιν ἐν τῇ τῆς ἁγίας Εὐφημίας
 10 μονῇ ἀποκείραντες. προσεκλήθη δὲ παρὰ Θεοφυλάκτου πατρι-
 5 κίου καὶ κόμητος τοῦ στάβλου εἰς ἄριστον ὁ παιδαγωγὸς Κων- **D**
 σταντίνου βασιλέως Θεόδωρος καὶ Συμεὼν ὁ αὐτοῦ ἀδελφός·
 ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν εἰσῆλθεν Ἰωάννης δρογγάριος τῆς βίγλης ὁ
 Κουρκούας λεγόμενος μετὰ πλείστον λαοῦ, καὶ τούτους ἀναρπά-
 20 σας εἰς τὸ Ὀψίκιον ἐξώρισεν ἐν τοῖς ἐαυτῶν προαστείοις ὡς κατὰ
 Ῥωμανοῦ μελετώντας.

17. Εἰκάδι δὲ τετάρτῃ Σεπτεμβρίου μηνὸς τιμᾶται Ῥω-
 5 μανὸς τῇ τοῦ Καίσαρος ἄξιᾳ· καὶ Δεκεμβρίῳ μηνί, ἰζ' τοῦ μη-

inducerent. illi vero cum cepissent, oculis orbarunt, quanquam nullo eius rei mandato accepto, sed sua ipsi instincti voluntate, ut et imperatoris pater eo nomine indignatus sit.

15. Mense Augusto detectae Constantini Ctematini, Davidis Camuliani et Michaelis manganorum curatoris insidiae. quapropter hi quoque caecatis luminibus, per mediam urbem traducti, in exsilium missi sunt. adductus et Leo magister et scholarum domesticus, muloque insidens ignominiae causa per medium forum traductus.

16. Zoe quoque deprehensa machinari mortem Romano per cibos medicatos, instruente dapes Theocleto officii notario. quare hanc etiam aula eiectam inque Petrium abductam in S. Euphemiae monasterio totonderunt. invitatis vero ad prandium a Theophylacto patricio ac stabuli comite Theodoro Constantini imperatoris paedagogo eiusque fratre Symeone, inter epulas ingressus Ioannes excubiarum drungarius dictus Curcuas cum multo satellitio, arreptos illos, tanquam adversus Romanum machinatos, ad Opsicium in suis ipsorum suburbanis eos exsulare cogit.

17. Mensis Septembris die vigesima quarta Romanus Caesaris actus est dignitate; mensis vero Decembris die decimo septimo, qua do-

νός, τῇ τῶν προπατόρων κυριακῇ, τῷ τῆς βασιλείας στέφεται διαδήματι παρὰ Κωνσταντίνου βασιλέως καὶ Νικολάου πατριάρχου.

Β Α Σ Ι Λ Ε Ι Α

Ρ Ω Μ Α Ν Ο Υ.

P 246 ¹ **Ε**ν ἔτει *ξυκῆ*, ἰνδικτιῶνος ἧ' καὶ Ἰανουαρίῳ ε', τῇ τῶν ἁγίων φώτων ἡμέρᾳ στέφει Θεοδώραν τὴν γυναικα αὐτοῦ. Μαίῳ δὲ 5 μηνί ιε' στέφει Χριστοφόρον τὸν υἱὸν αὐτοῦ διὰ βασιλέως τῇ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς ἡμέρᾳ, καὶ μόνοι δύο ἐν τῇ αὐτῇ προελεύσει προῆλθον. Ἰουλίῳ δὲ μηνί, ἰνδικτιῶνος ἧ', ἡμέρᾳ κυριακῇ, ἡ τῆς ἐκκλησίας παρὰ Ῥωμανοῦ γέγονεν ἔνωσις, ἀπάντων ἐνωθέντων μητροπολιτῶν τε καὶ κληρικῶν τῶν ἀπὸ Νικολάου πατριάρχου 1 καὶ Εὐθυμίου διεσχισμένων.

2. Ὀγδόῃ δὲ Φεβρουαρίου μηνός, ἰνδικτιῶνος θ', ἀποστείλας Ῥωμανὸς ὑπερορῆζει Στέφανον τῆς Καλομαρίας εἰς τὴν Ἀντιγόνου νῆσον, ὡς τῆς βασιλείας ἐφίεσθαι κατηγορηθέντα, μοναχὸν αὐτὸν ἀποκείρας ἅμα Θεοφάνει Τειχιώτῃ καὶ Παύλῳ 1 Ὀρφανοτρόφῳ ἀνθρώποις αὐτοῦ.

3. Ἐποίησεν δὲ Ῥωμανὸς βασιλεὺς πρόκενσον ἐν τῷ τριβουναλίῳ, συνηγμένων ἀπάντων μεθ' ὀπλων ἐκεῖσε. ἀδνουμίου

7 μόνοι οἱ δύο?

13 Καλαμβρίας P, Καλομαρίας margo

minica Christi progenitorum solennis memoria agitur, imperiali stemmate a Constantino imperatore et Nicolao patriarcha donatur.

ROMANI IMPERIUM.

Anno 6428, indictione octava ac Ianuarii sexta, sanctorum luminum die festo, Romanus uxorem suam Theodoram Augustali corona donat, moxque Maii decima septima filium suum Christophorum coronat per imperatorem sacro pentecostes die; amboque soli ea in pompa processerunt. mense Iulio, indictione octava, die dominica, ecclesiae per Romanum composita unio est, cunctis metropolitibus clericisque unitis, quos Nicolai patriarchae et Euthymii causa hactenus scissos habuerat.

2. Octava Februarii, indictione nona, mittens Romanus Stephanum Calomariae filium in Antigoniam insulam in exsiliu mittit, maiestatis accusatum, inque monachum detondet cum Theophane Tichote et Paulo Orphanotropho, illius domesticis.

3. Romanus imperator, dum solennem processum ad tribunalium habet, cunctis illic cohortibus cum armis congregatis recensitoque exer-

δὲ γενομένου αἰφνίδιον Ῥωμανὸς καὶ Κωνσταντῖνος τάχει πολλῶν P 247
 εἰς τὸ παλάτιον ὑποστρέφει. ἐμηνύθη γὰρ παρὰ Λέοντος ἀν-
 θρώπου τοῦ Ἀρσενίου ἢ αὐτοῦ Ἀρσενίου ἐπιβουλή καὶ Παύλου
 μυγγλαβίτου· οἱ τυφθέντες καὶ δημευθέντες ἐξωρίσθησαν. ἦν δὲ
 5 τότε παραδυναστεύων ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης ὁ ραίκτωρ, ὃς
 Λέοντα τὸν τοῦ Ἀρσενίου ἐποίησεν ἐβδομαδάριον, τῷ βασιλεῖ
 τοῦτον προσοικειώσας. Ῥωμανὸν δὲ τὸν υἱὸν Λέοντος, ὡς ἔφθην
 εἰπών, τοῦ Ἀργυροῦ, Ῥωμανὸς ὁ βασιλεὺς γαμβρὸν ἐποίησατο,
 ἄνδρα ὄντα ὑπερώμιον, καὶ κάλλι σώματος καὶ ἰδέα καὶ συνέσει
 10 καὶ μάλιστα τῇ ἐλεημοσύνῃ καὶ ἐπιδόσει καὶ τῇ ἀγαθότητι καὶ B
 ἀπλότῃτι κοσμούμενον, δοὺς αὐτῷ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Ἀγάθην.

4. Ἐγένετό τις Ῥεντάκιος Ἑλλαδικός, συγγενὴς ὢν Ni-
 κήτα τοῦ πατρικίου, ἀπαιδεντος δὲ καὶ πατραλοίας· ὃς τὸν ἐαν-
 τοῦ πατέρα καταδιώκων φρονεῦσαι, ἐπειδήπερ ἐκείνος φεύγων αὐ-
 15 τοῦ τὴν ἐπίθεσιν ἐν πλοίῳ εἰσελθὼν ἐξέπλει καὶ παρὰ Σαρακηνῶν
 τῶν Κρητῶν κατεσχέθη, οὗτος ὁ Ῥεντάκιος ἄδειαν εὐρῶν πάντα
 τὰ τοῦ πατρὸς ἐλήθσατο, καὶ ἐν τῇ πόλει ἐλθὼν τῇ μεγάλῃ τοῦ
 Θεοῦ ἐκκλησίᾳ προσέφυγεν. Ῥωμανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς τὰς αὐτοῦ
 ἀταξίας καὶ λεηλασίας ἀναμαθὼν τοῦτον τῆς ἐκκλησίας ἐξαγαγεῖν C
 20 ἐβουλεύσατο καὶ παιδεῦσαι. ὁ δὲ ψευδεῖς ἐπιστολὰς πρὸς Βουλ-
 γάρους πλασάμενος πρὸς αὐτοὺς αὐτομολῆσαι ἐβούλετο, κρατη-
 θεὶς δὲ καὶ ἐλεγχθεὶς τῆς τε οὐσίας καὶ τῶν ὀφθαλμῶν στερεῖται.

citu, quam celerrime se ipse pariter ac Constantinus in palatium receperunt. delatus enim Arsenius a Leone eius famulo, et Paulus manglabita, insidias struere. hinc verberibus subacti, ac bonis publicatis, exsilio relegati sunt. erat tunc administrandae rei publicae adiutor ac subadiuva Ioannes presbyter rector. is Leonem Arsenii domesticum hebdomadarium fecit, in imperatoris gratiam eum insinuans. Romanum vero Leonis filium, uti superius dicebam, virum altis humeris ac corporis pulchritudine specieque et prudentia, cum primis vero eleemosynarum studio et largitate et benignitate ac simplicitate egregie ornatum, Romanus imperator Agatha filia ei locata uxore sibi generum adsciscit.

4. Fuit Rentacius quidam vir Attica oriundus, Nicetae patricio sanguinis necessitudine coniunctus, homo insolens et parricida. is cum patrem suum, necem ei illaturus, persequeretur, ac pater illius vim furoremque fugiens conscensa navi a Saracenis Cretensibus inter navigandum captus esset, licentiam nactus patris omnia diripuit atque vastavit, inque urbem veniens in magnam dei ecclesiam profugit. Romanus vero imperator, cognita hominis petulantia rapinisque eius ac direptionibus, ecclesia eductum poenis mancipare decreverat. ille confictis ad Bulgaros literis ad illos transfugere in animum cum induxisset, tentus convictusque bonorum luminumque amissione luit.

5. Τῶν δὲ Βουλγάρων πάλιν ἔξελασάντων μέχρι Κατασύρτων μετὰ τὴν τοῦ δομestikou Ἀδραλέστου τελευταίην, προεβλήθη Πόθος ὁ τοῦ Ἀργυροῦ, ἀνὴρ κάλλιστος καὶ ἐμπειρότατος, δομέστικος τῶν σχολῶν· καὶ μέχρι Θερμοπόλεως μετὰ τῶν ταγμα-
D των ἐξελθῶν ἀπέστειλε Μιχαὴλ τὸν τοῦ Μωρολέοντος υἱόν, το-5
 ποτηρητὴν ὄντα, τοὺς Βουλγάρους κατασκοπήσαι. ὁ δὲ ἀπροό-
 πτως τῷ λόγῳ αὐτῶν ἐμπεσὼν πολλοὺς μὲν τῶν Βουλγάρων ἀνεΐ-
 λεν, πληγεῖς δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ πόλει εἰσελθὼν ἐτελεύτησεν.

6. Ἐμνηθῆ δὲ τότε διὰ Θεοκλήτου νοταρίου τῆς ὑπουργίας ἢ κατὰ Ῥωμανοῦ βασιλέως ἐπιβουλή Ἀναστασίου σακελλα-
 ρίου καὶ ἄρχοντος τοῦ χρυσοχέστου, καὶ Θεοδωρήτου κοιτωνίτου,
 καὶ Δημητρίου βασιλικῶ νοταρίου τοῦ εἰδικῶ, καὶ Νικολάου
P 248 τοῦ Κουβάτζη καὶ Θεοδότου πρωτοκαράβου, οἳ ὑπὲρ Κωνσταν-
 τίνου βασιλέως δῆθεν ἐσπούδαζον· καὶ διελεγχθέντες ἐτύφθησαν
 καὶ ἐν τῇ μέσῃ διήλθον καὶ ὑπερόριοι κατέστησαν. ὁ δὲ Θεοδώ-
 15 ρητος ἰδίᾳ ἐν τῷ Τρικόνῳ τοῦ παλατίου τυφθεὶς καὶ αὐτὸς ἐξω-
 ρίσθη. τὸν δὲ Ἀναστάσιον σακελλάριον ἀπέκειραν ἐν τῇ μονῇ
 τῶν Ἐλεγμαῶν, ἔνθα καὶ τελευτᾷ.

7. Τῆς τοιαύτης δὲ προφάσεως λαβόμενος Ῥωμανὸς τὸν
 βασιλέα Κωνσταντῖνον ὑποβιβάζει καὶ δεῦτερον καθίστησιν, ἐαυ-
 τὸν δὲ προάγει εἰς τοῦ ἔμπροσθεν, τῷ τὰς ἐπιβουλάς καὶ τὸν ἐξ
B αὐτῶν θάνατον δεδοικέναι, τῇ ἐπιπορκίᾳ, φεῦ τῶν ἀνθρώπων

5. Bulgaris autem ad Catasyrtas usque post Adralestae domesticī mortem excurrentibus, Pothus Argyrus, vir optimus bellicaeque rei peritissimus, scholarum domesticus ei sufficitur; castrisque ad Thermopolim positis Michaelē Moroleonis filium, vicarias ipsius partes agentem, Bulgarorum motum exploratum mittit. hic in Bulgarorum ex improviso delapsus cuneum multam quidem Bulgarorum stragem edidit: verum ipse quoque letali accepto vulnere in urbem reversus in vivis esse desiit.

6. Eo tempore detectae, Theocleto officii notario deferente, structae Romano imperatori insidiae. auctores erant Anastasius sacellarius et aurificinae praepositus et Theodoretus cubicularius et Demetrius regii fisci notarius et Nicolaus Cubatzes et Theodotus protocarabus. hi videlicet imperatori Constantino studebant. convicti vero, verberibus subacti ac per mediam delati urbem, in exsilium eiecti sunt. Theodoretus seorsum in Triconcho palatii caesus, ipse quoque in exsilium pulsus est. Anastasium autem sacellarium in Elegmorum monasterio caesarie multarunt; quo loco defunctus est.

7. Eo Romanus praetextu ac occasione Constantinum imperatorem primo gradu deicit secundoque ordine constituit, ac ipse sibi primas arripuit, quod nimirum insidias indeque impendentem mortem metueret; periurique (heu res humanas!) sibi crimen adsciscit. iureiurando enim

πραγμάτων! περιπεσών· προησφαλίσατο καὶ γὰρ μὴ ἑαυτὸν ἀνα-
γυρεῦσαι τούτου ἔμπροσθεν αὐτοκράτορα.

8. Ἐκστρατεύει δὲ πάλιν Συμεὼν κατὰ Ῥωμαίων· καὶ
πλήθος Βουλγάρων ἀποστείλας ἅμα καὶ Χαγάνῳ καὶ Μηρικῷ καὶ
5 ἑτέροις ἐκέλευσεν κατὰ τῆς πόλεως ὅτι τάχιστα ἐξελαύνειν. διελ-
θόντες οὖν διὰ τῶν ὄρων ἤλθον μέχρι τῶν Μαγγλαβῶν. τὴν αὐ-
τῶν δὲ ἔφοδον μαθὼν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανός, λογισάμενος μὴ τὰ
τῶν Πηγῶν παλάτια καὶ τὸ Στενὸν κατελθόντες ἐμπρήσωσιν,
Ἰωάννην ῥαίκτηρα ἀποστέλλει ἅμα Λέοντι καὶ Πόθῳ τοῖς Ἀργυ- C
10 ροῖς, ἔχοντας μεθ' ἑαυτῶν πλήθος ἱκανὸν ἔκ τε τῶν βασιλικῶν
καὶ τῆς ἑταιρείας καὶ τῶν ταγματικῶν· οἷς συνῆν καὶ Ἀλέξιος
πατρικίος δρουγγάριος τῶν πλωίμων ὁ Μουσελὲ μετὰ τοῦ λαοῦ
αὐτοῦ. ἦν δὲ πέμπτη τῶν νήστειῶν ἐβδομιάς. διατάξαντες οὖ-
15 τοι τὸν λαὸν ἐν τοῖς πεδινοῖς καὶ χθαμαλωτέροις τόποις τῶν Πη-
γῶν, τῶν Βουλγάρων ἄνωθεν ἀναφανέντων ἐνόπλων, βοῆ χρη-
σιμῶν ἀσήμεν καὶ φοβερῆ καὶ σφοδροτάτως παρελασάντων κατ'
αὐτῶν, παρευθὺ μὲν φεύγει Ἰωάννης ὁ ῥαίκτηρ, σφάττεται δὲ D
ὑπὲρ τούτου ἀγωνιζόμενος Φωτεινὸς ὁ τοῦ Πλατυπόδη υἱὸς καὶ
πολλοὶ ἕτεροι. μόλις οὖν ὁ ῥαίκτηρ διωσθεὶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν
20 δρόμωνα. ἦλθεν δὲ φεύγων ἔνοπλος καὶ Ἀλέξιος δρουγγάριος ὁ
Μουσελέ, καὶ μὴ ἰσχύσας τέλειον ἀνελθεῖν ἐν τῇ τοῦ δρόμωνος
ἀποβάθρῃ, πέσων ἐν τῇ θαλάσῃ σὺν τῷ αὐτοῦ πρωτομάνδατορι
ἀπεπνίγη. Ἀργυροὶ δέ, ὃ τε Πόθος καὶ Λέων πατρικίος, ἐν

promiserat nunquam sibi imperii primas partes, illo spreto, arrogatum.

8. Symeon vero adversus Romanos rursum arma movet; emissaque
Bulgarorum manu cum Chagano et Menico aliisque, mandat ut quam
citissime adversus urbem excurrant. superatis itaque montibus Man-
glaba usque pervenerunt. intelligens itaque Romanus imperator illorum
irruptionem, veritus ne Pegarum regias aedes Stenumque inde effusi
incenderent, Ioannem rectorem una cum Leone et Potho Argyris ire
iussit, valido ex praetorianis et foederatis aliisque cohortibus conflato
exercitu. aderat et Alexius Musele patricius et drungarius rei navalis
cum suis copiis. agebatur quinta ieiuniorum hebdomada. in campe-
stribus itaque ac depressioribus Pegarum locis instructa acie, Bulgaris-
que armata manu e superioribus editioreque tumulo emergentibus ac in-
condito horrendoque clamore strepentibus maximoque impetu irrumpen-
tibus, Ioannes rector illico fugam arripit: Photinus Platypodis filius
eius tuendi causa concertando necatur, aliique multi. rector igitur ae-
gre servatus in celocem evadit. venit vero et ipse fuga dilapsus armis
gravis Alexius drungarius Musele, nec cum eis celocis scalam commode
satis scandere valens, una cum suo protomandatore, praeceps in mare
actus, aquis suffocatus est. ambo Argyri, cum scilicet Pothus tum Leo

τῷ καστειλίῳ φυγόντες διεσώθησαν. πλώϊμοι δὲ καὶ τὸ ἅπαν
 πληῆθος, οἳ μὲν τὰς τῶν πολεμίων χεῖρας φεύγοντες ἐν τῇ θαλάσῃ
 P 249 ἀπεπνήθησαν, οἳ δὲ σιδήρου γεγόνασι παρανάλωμα, οἳ δὲ χερσὶ
 Βουλγαρικαῖς συνελήφθησαν. οἳ δὲ Βούλγαροι μηδὲνα τὸν δια-
 κωλύοντα ἔχοντες τὰ τε τῶν Πηγῶν παλάτια ἐπυροπόλησαν καὶ τὸ 5
 Στενὸν ἅπαν κατέκασαν. οὕτως ἄρα δεινὸν ἀβουλία καὶ ἀπειρία
 θρασυῖα σύμμαχον ἔχουσα.

9. Εἰκάδι δὲ Φεβρουαρίῳ μηνί, ἰνδικτιῶνος δεκάτης,
 Θεοδώρα σύμβιος Ῥωμανοῦ τελευταῖα, καὶ κατετέθη τὸ σῶμα αὐ-
 τῆς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ τῷ ἕπ' αὐτοῦ μο- 10
 ναστήριον ἀμειφθέντι. τῷ δὲ αὐτῷ μηνὶ στέφεται Σοφία ἡ τοῦ
 B βασιλέως Χριστοφόρου γυνή. τηρικαῦτα δὲ καὶ ὁ κουροπαλάτης
 Ἴβηρ ἐν τῇ πόλει παρεγένετο, καὶ διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς διελθὼν,
 κεκοσμημένης λαμπρῶς, μετὰ δόξης πολλῆς καὶ τιμῆς ὑπεδέχθη·
 ὃν καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ σοφίᾳ ἀπήγαγον, τὸ κάλλος αὐτῆς 15
 καὶ τὸ μέγεθος θαυμάσιον καὶ τὸν πολυτελεῖ κόσμον. καλλωπί-
 σαντες γὰρ ταύτην καὶ περιστείλαντες πέπλοις χρυσοῦσφεισι καὶ
 κόσμῳ παντοίῳ, οὕτως αὐτὸν εἰσήγαγον ἐν αὐτῇ. ὁ δὲ τὸ θαυ-
 μιστὸν καὶ ὑπερμέγεδες τοῦ ναοῦ ἔργον καταπλαγεῖς καὶ τὸν πο-
 λυτελεῖ κόσμον ὑπερθαυμάσας, καὶ ἀληθῶς Θεοῦ κατοικίαν εἶναι 20
 C τὸν ἱερὸν χώρον τοῦτον εἰπὼν, αὐθις ὑπέστρεψεν εἰς τὰ ἴδια.

10. Τῶν δὲ Βουλγάρων πάλιν ἐκστρατευσάντων καὶ μέχρι
 τῆς ἁγίας Θεοδώρας ἐλθόντων παλατίων καὶ ταῦτα πυρὶ παραδι-

patricius, fuga in castellum evaserunt. navales ac reliquae omnes co-
 piae partim hostium manus effugere studentes in mari extinctae sunt,
 partim ferro perierunt, partim capti a Bulgaris sunt. demum Bulgari
 nemine illis obsistente regias Pegarum aedes incenderunt totumque Ste-
 num igni vastaverunt. sic nimirum grande malum consilii inopia rerum-
 que imperitia, cui audacia ac temeritas praesto est ac favet.

9. Mensis Februarii die vicesimo, indictione decima, Theodora
 Romani coniux moritur. eius cadaver in Romani ipsius domo, quam in
 monasterium mutarat, depositum est. eodem mense coronatur Sophia
 Christophori imperatoris uxor. eodem tempore Iber curopalata in ur-
 bem venit, perque medium forum deductus magnifico apparatu ornatum
 cum magna claritate et honore susceptus est. induxerunt etiam illum in
 S. Sophiae, et sacrae eius aedis pulchritudinem et immanitatem ac pre-
 tiosissimum cultum oculis ipse lustraret. splendide namque ornantes,
 auroque textis aulacis parietes circumvestientes omnisque generis cultu
 decorantes, sic eum admiserunt. ille mirandam immanisque molis tem-
 pli fabricam stupens, supraque modum admiratus illius pretiosissimum
 cultum, ac cum dixisset sacrum hunc locum vere dei habitaculum esse,
 domum reversus est.

10. Rursus vero a Bulgaris suscepta expeditione, et cum illi ad-
 usque S. Theodorae regias aedes venissent easque igni incendissent,

δόντων, εἰς ἄριστον ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς τῶν ταγματῶν ἄρχον-
 τας συνεκάλεσεν, συνότος αὐτοῖς καὶ τοῦ λεγομένου Σακτίκη.
 καὶ παρήγει τούτοις καὶ προδτρέπετο κατὰ τῶν ἐναντίων ἔξειθεῖν
 καὶ τῆς πατρίδος ὑπεράγωνίσασθαι. οἱ δὲ συνέθεντο ἐτοιμῶς τῆς
 5 αὐτοῦ βουσιλείας καὶ τῶν Χριστιανῶν ὑπεραποθνήσκειν. τῇ οὖν
 ἐπαύριον καθοπλισθεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως ὁ εἰρημένος Σακτίκης D
 ἀληθῆ οὔσαν τὴν αὐτοῦ πίστιν καὶ ἀνδρίαν ἀπέδειξεν· ὅπισθεν
 γὰρ τῶν Βουλγάρων γενόμενος καὶ εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτῶν
 εἰσελθὼν πάντα τοὺς ἐκεῖ ἐρεθέντας κατέσφαξεν. μαθόντες οὖν
 10 οἱ Βούλγαροι τὸ γεγονός ὑποστρέφουσιν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ
 πολέμου συγκροτηθέντος τρέπονσι τὸν Σακτίκην σὺν ὀλίγων ὑπάρ-
 χοντα. ὁ δὲ ἐπειδὴ γενναίως ἀγωνισάμενος καὶ πολλοὺς ἀνελὼν
 οὐκέτι ἀντέχειν ἠδύνατο πρὸς τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, μεθίησι
 τοῦ ἵππου τὸν χαλινὸν καὶ εἰς φρυγὴν ἤλαυνε. ποταμὸν δέ τινα P 250
 15 παρρηρόντα διαπερῶν, τοῦ ἵππου αὐτοῦ ἐν τῇ τούτου ἰλίῃ ἐμπα-
 γέντος, τιτρώσκειται κατὰ τῆς ἕδρας καὶ τοῦ μηροῦ. μόλις οὖν
 τοῦ ἵππου ἐκ τῆς ἰλῆος ἀνασπασθέντος συνεργεία τῶν ὑπὸ χεῖρα
 διασώζεται μέχρι τῶν Βλαχερνῶν· καὶ τεθεὶς ἐν τῇ ἁγίᾳ σορῶ,
 καιρίας τῆς πληγῆς οὔσης, τῇ νυκτὶ ἐτελεύτησεν.

20 11. Τηρικαυτὰ δὲ καὶ Πετρωνᾶς αἰδεσίμωτάτος προστά-
 ξει Ῥωμανοῦ βασιλέως ἤγαγεν λαρνακίδιον ἔνδοξον ἐν καὶ ἔτερα
 δύο γλυφῆς ἀμοιροῦντα ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Μάμαντος ἀνδρείας μο-

21 immo ἐνζῶδον, quod infra est p. 577 d

imperator Romanus prandio laute instructo agminum ductores invitavit, cum, et quem vocant, Sactices illis comes esset. hortatur ergo iubetque adversus hostes exire ac pro patriae incolumitate pugnare. assenserunt illi, atque alacres ipsius maiestatis tuendae causa ac Christianos ulciscendi appetituros se mortem in se receperunt. postridie igitur, quem diximus, Sactices, ab imperatore armis instructus, veram ab ipso datam fidem ac quam iactarat fortitudinem ostendit: Bulgaros quippe a tergo aggressus, inque eorum castra insiliens, quos ibi repperit, omnes trucidavit. Bulgari igitur ubi didicere quod ita venerat, in castra revertuntur, consertaque acie Sacticem paucis stipatum terga vertere cogunt. is itaque strenue desudato praelio, factaque hostium ingenti strage, cum tantae eorum multitudini sustinendae par amplius non esset, laxatis habenis equum ad fugam impellit. in cuiusdam autem amnis transitu, equo in coeno haerente, vulnus in anum et femur accipit. verum equo aegre tandem suorum cura et industria e coeno evulso ad Blachernas usque evasit; atque in sacra soro (loculum dicas) positus, cum vulnus letale esset, e vivis excedit.

11. Sub idem tempus Petronas, vir clarissimus summeque venerabilis, Romani imperatoris iussu minorem urnam unam egregie elaboratam duasque alias nulla sculpturae arte caelatas, ex S. Mamantis viro-

B νῆς, τῆς πλησίον οὔσης τῆς Ξηροκέρκου λεγομένης πόρτης, ἐν οἷς φασὶ συναποκεῖσθαι Μαυρίκιον σὺν τοῖς παισίν· ἃ καὶ ἀπετέθη ἐν τῇ τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ μονῇ ἤτοι εἰς τὸ Μυρέλαιον.

12. Ἀδριανὸς δὲ τις Χάλδος, πρὸς δὲ Τατζάκης Ἀρμένιος πλούσιος πάνυ, τῇ ὑποθήκῃ καὶ συμβουλῇ Βάρδα τοῦ Βοήλα 5 στρατηγοῦντος ἐν Χαλδίᾳ τυραννίδα καὶ ἀνταρσίαν κατὰ Ῥωμανοῦ βασιλέως σκευάζουσι, τὸ Παῖπερτε λεγόμενον ὄχυρῶμα κατασχόντες· οὗς ὁ τῶν σχολῶν δομέστικος Ἰωάννης ὁ Κουρκούας καταπολεμήσας καὶ κατασχὼν τοὺς μὲν περιφανεστέρους ἀποτυ-
C φλοῖ, τὰς οὐσίας αὐτῶν δημεύσας, τοὺς δὲ πεινχρῶς καὶ ἀσῆ- 10 μους ἀθώους κελεύσας ὅπη βούλοιντο ἀπιέναι. Τατζάκης δὲ ἐν ἐτέρῳ ὄχυρωτάτῳ κασιτελλίῳ φυγῶν, καὶ λόγον τοῦ μή τι κακὸν παθεῖν δεξιόμενος, ἐν τῇ πόλει εἰσεληλύθει, καὶ τῇ τοῦ μαγγλαβίτου ἀξία τιμηθεὶς ἐν τῷ οἴκῳ τῶν Μαγγιάνων διητᾶτο τηρούμενος. δρασμὸν δὲ βουλευσάμενός ἀλίσκεται καὶ τῶν ὀφθαλμῶν 15 στερεῖται. Βάρδα δὲ τὸν Βοήλαν ἀπέχειραν μοναχόν, τοῦ βασιλέως αὐτὸν κατοικτείροντος φίλον τυγχάνοντα.

13. Τοῦ δὲ πατρικίου τοῦ οὕτως ἐπονομαζομένου Μωρο-
D λέως στρατηγοῦντος, κρατίστου τὰ πολεμικὰ καὶ περιδείξιον τυγχά- 20 νοντος, ὃς πλείστας κατὰ Βουλγάρων ἀνδραγαθίας ἐπεδείξατο, ὁ Βούλγαρος Συμεὼν τὴν εἰρημένην πόλιν σὺν παντὶ τῷ στρατεύματι περιεκύκλωσεν, καὶ χάρακα περιβαλὼν ἰσχυρῶς ταύτην ἐπο-

rum monasterio, quod situm est ad Portam quam Xerocercem vocant, advexit; in quibus fama est conditum fuisse Mauricium cum filiis. quae et in Romani monasterio (hoc est in Myrelaeo) fuerunt depositae.

12. Adrianus vero quidam Chaldus, nec non Tatzaces Armenius, vir summe locuples, consiliis hortatuque Bardae Boelae, qui in Chaldia ductor militum erat, tyrannidem struunt rebellantque adversus Romanum imperatorem, Paiperte (sic nominato) oppido munito occupato. horum potitus Ioannes Curcuas scholarum domesticus ipsos tenuit; quorum illustrioribus, publicata ipsorum substantia, oculos adimit; alios, qui pauperes essent atque obscuri, quo vellent abire iussit. Tatzaces, alia munitissima arce occupata fideque impunitatis ab scholarum domestico accepta, Byzantium venit; ibique manglabitae dignitate auctus in manganorum domo sub custodia agebat. cum vero fugam moliri deprehensus esset, oculi ei eruti sunt. Bardam Boelam, imperatore bene ei volente atque illius miserente, monachum detonderunt.

13. Patricio vero (sic appellato) Moroleone seu potius Thymoleone (velut dicas, virum leonini pectoris atque animi) Adrianopolitano praetore, bellica fortitudine ac solertia egregie instructo, ut qui haud raro adversus Bulgaros rem strenue gesserat, Symeon Bulgarus, cum omnibus copiis urbem obsidens ac vallo cingens, validis ipsam armis premit.

λίθοις. ἐπεὶ δὲ ὁ τε σῖτος τοὺς ἐν τῇ πόλει ἐπελελοίπει καὶ λιμὸς ἐπίεξε κραισιῶς (οὐδαμῶθεν γὰρ εἶχον ἐπισιτίσασθαι), τῇ ἐνδείᾳ πιεζόμενοι προεδεδώκασιν ἑαυτοὺς καὶ τὸν στρατηγὸν τοῖς Βουλγάροις· ὃν χειρωσάμενος Συμεὼν, καὶ δεσμῶ καθ' ὅλου τοῦ σώματος περιβαλὼν καὶ μυρίαὺς αἰκίας τοῦτον τιμωρησάμενος, τελευταῖον ἀπέκτεινε θανάτῳ πικρῷ ἀξίῳ τῆς ἑαυτοῦ ἀπηνειστάτης καὶ ὠμοτάτης ψυχῆς. Βουλγάροις οὖν τὴν τῆς πόλεως φυλακὴν παραδοὺς ὑπεχώρησεν· οἱ τὴν κατ' αὐτῶν τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἔφοδον ἀκηκοότες, ταύτην καταλιπόντες ἀπῆλθον, καὶ πάλιν ὑπὸ Ῥωμαίους αὐτῇ ἐγένετο.

14. Λέοντος δὲ τοῦ Τριπολίτου μετὰ δυνάμεως πολλῆς καὶ πλοίων πολεμικῶν κατὰ Ῥωμαίων ἐξεληθόντος καὶ ἐν τῇ νήσῳ Λήμνῳ καταλαβόντος, Ἰωάννης πατρίκιος καὶ δρουγγάριος τῶν πλωτῶμων ὁ Ῥαδινὸς κατονομαζόμενος αἰφνιδίως ἐπέθετο αὐτῷ· καὶ πολέμου γεγονότος, Θεοῦ συνεργίᾳ οἱ ὑπ' αὐτὸν τρέπονται Ἄγαρηνοί, μόλις δὲ μόνος ὁ Τριπολίτης φυγῇ διασώζεται.

15. Σεπτεμβρίῳ δὲ μηνί, Ἰνδικτιῶνος δευτέρως, Συμεὼν ἄρχων Βουλγαρίας πανστρουτὶ κατὰ Κωνσταντινουπόλεως ἐκστρατεύει, καὶ ληΐζεται μὲν Θράκην καὶ Μακεδονίαν, ἐμπυρρίζει δὲ πάντα καὶ καταστρέφει καὶ δενδροτομεῖ. μέχρι δὲ Βλαχερνῶν ἐπιγενόμενος ἐπιζήτησεν ἀποσταλῆναι αὐτῷ τὸν πατριάρχην Νικόλαον καὶ τινὰς τῶν μεγιστάνων ὥστε περὶ εἰρήνης αὐτοῖς συνταχεῖν. ἔλαβον οὖν ὁμήρους παρ' ἀλλήλων ἀμφότεροι, καὶ ἐξῆλθε

21 παραγενόμενος rectius p. 579 a

oppidani deficiente annona ac fame graviter afflicti, cum commeatus parandi nulla spes affulgeret, penuria pressi se suumque praetorem Bulgaris deditere. hunc nactus Symeon toto corpore vinctum innumerisque verberibus affectum, ad extremum acerba morte, et quae saevissimam et crudelissimam ipsius indolem deceret, virum sustulit. Bulgaris itaque in urbe praesidiariis relictis discedit. praesidiarii vero, audito Romanorum copias in ipsos ingruere, relicta urbe abierunt; inque hunc modum a Romanis urbs recepta est.

14. Leo Tripolita cum magna classe ingentique exercitu adversus Romanos egressus, ubi Lemnum occupasset, Ioannes Radinus patricius, rei navalis drungarius, eum repente aggressus est; consertaque pugna, dei ope, sub eo merentes Agareni fusi sunt atque fugati, solusque ipse Tripolita aegre fuga salutem expedit.

15. Mense Septembri, indictione secunda, Symeon Bulgariae princeps cum omnibus copiis adversus Byzantium profectus est, ac Thraciam quidem ac Macedoniam populatur, succendit vero omnia et evertit, atque arbores succidit. ad Blachernas usque cum admovisset, Nicolaum patriarcham ac procerum quosdam, quibuscum de pace tractaret, ad se mitti rogavit. datis itaque utrinque obsidibus exit prior Nicolaus pa-

C πρότερον μὲν ὁ πατριάρχης Νικόλαος, ἔπειτα ὁ Μιχαὴλ πατρι-
 κιος προσαγορευόμενος ὁ Στυπιώτης, καὶ Ἰωάννης ὁ μυστικός καὶ
 παραδυναστεύων· ἤδη γὰρ Ἰωάννης ὁ ῥακτωρ διαβληθεὶς πρὸς
 τὸν βασιλέα, ἀσθένειαν προφασισάμενος τοῦ παλατίου κατελη-
 λύθει καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ μονῇ πλησίον Γαλακρυνηῶν ἀπεκάρη. οἱ 5
 μὲν οὖν μετὰ Συμεῶν περὶ εἰρήνης διελέγοντο, ὁ δὲ αὐτοὺς μὲν
 ἀπεπέμψατο, αὐτὸν δὲ τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν ἐπεζήτη θεύσασθαι·
 παρὰ πολλῶν δὲ πεπληροφόρητο περὶ τε τῆς αὐτοῦ φρονήσεως
 καὶ ἀνδρίας καὶ συνέσεως. ὁ τοίνυν βασιλεὺς ἐπὶ τούτου σφόδρα
 D ἠγαλλιάσατο· ἐπόθει γὰρ τὴν εἰρήνην καὶ τὸ στῆναι τὰς γινομέ- 10
 νας τῶν αἱμάτων ἐκχύσεις ὁσημέραι. ἀποστείλας οὖν ἐν τῷ τοῦ
 Κοσμιδίου αἰγιαλῷ κατεσκεύασεν ἐν τῇ θαλάσῃ ὄχρωτάτην
 ἀπόβασιν, ὥστε τὴν βασιλικὴν τριήρην διεκπλέουσαν ἐν αὐτῇ
 προσορμιζέσθαι. περιφράξας οὖν αὐτὴν πάντοθεν διατείχισμα
 μέσον γενέσθαι προσέταξεν, ἔνθα ἀλλήλοις ἔμελλον ὀμιλεῖν. ὑπο- 15
 στείλας οὖν Συμεῶν τὸν αἵης ὑπεραγίας Θεοτόκου ναὸν ἐνέπηρσεν
 τὸν ἐν τῇ Πηγῇ, ὃν Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς ἐδομήσατο, καὶ τὰ
 P 252 πέριξ αὐτοῦ σύμπαντα, δῆλος ὢν ἐντεῦθεν μὴ τὴν εἰρήνην ἐθέ-
 λων, ἀλλ' ἐλπῖσι μετεώροις τοῦτον ἔξαπατῶν. παραγενόμενος
 δὲ ἐν Βλαχέρναις ὁ βασιλεὺς ἅμα Νικολάῳ πατριάρχῃ ἐν τῇ ἁγία 20
 εἰσῆλθε σορῶ καὶ τὰς χεῖρας ἐξέτεινεν εἰς εὐχὴν, εἶτα πρηγῆς
 πεσῶν δάκρυσι κατέβρεχε τὸ ἅγιον ἔδαφος, τὴν πανύμνητον καὶ
 ἄχραντον Θεοτόκον ἀντιβολῶν τὴν ἀκαμπτὴν καὶ ἀμείλικτον τοῦ

triarcha, tum Michael patricius cognomento Stypiotes et Ioannes mysticus, administrandarumque rerum imperatori adiutor ac minister intimus. iam enim Ioannes rector criminis apud imperatorem delatus, ipse a se aegritudinem praetexens aula discesserat inque suo monasterio haud procul a Galacrenis in monachum tonsus fuerat. legati igitur cum Symeone de pace colloquebantur. verum Symeon illis repudiatis, ipsum imperatorem videre eiusque congressum expetebat: certo enim relatu de eius prudentia et fortitudine sapientiaque acceperat. pergrata ea res fuit Romano, quippe qui pacis desiderio tenebatur, ac quotidianis utrinque caedibus finem imponere studebat. mittit itaque qui ad mare in Cosmidii littore tutissimam excensionem struerent, quo loco eius praetoria navis appellenda esset. loco itaque undique communito, in medio iussit septum fieri, ubi erant collocaturi. interim Symeon, suorum misso manipulo, sanctae dei genitricis templum in Pega, a Iustiniano conditum, incendit, ac circum vicina omnia igni ferroque vastavit. his igitur alienum a pace palam prodebat animum, vanaque spe imperatorem deludere haud obscurum erat. veniens autem imperator cum Nicolao patriarcha in sacrum ingressus est loculum, manusque in preces extendit. tum pronus in terram procidens sacrum ubertim solum lacrimis rigabat, omni celebrandam laude omnisque labis puram sanctam dei genitricem

ὑπερηγάνον Συμεῶν καρδίαν μαλάξαι καὶ πείσαι τὰ πρὸς εἰρήνην
 συνθέσθαι. τὸ ἅγιον οὖν κιβώτιον διανοίξαντες ἐν ᾧ τὸ σεπτὸν
 τῆς ἁγίας Θεοτόκου τεθησαύριστο ὠμοφόριον, καὶ τοῦτο ὁ βασι-
 λεὺς ἀνελόμενος καὶ ὡσπερ τινὰ θώρακα ἀδιάρρηκτον περιβαλό- B
 5 μενος, καὶ τὴν πίστιν τὴν εἰς τὴν ὑπεράνωμον Θεοτόκον οἷα περι-
 κεφαλαίαν τινὰ περιθέμενος, ἐξῆει τοῦ ναοῦ ὄπλοις ἀσφαλῆσι
 φραζάμενος. τὸν σὺν αὐτῷ οὖν στόλον ἀπίσι τε καὶ ὄπλοις
 κατακοσμήσας τὸν ὠρισμένον τόπον κατέλαβεν συνομιλῆσαι τῷ
 Συμεῶν. πέμπτη δὲ ἦν ἡμέρα ὅτε ταῦτα ἐγένετο, ἐννάτῃ τοῦ
 10 Νοεμβρίου μηνός, τετάρτῃ δὲ τῆς ἡμέρας ὥρα. παρεγένετο δὲ
 καὶ ὁ Συμεῶν, πλῆθος ἐπαγόμενος εἰς πολλὰς διηρημένον τὰς
 παρατάξεις, τῶν μὲν χρυσασπίδων καὶ χρυσοδοράτων, τῶν δὲ
 ἀργυρασπίδων καὶ ἀργυροδοράτων, τῶν δὲ πάσῃ ὄπλων χροιοῦ C
 κεκοσμημένων, πάντων καὶ κατακεκοσμημένων σιδήρω· οἱ μὲσον
 15 αὐτῶν εἰληφότες Συμεῶν ὡς βασιλέα εὐφήμερον τῇ τῶν Ῥωμαίων
 φωνῇ. πάντες δὲ τῆς συγκλήτου βουλῆς τοῖς τελεσῶν ἐφεστῶτες
 κατεθεῶντο τὰ δρώμενα. ἦν οὖν ἰδεῖν τότε ψυχὴν βασιλικὴν τῷ
 ὄντι καὶ μεγαλόφρονα, καὶ θαυμάσαι τὸ τοῦ φρονήματος ἀκατά-
 πληκτον καὶ τὸ τῆς ἀνδρίας παράστημα, ὅπως τοσαύτην πολε-
 20 μίῳν βλέπων ἐπιφορὰν οὐ κατεπλάγη καὶ συνεστάλη καὶ ὑπεχώρη-
 σεν, ἀλλ' ὡσπερ εἰς φίλων πλῆθος χωρῶν, οὕτως ἀτρέμεις ἀπῆει, D
 μόνον οὐχὶ τὴν ψυχὴν τοῖς πολεμίοις τῶν ὑπηκόων διδοὺς ἀντίλυ-

14 καὶ] δὲ?

obsecrans, ut inflexum durumque Symeonis pectus emolliret et ad pacis concordiam ineundam induceret. sacra igitur reserata arcula, in qua venerandum sanctae dei genitricis palliolum repositum erat, eoque imperator sublato, velutque thorace quodam nullis telis pervio assumpto, ac quam in intemeratissima dei genitrice collocaverat, galeae instar, fide sibi adhibita, tutis scilicet munitus armis templo egreditur. suis itaque classariis ac comitatu clypeis armisque aliis probe instructis in locum constitutum cum Symeone tractaturus venit. feria quinta erat, cum haec gesta sunt, mensis Novembris die nona, hora diei quarta. venit et Symeon cum exercitu in multas distributo turmas atque acies. militum alii clypeis hastisque auratis, alii argento splendidis, omnis alii coloris armis instructi atque ornati, cuncti ferro circumcincti erant. hi medium assumptum Symeonem ut imperatorem ac regem Romana lingua faustis vocibus prosequabantur. senatus omnis muris insidentes, quicquid huius fabulae erat, spectabant. res vero spectatu dignissima regius vere atque excelsus imperatoris animus fuit, mira res interritae illa mentis constantia et praesentia ac fortitudo; quomodo tantam hostium confluentem multitudinem videns sic placide processit, tantum non animam pretium redemptionis hostibus pro subditis tradens. primus ita-

τρον. πρῶτος οὖν ἐν τῇ ἀποβάθρῃ τῇ ῥηθείῃ καταλαβὼν τὸν Συμεὼν ἐξεδέχετο. ἐπεὶ δὲ ὄμηροι ἐξ ἄμφοτέρων ἐλήφθησαν τῶν μερῶν, καὶ τὴν ἀποβάθραν οἱ Βούλγαροι διηρευνήσαντο ἀκριβῶς, μὴ πού τις δόλος ἢ ἐνέδρα τυγχάνει, κατῆλθε Συμεὼν τοῦ ἵππου καὶ πρὸς τὸν βασιλέα εἰσῆλθεν. ἀσπασάμενοι οὖν ἀλλήλους εἰ-5
 P 253 ἄληθινόν, βλέπω δὲ τὰ ἔργα τοῖς λόγοις μὴ συμβαίοντα. ἴδιον μὲν γὰρ ἀνθρώπου θεοσεβοῦς καὶ Χριστιανοῦ τὸ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν ἀγάπην ἀσπάζεσθαι, εἶπερ ὁ θεὸς ἀγάπη ἔστι τε καὶ λέγεται· 10
 ἀσεβοῦς δὲ καὶ ἀπίστος τὸ χαίρειν σφαγαῖς καὶ αἱμασιν ἀδίκως ἐκχεομένων. εἰ μὲν οὖν ἀληθῆς Χριστιανὸς ὑπάρχεις, καθὼς πεπληροφορημέθα, στήσόν ποτε τὰς ἀδίκους σφαγὰς καὶ τὰς τῶν ἀνοσιῶν αἱμάτων ἐκχύσεις, καὶ σπεῖσαι μεθ' ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν εἰρήνην Χριστιανὸς καὶ αὐτὸς ὢν καὶ ὀνομαζόμενος, καὶ μὴ 15
 θάλε μολύνεσθαι Χριστιανῶν δεξιὰς αἱμασιν ὁμοπίστων Χριστιανῶν. ἀνθρώπος εἰ καὶ αὐτός, θάνατον προσδοκῶν καὶ ἀνάστα-
 B σιν καὶ κρίσιν καὶ ἀνταπόδοσιν· καὶ σήμερον ὑπάρχεις, καὶ αὐριον εἰς κόνιν διαλυθήσῃ. εἷς πυρετὸς κατασβέσει τὸ φρόαγμα. τίνα οὖν λόγον δώσεις τῷ θεῷ ἐκεῖ ἀπελθὼν ὑπὲρ τῶν ἀδίκων 20
 σφαγῶν; ποῖω προσώπῳ τῷ φοβεροῦ καὶ δικαίῳ ἐνατενίσεις κριτῆ; εἰ πλούτου ἐρῶν ταῦτα ποιεῖς, ἐγὼ σε κατακόρως τοῦ ἐπιθυμου-

que ad eam, quam diximus, exscensionem veniens Symeonem praestolabatur. datis porro ultro citroque obsidibus, ac cum Bulgari exscensionem diligenter lustrassent, ne quis dolus subesset aut insidiae laterent, Symeon equo desiliens ad imperatorem intravit. ibi cum se mutuo consulassent, de pace colloqui coeperunt. ferunt autem Romanum in haec verba Symeonem esse allocutum. "audivi te hominem religiosum esse deque cultorem ac verum Christianum: video autem opera non satis verbis consentanea esse. proprium enim est hominis religiosi deque cultoris ac Christiani, ut pacem et caritatem colat, quandoquidem deus caritas est ac nuncupatur: impii autem et irreligiosi et infidelis, ut caedibus iniusteque fuis cruoribus gaudeat. si quidem ergo verus Christianus existis, qualem te certo existimamus, tandem aliquando siste iniustas caedes, finemque facito fundendi innoxii sanguinis, ac pacem nobiscum Christianis compone, qui ipse Christianus sis et dicaris, nec Christianorum dexteris Christianorum itidem ac eandem colentium fidem cruoribus pollui sinas. ipse tu quoque homo es, qui mortem et resurrectionem et iudicium et retributionem expectes. hodie in vivis es, et cras in pulverem dissolveris. febris una superbiam omnem exstinguet. quam ergo rationem, ante tribunal dei constitutus, pro iniustis caedibus deo redditurus es? quo vultu in tremendum iustumque iudicem oculos intendes? si te divitiarum cupido ad eiusmodi facinora impellit, ego te

μένον ἐμπλήσω· μόνον ἐπίσχες τὴν δεξιάν. ἄσπασαι τὴν εἰρή-
 νην, ἀγάπησον τὴν ὁμόνοιαν, ἵνα καὶ αὐτοὺς βίον ζήσης εἰρηλικὸν
 καὶ ἀναίμακτον καὶ ἀπράγμονα, καὶ οἱ Χριστιανοὶ παύσωνται
 ποτε τῶν συμφορῶν καὶ στήσωνται τοῦ Χριστιανοῦς ἀναιρεῖν· οὐ
 5 Θέμις γὰρ αὐτοὺς αἶρειν ὄπλα καθ' ὁμοπίστων.” τοσαῦτα οὖν C
 εἰπὼν ὁ βασιλεὺς ἐσίγησεν. αἰδεσθεὶς οὖν Συμεὼν τὴν τούτου
 ταπείνωσιν καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ κατένευσεν τὴν εἰρήνην ποιήσα-
 σθαι. ἄσπασάμενοι οὖν ἀλλήλους διεχωρίσθησαν, δώροις μεγα-
 λοπρεπέσι τοῦ βασιλέως δεξιωσαμένον τὸν Συμεὼν.

10 16. Ὁ δὲ τότε συμβέβηκεν διηγήσομαι τεράστιόν τι καὶ
 τοῖς ταῦτα εἰδύσι συγκρίνειν παράδοξον. δύο φασὶν αἰετοὺς τῶν
 βασιλέων ὁμιλούντων ἄνωθεν αὐτῶν ὑπερπιτῆναι, κλάγξαι τε καὶ
 πρὸς ἀλλήλους συμμῖξαι καὶ παραντίκα διαζευχθῆναι ἀλλήλοις,
 καὶ τὸν μὲν ἐπὶ τὴν πόλιν ἔλθειν, τὸν δὲ πρὸς Θράκην διαπιτῆναι. D
 15 τοῦτο οἱ ἀκριβῶς τοιαῦτα σκοποῦντες οὐ καλὸν ἔκριναν οἰωνόν·
 ἀσχυβάτους γὰρ ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ ἀμφοτέροισι διαλυθήσεσθαι ἔφη-
 σαν. Συμεὼν δὲ τὸ ἑαυτοῦ στρατόπεδον καταλαβὼν τοῖς ἑαυτοῦ
 μεγιστᾶσι τὴν τοῦ βασιλέως ἀπήγγειλε σύνεσιν καὶ ταπείνωσιν,
 ἐξεθείαζεν δὲ αὐτοῦ τό τε εἶδος τὴν τε ῥώμην καὶ τὸ ἀκατάπλη-
 20 κτον τοῦ φρονήματος.

17. Δεκεμβρίῳ δὲ μηνὶ κ' ἔστειρε Ῥωμανὸς τοὺς υἱοὺς
 αὐτοῦ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, Στέφανόν τε καὶ Κωνσταντῖνον·
 ἀλλὰ καὶ Θεοφύλακτον υἱὸν αὐτοῦ ὁ πατριάρχης Νικόλαος ἀπέκει- P 254

illis ad satietatem explebo; modo contine dexteram, pacem amplectere,
 dilige concordiam, ut et ipse vitam tranquillam agas ac incruentam
 nihilque sollicitam, ac tandem Christianorum mala finem accipiant, atque
 alii alios Christianos necare desinant. nefas enim fideles in se mutuo
 arma sumere.” haec itaque locutus imperator conticuit. Bulgarus igitur
 illius humilitatem ac sermones cum veneratione miratus, pacem fieri
 annuit. cum se itaque invicem osculati essent, discesserunt, imperatore
 magnificis donis Symeonem prosecuto.

16. Quod vero tunc accidit, referam, rem sane portentosam atque
 illis qui horum noverunt indicia novam et insolitam. aiunt enim collo-
 quentibus ambobus regibus duas aquilas super eos volitasse et cum
 clangore coivisse, moxque divulsas alteram ad urbem alteram in Thra-
 ciam avolasse. rerum eiusmodi curiosi indagatores inauspicatum omen
 arbitrati sunt, fore nimirum ut infecta pace illi disiungerentur. Symeon
 ad suos reversus imperatoris solertiam modestiamque suis proceribus
 narrat, virique speciem et robur infractumque animum immensis laudi-
 bus celebrat.

17. Mensis Decembris die vigesima quinta Romanus filios suos
 Stephanum et Constantinum coronat in magna ecclesia: sed et Theo-
 phylactum eius filium Nicolaus patriarcha detondet clericum et subdia-

ρεν κληρικόν, χειροτονήσας ὑποδιάκονον σύγκελλόν τε προχειρισάμενος, διελθόντι πρότερον ἐν τῷ τῶν ὑποδιακόνων τάγματι εἰς τὰ ἅγια.

18. Ἀπριλλίῳ δὲ μηνί, 19' τοῦ μηνός, ἐτίμησεν Ῥωμανὸς Ἰωάννην μυστικόν καὶ παραδυναστεύοντα πατρικίον καὶ ἀνθύπατον, ὥστε καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο φθόνον κινήθῃναι αὐτῷ καὶ κατηγορηθῆναι ἀπὸ τινῶν.

19. Μαΐῳ δὲ μηνί 19', Ἰνδικτιῶνος 19', τελευτᾷ ὁ πατριάρχης Νικόλαος, κρατήσας ἐν τῇ δευτέρῃ ἀναβάσει τοῦ πατριαρχείου ἔτη τριακαίδεκα· καὶ ἀπετέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ 10 ὑπ' αὐτοῦ κτισθείσῃ μονῇ τῶν Γαλακρηνηῶν. Ἀγούστῳ δὲ μηνί πατριάρχης καθίσταται Στέφανος ὁ Ἀμασειᾶς μητροπολίτης, εὐνοῦχος ὑπάρχων. Ὀκτωβρίῳ μηνί κατηγορήθη ὁ μυστικὸς Ἰωάννης καὶ παραδυναστεύων ὡς τῆς βασιλείας ἐφιέμενος ὑποθήκη τοῦ πατρικίου Κοσμά καὶ λογοθέτου, δίδοντας εἰς γυναῖκα τὴν θυγατέρα αὐτοῦ. τούτου ἔνεκεν καταβιβάζεται μὲν τοῦ παλατίου, συγχωρεῖται δὲ τὸ προσέρχεσθαι καὶ τῷ βασιλεῖ ὑπηρετεῖν καὶ σὺν αὐτῷ τὰ ἀνήκοντα διοικεῖν· στοργὴν γὰρ ὅτι πλείστην ἐκέκτητο πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ὡς ἐν πᾶσιν αὐτὸν θεραπεύειν δυνάμενον, καὶ τελέως τοῦτον ἀπώσασθαι οὐκ ἠβούλετο. τῶν 20 κατηγορῶν οὖν κατεπειγόντων τὸν βασιλέα καὶ σαφεῖ ἀποδεικνύοντων τὰ κατηγορούμενα, ἐρενήσας ὁ βασιλεὺς καὶ ἀληθῆ ταῦτα

17 Scylitzes et Cedrenus προσκυνεῖν. Combef.

conum ordinat, ac tandem promovet syncellum, cum is prius in subdiacorum gradu in sancta processisset.

18. Mensis Aprilis die decima nona Romanus Ioannem mysticum rerumque gerendarum administrum ac subadiuvam patricia ac proconsulari dignitate ornavit, ita sane ut hinc illi conflata invidia et illatum a quibusdam crimen sit.

19. Maii mensis die quinta decima, indictione tertia decima, moritur Nicolaus patriarcha, cum a secunda provectione annos tredecim throno potitus esset. eius corpus in monasterio, quod ille condiderat ac Galacrenas vocant, conditum est. mense Augusto patriarcha sufficitur Stephanus Amaseae metropolita, eunuchus. mense Octobri Ioannes mysticus ac imperatori rerum gerendarum adiutor affectati imperii deferitur, in rem inducente Cosma patricio ac cursus publici logotheta, qui filiam ei uxorem locaverat. eam ob rem eiectus ille quidem aula est: permissum tamen imperatorem adire eique ministrare, ac cum eo communicatis consiliis, quod operae pretium videretur, tractare. ingens quippe in eum imperatoris vis amoris erat, quod mysticus in omnibus ei blande assentaretur, nec ut a se penitus ablegaret in animum inducere poterat. accusatoribus tamen imperatorem urgentibus, veraque esse crimina obiecta ostendentibus, ille rem perscrutatus, cum non aliter se habere deprehendisset quam illi rettulerant, capiendum mysticum statuit

εἶναι ἀναμαθῶν ἔμελλεν τοῦτον κατασχῶν ἐξετάζειν. ὁ δὲ τοῦτο προγνοὺς χοῖται φυγῆ, καὶ τὴν Μονοκάστανον καταλαβὼν ἀπο- κείρεται μοναχός. πέφευγε δὲ καὶ Κωνσταντῖνος τοῦ Βοίλα ὁ τῆς τραπέζης, οἰκειὸς καὶ φίλος ὢν αὐτῷ, καὶ τὸν Ὀλυμπον κα- D
5 τυλαβὼν τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἐνδύεται· ἔδεδοίκε γὰρ καὶ αὐτὸς ἅτε συμμύστης ὑπάρχων τοῦ μυστικοῦ καὶ τῶν ἀπορρητοτέρων αὐτοῦ κοινωνός. τὸν δὲ πατρίκιον Κοσμῶν ἐν τῷ ὠρολογίῳ τοῦ παλατίου τέψας ὁ βασιλεὺς διεδέξατο. προβάλλεται δὲ ἀντὶ τοῦ μυστικοῦ Ἰωάννου Θεοφάνη πρωτοβεστιάριον παραδυναστεύοντα.
10 ἐγένετο δὲ καὶ τηρικαῦτα σεισμὸς φοβερός ἐν τῷ θέματι τῶν Θρα- κησίων, καὶ χάσμα γῆς μέγα καὶ καταπληκτικόν, ὥστε πολλὰ χωρία καὶ ἐκκλησίας ἀντάνδρους καταποθῆναι.

20. Μαίῳ δὲ μηνί, ἐκάδι ἐβδόμῃ, ἰνδικτιῶνος ιε', Σν- P 255
μειῶν ἄρχων Βουλγαρίας κατὰ Χρωβάτων ἐκίνησε στράτευμα,
15 καὶ συμβαλὼν μετ' αὐτῶν πόλεμον, ἠττηθεὶς τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἄπυκτας ἄρδην ἀπώλεσεν.

21. Τὸν δὲ βασιλεῖα Ῥωμανὸν Ἰωάννης ἀστρονόμος θεα- σόμενος οὕτως λελάληκεν. "δέσποτα, ἡ στήλη ἡ ἰσταμένη εἰς τὴν καμάραν ἐπάνω τοῦ Ξηρολόφου, ἐπὶ δυσμᾶς βλέπουσα, τοῦ
20 Συμεῶν ἐστι· καὶ εἰ ταύτης τὴν κεφαλὴν ἐκκόψῃς, τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ὁ Συμεῶν τελευτᾷ." ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἀποστείλας τῇ νυκτὶ τὴν κεφαλὴν τῆς στήλης ἐξέκοψεν· καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὁ Σν- B

17 deest ἀλύοντα, ut infra, vel quid simile. Combef.

ac quaestionibus subiiciendum. hoc ille ubi praesensit, fuga se ad Monocastanorum monasterium recipiens ibi monachi ritu comam posuit. fugit vero et Constantinus Boilae filius, mensae praefectus, timens scilicet, ut qui et ipse mystici symmysta esset eiusque secretorum conscius; inque Olympum discedens monachum induit. patricium Cosmam ad palatii horologium verberibus subactum imperator officio movit. Ioannis mystici loco Theophanes protovestiarius subadiuva rerumque gerendarum imperatori adiutor promovetur. sub idem tempus horrendus in Thracensium themate exstitit terrae motus ingensque ac stupendus hiatus, ita ut plura praedia et ecclesiae cum hominibus voragine absorpta sint.

20. Maii mensis vigesima septima, indictione quinta decima, Symeon Bulgarorum princeps adversus Chrobatos expeditione suscepta, consertaque cum illis pugna, victus ipse suas omnes penitus copias amisit.

21. Ioannes porro astronomus Romanum imperatorem cernens sic eum affatus est. "quae in fornice supra Xerolophum, domine, statua constituta est, spectans ad occidentem, signum Symeonis est. huius caput si abstuleris, ipsa hora Symeon morietur." misit itaque imperator, ac statuae caput noctu abstulit; eademque hora Symeon in Bulgaria

μεῶν εἰς Βουλγαρίαν ἐτελεύτησεν, ἀνοίᾳ συσχεθεὶς καὶ νόσῳ κατακαρδία ἄλους, διέφθαρτο, ἀνομήσας διὰ κενῆς, Πέτρον υἱὸν αὐτοῦ προβαλλόμενος ἄρχοντα, ὃν ἐκ τῆς δευτέρας αὐτοῦ γυναικὸς ἔσχεν, τῆς ἀδελφῆς Γεωργίου Σουρσουβούλη, ὃν καὶ ἐπίτροπον τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ὁ Συμεὼν καταλέλοιπεν. Μιχαὴλ δὲ τὸν ἐκ τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικὸς γενόμενον ἀπέκειρεν μοναχόν· Ἰωάννης δὲ καὶ Βενιαμὶν οἱ τοῦ Πέτρου ἀδελφοὶ ἔτι στολῆ ἔκοσμοῦντο Βουλγαρικῇ.

22. Τὰ κύκλω οὖν ἔθνη τοῦ Συμεὼν μαθόντα τελευτήν, οἱ τε Χρωβάτοι οἱ Τοῦρκοι καὶ οἱ λοιποὶ, ἐκστρατεύειν κατὰ Βουλγάρων ἐβουλεύοντο. ἡμιοῦ δὲ μεγίστου σὺν ἀκριδί τὸ Βουλγαρικὸν ἔθνος ἰσχυρῶς ἐκπιέζοντας, ἐδεδίεσαν μὲν καὶ τῶν ἄλλων ἔθνῶν ἔφοδον, ἐδεδίεσαν δὲ πλεον καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπέλευσιν. βουλὴν οὖν ποιησάμενοι κατὰ Ῥωμαίων ἐκστρατεύουσιν καὶ ἐν Μακεδονίᾳ καταλαμβάνουσιν, φόβον, ὡς εἰκός, τοῖς Ῥωμαίοις ἐμποιήσαντες. ἔπειτα μαθόντες ὅτι μέλλει κατ' αὐτῶν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐκστρατεύειν, ἀποστέλλουσι Πέτρος τε καὶ Γεώργιος κρυφίως τινὰ μοναχὸν Καλοκύριον ὀνομαζόμενον, τῷ γένει Ἀρμενιακόν, χρυσοβούλλιον ἐπιφερόμενον. διηγόρευε δὲ τὰ ἐν αὐτῷ ὡς τὴν μετὰ Ῥωμαίων εἰρήνην ἀσπάζονται καὶ πρόθυμοι ταύτην συνθέσθαι εἰσίν, οὐ μόνον δέ, ἀλλ' εἶγε βούλωνται, καὶ γαμικὸν ποιῆσαι συνάλλαγμα. τὸν τοιοῦτον οὖν μοναχὸν ὁ βασιλεὺς ἀσμενέστατα ἀποδεξάμενος, παρενθὺ ἀπέστειλεν μετὰ δρό-

1 ἀνία τε margo Combef.

fatis concedit, ingentique captus angore ac cordis morbo elanguens percitusque interiit, frustra leges iuraque transgressus, relicto ex testamenti tabulis principatu Petro filio ex secunda uxore, Georgii Sursubulii sorore, quem et liberorum suorum tutorem constituit. Michaellem ex priore coniuge susceptum monachum detondit; Ioannes vero et Benjamin Petri fratres Bulgarica adhuc stola ornabantur atque habitu.

22. Circumvicinae igitur gentes, Chrobati Turci ac reliqui, audita Symeonis morte Bulgaros bello incessere statuebant. fame vero Bulgarorum gentem cum locustarum ingenti copia graviter premente, cum aliarum gentium irruptionem formidabant, tum praecipue Romanorum in se impetum metuebant. re itaque in consilium vocata adversus Romanos copias educunt ac Macedoniam petunt, hoc nempe satagentes, ut Romanis metum incuterent. audito vero Romanum imperatorem adversus eos exercitum parare, una Petrus Georgiusque monachum quendam Calocyrim nomine, genere Armenium, auream bullam ferentem occulte mittunt. bullae tenor hic erat, pacem se cupere cum Romanis, et ut illam componant, promptis animis esse; neque id modo, sed et nuptiarum foedera, dum illis adlubeat, cum Romanis se esse inituros. acceptis literis, earumque latore humanissime suscepto, confestim imperator

μωνος τὸν μοναχὸν Θεοδοσίον τὸν Ἀβούκην καὶ Κωνσταντῖνον βα-
 σιλικὸν κληρικὸν τὸν Ῥόδιον τὰ εἰς εἰρήνην συλλαλῆσαι τοῖς Βουλ-
 γάροις ἐν Μεσημβρία, τὸ πρὶν μὲν Μενεβρία καλουμένη, ὑπὸ
 Μένου Θρακὸς τοῦ ταύτην οἰκίσαντος καὶ Βρία τὸ παρὰ τισι
 5 Θρακῶν πόλισμα λεγόμενον· πρὸς δὲ τὸ εὐφραδέστερον Μεσημ- P 256
 βρία ὀνομάζεται. οἱ δὲ παραγενόμενοι καὶ τὰ εἰκότα συλλαλή-
 σαντες ἐξῆλθον ἅμα Στεφάνῳ Βουλγάρῳ διὰ τῆς ἑξηρᾶς· καὶ ὅπι-
 σθεν αὐτῶν κατέλαβον καὶ Γεώργιος ὁ Σουρσουβούλης καὶ Συμεὼν
 ὁ Καλουτερκάνος καὶ Οὔσαιμπος καὶ Συμεὼν τοῦ ἀρχηγοῦ Βουλ-
 0 γαρίας ἀδελφὸς πρὸς γυναῖκα, πρὸς δὲ τούτοις ὁ ἀγχιστεὺς αὐτοῦ
 Στέφανος, καὶ μὴν καὶ Μαγοτῖνος Κρόνος τε καὶ Μηνικὸς διε-
 κρατύναντο πρὸς τὸν ἄνακτα Ῥωμανόν. Θευσάμενοι δὲ τὴν θυ-
 γατέρα βασιλέως Χριστοφόρου Μαρίαν, καὶ μεγάλως ἐπ' αὐτῇ
 ἀρεσθέντες, ἔγραψαν τῷ Πέτρῳ διὰ τάχους παραγενέσθαι, σύμ- B
 5 φωνα ποιήσαντες πρότερον περὶ τῆς γεγονυίας εἰρήνης. ἀπεστάλη
 δὲ Νικήτις ὁ μάγιστρος ὁ συμπενθερὸς Ῥωμανοῦ βασιλέως ὑπαν-
 τῆσαι καὶ ἀγαγεῖν Πέτρον μέχρι τῆς πόλεως. τοῦ Βουλγάρου οὖν
 Πέτρον καταλαβόντος, τριήρει ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐπιβὰς ἐν
 Βλαχέρναις παρεγένετο, καὶ τὸν Πέτρον ὡς αὐτὸν ἀφικνούμενον
 0 ἐθεύσαυτό τε καὶ κατησπύσατο. ἐπεὶ δὲ ἀλλήλοις εἰκότα συνωμί-
 λησαι, ὑπογράφονται τὰ τε σύμβολα τῆς εἰρήνης καὶ τὰ γαμικὰ
 συναλλάγματα, μεσολαβοῦντος ἐν τούτοις καὶ νουνεχῶς διενθύ-
 νοντος μεταξὺ Ῥωμαίων τε καὶ Βουλγάρων πρωτοβεστιαρίου Θεο- C

cum celoce Theodosium Abucem monachum et Constantinum Rhodium
 palatinum clericum cum Bulgaris in Mesembria de pace collocuturos emi-
 sit. oppidum hoc dictum olim Menembria, a Meno viro Thracio eius
 conditore, et Bria, eius nominis apud quosdam Thraces vico; mollioris
 vero pronuntiationis causa Mesembriae nomen accepit. quo in colloquio
 cum res commode tractata esset, legati per continentem in urbem redie-
 runt, cum eis Stephanus Bulgarus comes esset. post hos subsecuti Geor-
 gius Sursubulus et Symeon Calutercanus et Usampsus, Symeon item
 alterius illius Bulgariae principis ex uxore frater. ad haec illius affinis
 Stephanus, Magotinus quoque et Cronus et Menicus, Petri ad Roma-
 num imperatorem legationem fulserunt. conspectaque Christophori im-
 peratoris filia Maria, ac eius plurimum specie recreati, ictisque prius
 pacis foederibus, missis literis Petrum sine mora venire iusserunt. mis-
 sus vero obviam Nicetas magister Romani imperatoris affinis, eumque
 in urbem inducturus. cum itaque venisset Petrus Bulgarus, conscensa
 Romanus imperator trireme Blachernas petit, ibique ad se venientem
 Petrum et vidit et osculo salutavit. inter se vero, uti par erat, collo-
 cutis, subscriptionibus munita rataque habita pacis pariter nuptiarumque
 foedera, protovestiario Theophane in omnibus quasi sequestro, ac so-
 lenter Romanos inter Bulgarosque negotium dirigente. (23) Octobris

φάνους. (23) ὀγδόῃ δὲ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἐξῆλθεν ὁ πατριάρχης Στέφανος ἅμια Θεοφάνει πρωτοβεστιαρίῳ καὶ Μαρίᾳ τῇ τοῦ βασιλέως Χριστοφόρου θυγατρὶ καὶ πάσῃ τῇ συγκλήτῳ εἰς τὸν ναὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Πηγῆς, καὶ εὐλόγησεν Πέτρον τε καὶ Μαρίαν, καὶ τοὺς νυμφικοὺς στεφάνους ταῖς αὐτῶν ἐπέθηκε κεφαλαῖς, παρὰ νυμφεόντων Θεοφάνους πρωτοβεστιαρίου καὶ Γεωργίου Σουρσουβούλη. λαμπρᾶς δὲ καὶ πολυτελοῦς **D** γεγωνίας τραπέζης, καὶ πάντων τῶν εἰθισμένων τοῖς γάμοις φαιδρῶς ἐπιτελεσθέντων, εἰσῆλθεν Θεοφάνης πρωτοβεστιαρίος ἅμια Μαρίᾳ τῇ θυγατρὶ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ πόλει. τῇ τρίτῃ δὲ τοῦ γάμου ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς εὐωχίαν λαμπρὰν ἐν τῇ τῶν Πηγῶν ἀποβάθρᾳ, περικοσμήσας αὐτὴν ὑφάσμασι σηρικοῖς, παρ' αὐτῇ τῇ ἀποβάθρᾳ τοῦ βασιλικοῦ δρόμωνος ἐστηκότος· ἐνθα συνέστη Ῥωμανὸς Πέτρῳ Βουλγάρῳ ἅμια Κωνσταντίνῳ γαμβρῶ καὶ Χριστοφόρῳ νιῶ. τῶν δὲ Βουλγάρων ἐνστασιῶν οὐ μικρὰν ποιησαμένων πρότερον εὐφημισθῆναι Χριστοφόρον, εἶθ' οὕτω τὸν Κωνσταντῖνον, ὑπέβλεψε τῇ ἐνστάσει τούτων Ῥωμανὸς ὁ **P 257** βασιλεὺς, καὶ γέγονεν ὑπερ ἡτήσαντο. ἐπεὶ δὲ πάντα τὰ ἐν γάμοις συνετελέσθησαν, ἐμελλε δὲ ἡ Μαρία ἤδη τὴν πρὸς Βουλγαρίαν σὺν τῷ ἀνδρὶ Πέτρῳ ὀδεύειν, οἱ ταύτης γονεῖς μέχρι τοῦ Ἐβδόμου συνέξῆλθον αὐτῇ ἅμια Θεοφάνει πρωτοβεστιαρίῳ. ἐπειδὴ ἀπαίρειν ἐμελλεν, περιχυθέντες τῇ θυγατρὶ καὶ πικρὰ καταχέον-

14 συνεισιτάθη Cedrenus

mensis die octavo egressus patriarcha Stephanus cum Theophane protovestiario, et Maria Christophori imperatoris filia universoque senatu ad sanctissimae deiparae ad Pegas, Petrum et Mariam benedixit, eorumque capitibus nuptiales corollas imposuit, sponsam comitantibus Theophane protovestiario et Georgio Sursubulo. mensa vero sumptuosa ac magnificentissima instructa, cunctisque ad nuptiarum solennia spectantibus rite splendideque peractis, Theophanes protovestiarius una cum Maria imperatoris filia in urbem reversus est. tertio autem a nuptiis celebratis die Romanus imperator in Pegarum exscensione magnificentum paravit convivium, sericis aulaeis convestita machina, et ad ipsam paetoria celoce constituta. eo loco epulatus Romanus cum Petro Bulgaro et Constantino genero ac filio Christophoro, Bulgarisque etiam atque etiam enitentibus ut prior Christophorus tumque Constantinus faustis acclamationibus imperatorum more exciperentur, eorum Romanus flagitationibus annuit, sicque illis res ex voto cessit. tunc vero omnibus nuptiarum expletis solennibus ac gaudiis, et cum iam Maria cum Petro viro suo in Bulgariam esset profectura, ad Hebdomum usque a parentibus una cum Theophane protovestiario deducitur. in ipso discessus procinctu puellae circumfusi copiosas fundunt lacrimas, quantas par

τες δάκρυα, καὶ ὅσα εἰκὸς ἐπὶ στερήσει σπλάγγνον περιποθήτον, τὸν τε αὐτῶν γαμβρὸν ἀσπασάμενοι καὶ ταύτην ταῖς τούτου χερσὶν παραθέμενοι ἐν τοῖς βασιλείοις ὑπέστρεψαν. Μαρία δὲ Βουλγαρικαῖς παραδοθεῖσα χερσὶ τὴν ἐπὶ Βουλγαρίαν ἀπήει, χαίρουσά τε **B**
5 ἄμα καὶ λυπομένη, λυπομένη μὲν ἐν οἷς γονέων φιλτάτων ἐστέρητο καὶ βασιλείων οἴκων καὶ συνηθείας τῶν γένει προσηκόντων, χαίρουσα δὲ ἐν οἷς βασιλεῖ προσήρμοστο ἀνδρὶ καὶ δέσποινα Βουλγάρων προσηγορεύθη. ἀπήει τοίνυν πλοῦτον κομιζομένη παντοδαπῇ καὶ ἀποσκευῇ ἀναρίθμητον.

0 **24.** Τότε δὲ καὶ Ἰωάννης μάγιστρος καὶ δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ Κουρκοῦας, καλῶς διοικῶν τὸν Ῥωμαϊκὸν στρατὸν σχεδὸν ἀπὸ τῆς ἀναρρήσεως Ῥωμανοῦ βασιλέως, καὶ καταπολεμῶν **C**
καθ' ἑκάστην τοὺς Ἀσσυρίους, καὶ πόλεις καὶ κάστρα καὶ κόμιας **C**
5 καὶ χώρας αὐτῶν πορθήσας καὶ αἰχμαλώτους ποιήσας, μεθ' ὧν
καὶ τὸ ἐπίσημον καὶ ἐξάκουστον καὶ πᾶν ὄχυρον καὶ δυνατὸν κάστρον τῆς Συρίας, Μελιτινὴν ὀνομαζόμενον, διαφόρως καταπολεμήσας καὶ πριουεύσας, καὶ εἰς φροῦδον ἀπωλείας τοῦτο ποιήσας, καὶ τὰς πέριξ κόμιας καὶ χώρας πυρκαϊούστους ἐργασάμενος, αὐτὸ τὸ ἀήττητον καὶ ἀμάχητον κάστρον παρακαθίσας καὶ ἐλε-
0 πόλεις μηχανικὰς στήσας, καὶ εἰς παντελῆ ἀπορίαν καὶ ἀμηχανίαν **D**
ἐμβυλῶν αὐτοὺς ὃ τι πράξαιεν, καὶ ἄπαξ καὶ πολλάκις πρέσβεις πρὸς τὸν δομέστικον στελλόντων καὶ λόγον αἰτούντων, **D**

est fundere qui mox carissimo pignore privandi erant, generumque suum exosculati, atque eius manibus deposita filia, in regiam revertuntur. Maria viri Bulgari manibus tradita, gaudio mixta et tristitia, in Bulgariam iter contendit. tristitiam faciebat, quod amantissimis parentibus, quod regiis aedibus, quod necessariorum affiniumque consuetudine deficiebatur: rursusque gaudii seges erat, quod viro regi locata, Bulgarorum domina esset consulata. ibat itaque omnigenas conferens opes, innumeraque suppellectili opulenter instructa.

24. Tunc quoque Ioannes magister ac scholarum domesticus Curcuas, qui Romanas praeclare copias regebat, quo fere ex tempore Romanus imperator salutatus est, Assyriosque quotidie expugnabat, urbesque et oppida munita et vicos ac loca evertibat, captivosque ducebat, atque in iis etiam insignem nominatissimamque ac plane munitam potentissimamque Syriae urbem arcemque, Melitinem dictam, varie tentaverat praedatusque fuerat ac penitus vastaverat, circumque posita oppida vicisque et praedia igni succenderat, ipsa invicta inexpugnabilique arce obsessa, adhibitisque illi tormentis ac machinis obsidionalibus, oppidanisque in extremas angustias consilii que inopiam coniectis, ac cum illi semel saepiusque missis ad domesticum legatis fidem ac securitatem ex-

ὁ συννετὸς καὶ ἐχέφρων Ἰωάννης ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ Κουρ-
κούας τὰ τῶν δακρύων καὶ ἐλεεινολογιῶν καὶ τὰ τῆς τύχης σκοπή-
σας, οἷα τὰ ἀνθρώπινα, ὑπέϊξεν, καὶ λόγον δούς αὐτοῖς, ὁ
Ἀπόχαψ ὁ τοῦ Ἀμερ ἔκγονος ἀμηρᾶς ὢν Μελιτινῆς, καὶ ὁ Ἀπο-
σαλάθ στρατηγὸς ἐγγενέστατος ὢν καὶ πλούσιος ἐν Μελιτινῇ,
παρεγένοντο. ἀποδεχθέντες οὖν παρὰ τοῦ δομεστικού τῶν σχο-
λῶν Ἰωάννου, πρὸς τὸν αὐτοκράτορα τούτους ἀπέστειλεν· καὶ
σύμφωνα εἰρήνης ποιήσαντες ὑπέστρεψαν πρὸς τὰ ἴδια. ἔκτοτε
P 258 δὲ συνῆξοστράτεον τοῖς Ῥωμαίοις κατὰ τῶν ὁμοφύλων Ἀγαρηνῶν,
ἐν τε τοῖς ἐπινικίοις συνεισήρχοντο τοῖς Ῥωμαίοις ἐν τῇ πόλει αἰχ-
μαλώτους ἄγοντες Ἀγαρηνοὺς, ὅπερ ἦν θανμαστὸν καὶ παράδο-
ξον καὶ δεῖγμα τῆς ἀθέων Σαρακηνῶν δυστυχίας. τελευτήσαν-
τος δὲ τοῦ Ἀπόχαψ, ἀνδρὸς φρονίμου καὶ συννετοῦ, διέλυσαν τὴν
εἰρήνην οἱ τὴν Μελιτινὴν κατοικοῦντες. ἐκστρατεύουσιν οὖν κατ'
αὐτῶν πάλιν ὁ τε δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ Κουρκούας Ἰωάννης
μετὰ τῶν θεμάτων καὶ ταγμάτων καὶ ὁ Μελίας μετὰ τῶν Ἀρμε-
B νίων· καὶ πολλὰς προνομὰς καὶ πραιδάς καθ' ἐκάστην ποιοῦμενοι,
καὶ ταῖς συνεχέσιν ἐπιδρομαῖς αἰχμαλωτίζοντες τούτους καὶ ληϊζό-
μενοι, εἰς τοσαύτην στένωσιν τὴν Μελιτινὴν περιέστησαν ὥστε
αὐτὴν συντομώτατον ἐκπορθῆσαι καὶ ἕως ἐδάφους καταστρέψαι,
οὐ μόνον δὲ ταύτην ἀλλὰ καὶ τὰς ὁμόρους αὐτῇ πόλεις καὶ χώρας
πολυφόρους τε καὶ πιοτάτας οὔσας καὶ οἷας πολλὰς παρέχειν
προσόδους. ταύτην οὖν τὴν Μελιτινὴν εἰς κουρατωριάν ἀποκα-

poscerent, vir prudens cordatusque Ioannes Curcuas scholarum domesti-
cus, miserorum lacrimas supplicumque luctuosos clamores ac pro huma-
narum rerum ratione fortunae incerta considerans, eorum votis animum
inflexit; ad quem accepta fide Apochaps ameris nepos, Melitines ipse
ameras existens, Aposalathque dux apud Melitinem strenuissimus nobi-
lissimusque ac locupletissimus, venere. hos scholarum domesticus Ioan-
nes omni humanitate susceptos ad imperatorem misit; ictoque pacis foe-
dere domum reversi sunt. indeque sociis adlecti ac foederati adversus
tribules suos Agarenos cum Romanis ad bellum proficiscebantur, ac
triumphi specie cum iisdem captivos suos ducentes (mirando sane spec-
taculo et inaudito, impiorumque Saracenorum afflictarum rerum indicio)
urbem ingrediebantur. mortuo autem Apochapso, viro prudente ac sap-
iente, Melitineses pacem dissolverunt. iterum igitur adversus eos
proficiscuntur scholarum domesticus Ioannes Curcuas cum cohortibus ac
legionibus, Meliasque Armeniis praefectus. hi multas quotidie agentes
praedas, assiduisque excursionibus totam late regionem diripientes atque
incolas subigentes, in tantas Melitinem coegerunt angustias, ut brevis-
simo tempore ipsam expugnaverint ac solo tenus aequaverint. nec eam
modo sed et vicinas urbes atque oppida et regiones feracissimas opi-
masque, ac quae multos proventus afferrent. hanc igitur Melitinem

ταστήσας ὁ βασιλεὺς πολλὰς χιλιάδας χρυσίου καὶ ἀργυρίου ἐκεῖθεν δασμοφορεῖσθαι ἐτησίως πεποίηκεν.

25. Κατηγορήθη δὲ Νικήτας ὁ μάγιστρος καὶ πενθερὸς C Χριστοφόρου βασιλέως ὡς ὑποτιθέμενος αὐτῷ κατὰ τοῦ ἰδίου 5 γενέσθαι πατρὸς καὶ τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐξεῶσαι. τοῦτον οὖν ἐξαγαγόντες τῆς πόλεως ἀπέκειραν μοναχόν, ὑπερορίσαντες τῷ ἑαυτοῦ προαστείῳ.

26. Μηνὶ δὲ Ἰουλίῳ κ', ἰνδικτιῶνος ε', τελευτᾷ Στέφανος πατριάρχης, πατριαρχεύσας ἔτη δύο μῆνας ἕνδεκα. Δεκεμ- 10 βρίῳ δὲ μηνί, τῇ τεσσαρεσκαδεκάτῃ, ἄγουσι Τρύφωνα μοναχὸν ἐν τῷ Ὀψικίῳ μονάζοντα, ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ ἀγιότητι μαρτυρούμενον, καὶ χειροτονοῦσι πατριάρχην ἐπὶ χρόνῳ ῥητῷ, μέχρις ἂν D εἰς μέτρον ἡλικίας φθάσῃ Θεοφύλακτος ὁ τοῦ Ῥωμανοῦ υἱός, ὃν ἔμελλον πατριάρχην χειροτονεῖν Κωνσταντινουπόλεως.

27. Εἰκάδι δὲ πέμπτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς χειμῶν ἀφόρητος 15 γέγονεν, ὥστε χρυσταλλωθῆναι τὴν γῆν ἐπὶ ἡμέρας ρκ'. ὅθεν καὶ γέγονεν ὁ μέγας λιμός, τοὺς πώποτε γενομένους ὑπερβυλλόμενος, καὶ θάνατος ἐκ τούτου πολὺς, ὡς μὴ δύνασθαι τοὺς ζῶντας ἐκκομίζειν τοὺς τεθνεῶτας. ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς τὴν ἀφό- 20 ρητον ἐκείνην βίαν κατανοήσας ἀξίαν τῆς ἑαυτοῦ συμπαθοῦς καὶ ἐλεήμονος φύσεως πρόνοιαν ἐποίησατο, πολλαῖς ἐλεημοσύναις τὴν P 259 ἐκ τοῦ λιμοῦ παραμυθησάμενος ἔνδειαν· ἀνέφραξεν τε θυρίσι καὶ σαιιδώμασι τὰς τῶν ἐμβόλων στοάς, ὡς μὴ τὴν χιόνα καὶ τὸ

imperator in curatoriam (alii provinciam dixerint) redigens, multa inde auri argentique milia tributo annuo fisco inferenda indixit.

25. Ceterum Nicetas magister ac Christophori imperatoris socer accusatus est, quod rebellandi adversus patrem eumque solio deturbandi auctor illi fuisset. quocirca urbe eiectum in monachum detondent, inque suburbano suo exsulem agere cogunt.

26. Mensis Iulii quinta decima, indictione sexta, moritur Stephanus patriarcha, cum ei muneri praefuisset annos duos, menses undecim. mensis autem Decembris quarta decima Tryphonem adducunt in Opsicio profitentem monachum, virum religiosus moribus ac sanctitate probatum, ordinantque patriarcham ad certum tempus, donec scilicet Theophylactus Romani filius maturae aetatis annos attingeret, quem patriarcham Cyprianum ordinaturi erant.

27. Eiusdem mensis die vigesima quinta gravissimum fuit frigus, adeo ut dies 120 terra gelu concreta obriguerit. hoc gelu subsecuta fames, quanta ante nunquam exstiterat; exque illa crebrae adeo mortes ut nec efferendis mortuis vivi sufficerent. porro Romanus tantam illam vim mali considerans, pro benigna sua teneraque in miseros indole, convenienter eis curam adhibuit seduloque prospexit, larga eleemosynarum praebitione famis indigentiam solans. porticum quoque spatia fenestris ac tabulatis obstruxit, ne per ea nix frigusque in pauperes

- ψῶχος ἐκεῖθεν ἐπεισιέναι τοῖς πένησι. τότε καὶ τὰς λεγομένας ἄρκλας ἐν πᾶσι κατεσκεύασε τοῖς ἐμβόλοις, ἀργυρίᾳ τε κατὰ μῆνα τοῖς ἐν ταύταις κατακειμένοις πένησι δίδοσθαι διατέζατο καὶ τὰ μηνιαῖα τριμίσια ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῖς πένησι διανέμεσθαι, ὡς εἶναι τὰ διδόμενα τοῖς τε ἐν ταῖς ἄρκλαις πτωχοῖς καὶ τοῖς ἐν ταῖς 5
- B** ἐκκλησίαις ἀργύρου ἐγκεχαραγμένου χιλιάδας δώδεκα. οὐ μόνον δὲ ταῦτα ἢ συμπαθῆς αὐτοῦ ψυχῇ διετύπωσε τῶν πενήτων προνοουμένη, ἀλλὰ καὶ καθ' ἡμέραν αὐτῷ τρεῖς συνεσθίειν πένητας διατέζατο, οἱ ἂν ἐν ἐλάμβανον νόμισμα. τετραδί δὲ καὶ παρασκευῇ τρεῖς πένητες μοναχοὶ τούτῳ συνήσθιον, τὸ τετυπωμένον 1
- ἕκαστοι λαμβάνοντες νόμισμα. ὅπερ δὲ ἐν τοῖς μοναστηρίοις εἶωθεν γίνεσθαι ἐν τῷ καιρῷ ἂν τῆς ἐστιάσεως, τοῦτο αὐτὸς ἐποίει, διπλῆν ἑαυτῷ καὶ τοῖς δαιτυμόσι τὴν τράπεζαν παρατιθείς, ὥστε τὸ μὲν σῶμα τρέφεσθαι τῇ συνήθει τροφῇ, τῇ δὲ ψυχῇ καταλυ-
- C** κήλω τῶν λόγων ἐπεντροφᾶν ἡδονῇ, οἷς ἐκεῖνος ἐπιμελῶς προσέ- 1
- χων τὸν νοῦν κατένυσε τὴν ψυχὴν καὶ πολλὰς δακρῶν ὑφίει πηγὰς. τὴν δὲ πίστιν ὅσην ἐκέκτητο πρὸς πάντας μὲν μοναχοὺς, μάλιστα δὲ τοὺς ἐπ' ἀγιοσύνη διαβοήτους καὶ εὐλαβεῖα, τίς ἂν διηγῆσαιτο; οὐκ ἐθεάσατο γὰρ ποτε μοναχὸν ἀρετῆς ἀντεχόμενον, ᾧ τινὲ τὰς ἑαυτοῦ πράξεις σὺν πολλοῖς δάκρυσι οὐκ ἐξηγόρευε. 2
- πιστότατος δὲ ὢν καὶ ὀρθοδοξότατος πάσας τὰς τῆς πόλεως ἐκκλησίας πέπλοις διαφανέσι καὶ φωταγωγίαις λαμπρῶς κατεκόσμη καὶ
- D** κατεφαίδρυνεν. ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν ὄρεσι μοναχοῖς, τῷ τε Ὀλύμπῳ

grassarentur. tum quoque eas quas arculas vocant in cunctis porticibus construxit; nummumque argenteum iacentibus illic egenis quot mensibus erogari praecepit, menstrua quoque trimisia per ecclesias pauperibus iussit distribui, adeo ut quae per arculas et ecclesias erogabantur argenti cusi numismata, ad duodecim milia numerarentur. neque haec solum misericordia pronus eius animus pauperumque liberalis provisor sibi ipse constituit, sed abunde tres quotidie pauperes secum comedere voluit, quibus singulis eleemosynae titulo nummus cederet. quarta autem feria ac parasceue tres egenos monachos mensae socios adhibebat, quibus singulis constitutum nummum erogabat. quodque in monasteriis observari solet, ut inter comedendum lectio habeatur, hoc ille praestabat, sibi ipse ac convivis duplicem apponens mensam, ut tum corpus consueto cibo aleretur, tum anima doctrinarum voluptate oblectaretur. quibus ille diligenter attendens animum, compungebatur ac lacrimarum large fontes mittebat. eius vero fidem erga monachos, quos praesertim sanctitas et religio claros reddiderat, quanta fuerit, quis possit enarrare? eorum nemo in conspectum veniebat, sedulus virtutis cultor, cui actus suos cum multis lacrimis non exponeret. cum autem fide devotissimus ac summe orthodoxus esset, urbis omnes ecclesias sumptuosis aulaeis cereorumque et lampadum copia praeclare exornavit. sed et monachis in montibus, tum nempe Olympo tum Cymina et quem vocant

καὶ τῷ Κομινῷ καὶ τῇ Χρυσῇ κατονομαζομένῃ Πέτρον καὶ τοῦ Βαραχαιῶν ὄρει, οὐ διέλιπεν ἐτησίως ῥόγας ἔξαποστέλλων καὶ φροντίζων τούτων καὶ προνοούμενος, καὶ τοὺς ὀνομαστοὺς ἐπὶ πράξει καὶ θεωρίᾳ μετακαλούμενος ὡς αὐτόν, καὶ τῶν εὐχῶν αὐ-
 5 τῶν τὰς εὐλογίας τρυγῶν. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ τοῖς διὰ θεὸν ἐγκλείστοις καὶ στενωπύτοις οἰκίσκοις καθείρξασι καὶ πᾶσι τοῖς μοναστηρίοις τὰς ἐτησίους ῥόγας, ἃς διετύπωσεν, οὐ διέλιπεν ἐπιχορηγῶν. ταῦτα ὡς ἐκ πολλῶν ὀλίγα τῶν αὐτοῦ κατορθωμά-
 των καὶ ἐλεημοσυνῶν διεξήλωθμεν.

10 28. Πέτρον δὲ τῷ Βουλγάρῳ ἐπέθετο Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς P 260
 αὐτοῦ μετὰ καὶ ἐτέρων μεγιστάνων τοῦ Συμεῶν· καὶ φωραθέντων
 αὐτῶν ὁ μὲν Ἰωάννης τύπτεται καὶ ἐγκλείεται φυλακῇ, οἱ δὲ λοι-
 ποὶ τιμωρίαις οὐ ταῖς τυχοῦσαις ὑποβάλλονται. ταῦτα δὲ δῆλα
 Πέτρον ποιήσαντος τῷ βασιλεῖ Ῥωμανῷ, ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς
 15 τὸν μοναχὸν Ἰωάννην, ὃς ἐγεγόνει ῥαίκτωρ, προφάσει μὲν τοῦ
 ποιῆσαι τὸ ἀλλάγιον τῶν κρατουμένων αἰχμαλώτων, τῇ ἀληθείᾳ
 δὲ Ἰωάννην κατασχεῖν καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀγαγεῖν. ὁ δὲ
 καὶ γέγονεν· εἰσελθὼν γὰρ ἅμα Ἰωάννη εἰς πλοῖον ἀπὸ Μεσημ-
 βρίας ἤλθεν ἐν τῇ πόλει. καὶ μετ' οὐ πολὺ τούτου τὸ μοναχικὸν B
 20 σχῆμα ἀπορροφῆσαντος καὶ γυναικα ἐπιζητήσαντος, δέδωκεν αὐτῷ
 ὁ βασιλεὺς οἶκον καὶ κτήματα πάμπολλα καὶ γυναικα ἐκ τῆς ἐαν-
 τοῦ πατρίδος τῆς τῶν Ἀρμενιакῶν ὀρμωμένην, γάμον τε λαμπρὸν
 ἐν τῇ τοῦ Καίσαρος οἰκίᾳ πεποίηκεν, Χριστοφόρου βασιλέως καὶ
 Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ γεγονότος ῥαίκτορος παρανυμφευσάντων.

Petram Auream et Barachaeo, nunquam destitit annua stipendia mittere eorumque res curare ac eis providere, quique inter illos actionis cultu ac contemplationis spectabiles essent, ad se accersere eorumque precum suffragia percipere. nec id modo, sed et religiosa exercitatione inclusis, et qui se angustissimis tuguriolis velut carcere abdidissent, cunctis denique monasteriis statutas annonas subministrare non cessabat. haec velut ex multis paucas viri virtutes eleemosynasque percurrimus.

28. Petro Bulgarorum principi Ioannes frater cum aliis Symeonis proceribus struxit insidias. deprehensis illis, Ioannes quidem flagris emendatus in carcere includitur, reliqui acerbis suppliciis subacti sunt. horum Romanus imperator a Petro certior factus, Ioannem monachum (eum qui rector exstiterat) mittit, praetextu quidem redimendi captivos, re ipsa vero ut Ioannem caperet et Byzantium duceret; quod et ita contigit. una quippe cum Ioanne navim ingressus, a Mesembria in urbem delatus est. nec multo post proiecto monachi habitu, cum uxoris amplexus quaereret, imperator illi aedes assignavit multaque omnino praedia contulit, exque sua ipsius Armeniacorum patria coniugem ei locavit, atque in Caesaris domo praemagnificas nuptias fecit, ductoribus sponsae Christophoro imperatore ac Ioanne monacho, qui rector exstiterat.

29. Ἀλλὰ καὶ Μιχαὴλ μοναχός, αὐτὸς ὁ ἀδελφὸς Πέτρου, κατὰ σπουδῆς ἔχων τῆς Βουλγαρικῆς ἔξουσίας ἐπιλαβέσθαι, ἰδιοσταςίασεν ἐν τινι Βουλγαρικῷ κάστρῳ· καὶ τούτῳ προσερόνησαν οἱ τῆς Πέτρου ἀρχῆς διεστηκότις Σκύθαι. οὗ μετὰ τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν ἐπῆλθον οὗτοι ταῖς Ῥωμαϊκαῖς χώραις, ὥστε 5 συμβῆναι τούτους ἀπὸ Μακέτιδος διὰ Στρυμόνος πρὸς Ἑλλάδα καὶ τὴν Νικόπολιν προσχωρῆσαι καὶ τὰ ἐκεῖσε πάντα λήσασθαι. Νικόπολις δὲ ἐπωνόμασται κατὰ τὸ ἐπώνυμον τῆς νίκης, ἣν Ἀύγουστος Σεβαστὸς κατὰ Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας εἰργάσατο καὶ τὴν Αἰγυπτίων ἀρχὴν τοῖς Ῥωμαίοις ὑπέκλινεν. 10

30. Μαρτίῳ δὲ μηνί, δευτέρα ἡμέρα, κοσμήτης ἔπεσεν D ἐν τῷ φόρῳ ἐκ τῶν ἐν τοῖς στιχηθδὸν ἱσταμένοις ἐκεῖσε κίοσιν ἐπικειμένον, καὶ ἀπέκτεινεν ἄνδρας ἕξ. γέγονε δὲ καὶ ἐμπρησμός μέγας καὶ φοβερός εἰς τὸν τοῦ φόρου ἔμβολον, πλησίον τοῦ ναοῦ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ὥστε κατακαῆναι τὰ τε κηροπωλεῖα καὶ 15 τὰ γονάτια τοῦ φόρου μέχρι τῶν Ψυχῶν.

31. Ἐτελεύτησε δὲ Χριστοφόρος βασιλεὺς μηνὶ Αὐγούστῳ Ἰνδικτιῶνος τετάρτης, πολλὰ κοψαμένου καὶ θρηνήσαντος αὐτὸν τοῦ πατρὸς, μείζον ἢ κατ' Αἰγυπτίους, ὡς ἤδη εἰς γῆρας αὐτοῦ ἑλληκότος καὶ τῶν νιῶν αὐτοῦ ἔτι νηπίων ὄντων. καὶ ἐτέθη τὸ 20 λείψανον αὐτοῦ ἐν τῇ ῥηθείῳ μονῇ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

13 ἐξήκοντα Scylitzes et Cedrenus. Combef.

29. Quin et Michael monachus, ipse Petri frater, Bulgarici imperii cupidus, seorsum in Bulgariae quadam arce rebellavit, multosque Scythas, qui a Petri principatu desciverant, ad se pertraxit. hi Michaele vivis exempto Romanae dicionis fines invaserunt, sic nimirum ut a Macetide per Strymonem ad Atticam Nicopolimque progressi cuncta ibi populati sint. Nicopolis vero dicta est a victoria, quam Augustus rettulit de Antonio et Cleopatra, tunc scilicet cum Romanis fascibus Aegyptum subiecit.

30. Mensis Martii die secunda, qui in foro columnis illic ordine erectis cosmetes impositus erat, decidit ac sex viros occidit. magnum quoque ac formidabile contigit incendium in fori porticu, haud procul ab aede sanctissimae deiparae, adeo ut pars illa fori quam cerarii et quam pellitarii artifices occupant, ad Psichas usque igni absumpta sit.

31. Christophorus vero imperator mortuus est mense Augusto, indict. 4, Romano patre illius funus ingenti luctu ac planctu prosequente, supra quam etiam Aegyptiorum moribus receptum sit, eo quod vergente iam ipsius aetate eius liberi adhuc pueri ac minores essent. depositum illius cadaver in patris sui monasterio, cuius in superioribus meminimus.

32. Κατήγαγον δὲ καὶ Τρύφωνα πατριάρχην Ἀγούστῳ P 261
 μηνὶ Ἰνδικτιῶνος τρίτης, τὸν ῥητὸν χρόνον τελέσαντα· καὶ ἀπελ-
 θῶν ἐν τῇ ἰδίᾳ μονῇ τελευτᾷ, χηρευσάσης ἐκκλησίας χρόνον ἕνα
 καὶ μῆνας ἓ διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελὲς Θεοφυλάκτου υἱοῦ Ῥωμα-
 5 νοῦ βασιλέως· αὐτὸν γὰρ ἕμελλεν, ὡς ἤδη εἴρηται, πατριάρχην
 καθιστᾶν.

33. Βασίλειος δὲ τις Μακεδῶν πλάνος Κωνσταντῖνον
 Δοῦκα ἑαυτὸν ἐπισημίσας πολλοὺς μεθ' ἑαυτοῦ συνεπήγετο.
 οὗτος συσχεθεὶς ὑπὸ Ἐλεφαντίνου τουρμάρχου, ἐκ τοῦ Ὀψικίου B
 10 ὄντος, ἤχθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ὑπὸ Πέτρου ὑπάρχου
 τῆς μιᾶς ἀλλοτριοῦται χειρός. εἶτα καιροῦ λαβόμενος καταλαμ-
 βάνει πάλιν τὸ Ὀψικίον, καὶ χεῖρα χαλκῆν ἀντὶ τῆς κοπέλης
 προσηρμοσάμενος καὶ σπάθην ὑπερμεγέθη κατασκευάσας διήρ-
 χετο, πλανῶν αὐθις τῶν ἀγρυπνεόντων πολλοὺς ὡς εἶη αὐτὸς
 15 Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ Δουκός. οὗς καὶ συνεφελκόμενος μεγάλην
 κατὰ Ῥωμανοῦ ἀνταρσίαν κινεῖ. καὶ φρούριον κατασχὼν ὃ Πλα-
 τεῖα πέτρα κατονομάζεται, πᾶν εἶδος ἐδωδύμων ἐν τούτῳ ἀπέθετο·
 ἀφ' οὗ ἔξορμιῶν ἐλεηλάτει καὶ τοὺς παρατυγχάνοντας προεινόμειν. C
 20 τοὺς σὺν αὐτῷ· ὃν καὶ ἀγαγόντες ἐν τῇ πόλει ἀνέκρινόν τε καὶ
 πολλὰς πληγὰς ἐπέτιθέσαν, τοῦ τοὺς συστασιώτας, εἴ τινες εἶεν,
 εἶπεῖν. ὁ δὲ πολλοὺς τῶν ἐν τέλει ἐσχυοφάντει ψευδῶς ὡς συνόν-

2 τετάρτης margo
 συστασιώτας margo

18 τοὺς om P

21 συστρατιώτας P,

32. Sed et Tryphonem patriarcham mense Augusto, indictione
 tertia, cum tempus constitutum explesset, officio moverunt; qui abiens
 in monasterio suo e vivis excedit, ecclesia pastore vidua annum unum,
 menses quinque, quod Theophylactus nondum matura satis aetate esset,
 ipsum enim Romanus constituerat patriarcham praeficere, uti iam di-
 ctum est.

33. Basilius vero quidam Macedo impostor, Constantinum Ducem
 se esse iactans, multos sibi adiunxit. hic ab Elephantino tribuno Opsic-
 ciano captus in urbem inductus est, Petrique urbis praefecti sententia
 altera manuum truncatur. postmodum occasionem nactus ad Opsicium
 redit, aereamque sibi manum eius loco quae amputata fuerat aptans,
 ingentemque gladium fabricans, multos iterum circumforaneos ac nebu-
 lones seducens sic vagabatur, seque adeo Constantinum Ducis filium
 esse suadens. horum itaque contracta manu magnam adversus Roma-
 num rebellionem confiat; castroque occupato cui nomen Lata petra,
 omnisque generis in eo annona reposita; ex his latebris erumpens cir-
 cumvicinam regionem populabatur ac praedas agebat. missis itaque im-
 perator copiis tum illum cepit, tum qui sub illo merebant. inductum
 vero in urbem iudicio sistunt, eique ad quaestiones adhibito, et ut so-
 cios prodat, plagas multas imponunt. ille multos procerum, quasi sibi

τας αὐτῶ. μηδὲν δὲ ἀληθὲς κατ' αὐτῶν λέγειν ἐξελεγχθεὶς ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῦ πυρὸς παρανάλωμα γίνεται.

34. Χειροτονεῖται δὲ πατριάρχης ὁ ῥηθεὶς τοῦ βασιλέως υἱὸς Θεοφύλακτος, Φεβρουαρίῳ μηνὶ δευτέρῳ Ἰνδικτιῶνος ἕκτης, **D** τοῦ πατρῷου φρονήματος ἐφ' ἅπασιν ἐξερχόμενος, ἀλλὰ καὶ τοῖς 5 πρόσω παρεκτεινόμενος κατορθώμασι μετὰ καὶ τῆς προσούσης ἔλλογιμότητος, τοποτήρητῶν ἐκ Ῥώμης ἀνελθόντων καὶ τόμον συνοδικὸν ἐπιφερόμενοι περὶ τῆς αὐτοῦ χειροτονίας διαγορεύοντα· οὐ καὶ πατριαρχικῶ θρόνῳ τοῦτον ἐνίδρυσαν.

35. Ἡ εἰρημῆ βασιλέως Ῥωμανοῦ ἐγγόνῃ ἡ Μαρία, 10 γυνὴ Πέτρου Βουλγάρου, πολλάκις ἀπὸ Βουλγαρίας ἐν τῇ πόλει εἰσηλθεὶν τοῦ τὸν ἴδιον πατέρα καὶ τὸν πάππον αὐτῆς ἐπισκέψασθαι. **P** 262 τελευταῖον δὲ μετὰ παιδῶν εἰσηλθεὶν τριῶν, ἥδη Χριστοφόρου τοῦ πατρὸς αὐτῆς τελευτήσαντος. πλοῦτον οὖν πολὺν παρὰ τοῦ πάππου λαβοῦσα ἐντίμως ὑπέστρεψεν. 15

36. Ῥωμανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ υἱῷ Στεφάνῳ γυναικὰ ἡγάγετο θυγατέρα οὖσαν τοῦ Γαβαλά, ἐγγόνῃν δὲ Κατάκυλα, Ἄνναν ὄνομα. ἅμα δὲ τῷ νυμφικῶ στεφάνῳ καὶ ὁ τῆς βασιλείας αὐτῆς στέφανος ἐπετίθετο.

37. Ἐγένετο δὲ ἐκστρατεία πρώτη τῶν Τούρκων κατὰ 20 **B** Ῥωμαίων Ἰνδικτιῶνος ἐβδόμῃς Ἀπριλίῳ μηνί· οὐ καὶ καταδραμόντες μέχρι τῆς πόλεως ἐλήσαντο πᾶσαν Θρακίαν ψυχὴν.

18 Ἄννα P

adhæsissent, per calumniam defert. convictus vero nihil veri criminis illis obiicere, ad Amastriani aedes igni absumptus est.

34. Quem vero dicebam, imperatoris filius Theophylactus patriarcha ordinatur, Februarii mensis die secunda, indictione sexta, patris in omnibus animos sensumque praeveniens, sed et ad ea quae a fronte virtutes recteque facta, cum ea qua praeditus erat eruditione atque doctrina, sese extendens. aderant vicarii Romani antistitis, qui tomum synodalem de illius tractantem ordinatione afferrent; qui etiam in patriarchali sede eum collocarunt.

35. Quin dicta quoque Romani imperatoris neptis, Maria Petri Bulgari uxor, haud raro in urbem veniebat ex Bulgaria patris avique invisendorum causa. postremo autem venit tres secum liberos adducens, cum iam Christophorus eius pater vivis exemptus esset. multis itaque avi munificentia donata divitiis honorifice domum reversa est.

36. Romanus vero imperator Stephano filio uxorem locat Gabalae filiam, Cataclyae neptim, Annam nomine; ac cum nuptiali serto Augustalis etiam illi corona imposita est.

37. Turcorum prima expeditio adversus Romanos contigit mense Aprili, indictione 7. hi ad urbem usque excurrentes cunctos per Thraciam obvios praeda abegerunt. missus itaque Theophanes patricius pro-

ἀπεστάλη, οὖν ὁ πατριίκιος Θεοφάνης ὁ πρωτοβεστιάριος καὶ παραδυναστεύων ποιῆσαι ἀλλάγιον· ὃς θαυμασίως καὶ συνετιῶς αὐτοῖς μετελθὼν ὅσαπερ ἐβούλετο κατεπράξατο, πολλὰ παρ' αὐτῶν ἐν τῇ φρονήσει καὶ εὐβουλίᾳ ἐπαινεθεὶς τε καὶ θαυμασθεὶς· ὅτε 5 καὶ τὸ μεγαλόπυχον αὐτοῦ καὶ φιλόφρωνον ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐπεδείξατο, μηδενὸς φεισάμενος χρήματος πρὸς τὴν τῶν αἰχμηλώτων ἀνάγκησιν.

38. Ἠγάγετο δὲ γυναῖκα ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς τῷ τελευ- C
ταίῳ νιῷ Κωνσταντίνῳ, ἐκ γένους τῶν Ἀρμενιακῶν τοῦνομα
10 Ἑλένην, τοῦ πατριίκιου Ἀδριανοῦ θυγατέρα· ἧς καὶ τελευτησά-
σης Φεβρουαρίῳ μηνὶ δευτέρῳ ἑτέραν τοῦτω συνέξενυξεν γυναῖκα
ὀνόματι Θεοφανῶ, ἐκ γένους τοῦ Μάμαντος ἐκείνου καταγο-
μένην.

39. Δεκάτης καὶ τετάρτης Ἰνδικτιῶνος, Ἰουνίῳ δὲ μηνὶ
15 ἑνδεκάτῃ, κατέπλευσαν οἱ Ῥῶς κατὰ Κωνσταντινουπόλεως μετὰ
πλοίων χιλιάδων δέκα, οἱ καὶ Ἀρομίται λεγόμενοι, οἱ ἐκ γένους
τῶν Φράγγων καθίστανται. ἀπεστάλη οὖν κατ' αὐτῶν μετὰ τριή- D
ρων καὶ δρομώνων, ὅσα καὶ ἔτυχον ἐν τῇ πόλει, ὁ πατριίκιος· καὶ
τόν τε στόλον προεντρεπίσας τε καὶ ἐτοιμασάμενος, καὶ νηστεια
20 καὶ δάκρυσιν αὐτὸν κατοχυρώσας ὡς μάλιστα, τοὺς Ῥῶς προσδέ-
χεται καταναυμαχῆσαι μέλλων αὐτούς. ἐπεὶ δὲ ἐκείνον κατέλαβον
καὶ πλησίον τοῦ Φάρου ἐγένοντο (Φάρος δὲ καλεῖται ἀφίδρυμά τι,
ᾧ πυρρὸς ἐπιτίθεται εἰς ὁδηγίαν τοῖς ἐν νυκτὶ παραδίταις), οὗτος

tovestiarius imperiique administer ac princeps senatus, ut cum eis pacem componeret captivosque reciperet. porro Theophanes admiranda prudentia ac sagacitate illis usus ex voto cuncta confecit, multamque ex illis eo nomine laudem ac admirationem reportavit. tunc quoque Romanus imperator, quanta magnificentia ac humanitate praestaret, ostendit, nullis sumptibus parcens, solum ut liberarentur captivi.

38. Locavit etiam Romanus imperator Constantino filiorum natu minimo uxorem Helenam, Adriani patricii filiam stirpis Armeniacae. qua et defuncta mensis Februarii die altera, alteram ei Theophanonem nomine, Mamantis illius stirpe satam, nuptum tradit.

39. Quarta decima indictione, mensis vero Iunii undecima, Russi instructa classe ad decem navium milia adversus Byzantium navigaverunt. hos Dromitas vocant (velut palantes dicas ac cursu veloces) atque a Francis genus ducunt. missus itaque est cum triremibus et celocibus quotquot in urbe erant, illorum impetum excepturus Theophanes patricius. instructaque ac parata classe, ieiunii ac lacrimarum apprime praesidio communitus Russos operiebatur, navale cum eis certamen commissurus. quod vero illi iam iunxerant ac prope Pharus venerant (vocatur vero Pharus turris quaedam et substructio, cui fax accensa imponitur ad eorum qui noctu applicant iter dirigendum), ipse ad Eu-

πρὸς τῷ τοῦ Εὐξείνου πόντου στόματι παρὶδρυνόν (ὅς κατὰ ἀν-
 τίφρασιν κέκληται· κακόξεινος γὰρ διὰ τὰς συνεχεῖς τῶν ἐκεῖσε
 P 263 ληστῶν πρὸς τοὺς ἐπιξενουμένους καταδρομὰς, οὗς, ὡς φασίν,
 ἀνελὼν Ἡρακλῆς, καὶ ἀδείας τυχόντες οἱ παροδίται, τοῦτον Εὐ-
 ξείνον ἐπωνόμασαν) ἐν τῷ Ἱερῷ λεγομένῳ ἀθρόον· τούτοις ἐπέ- 5
 θετο, ὃ τὴν ἐπωνυμίαν εἴληφεν διὰ τὸ τῆς Ἀργοῦς πλωτῆρων
 ἐκεῖσε διερχομένων αὐτόθεν ἀνίδρυσαν ἱερόν. καὶ δὴ πρῶτος τῷ
 οἰκείῳ δρόμῳ διεκπλεύσας τὴν τε σύναξιν τῶν Ρουσικῶν πλοίων
 διέλυσεν καὶ τῷ ἰσκειασμένῳ πυρὶ πλείστα κατέφλεξεν, τὰ δὲ
 λοιπὰ τούτων ἐτρέψατο εἰς πληγὴν καὶ φυγὴν· ὃ ἀκολούθως καὶ 10
 οἱ λοιποὶ δρόμωνες καὶ αἱ τριήρεις ἐπεκδρομοῦσαι τελείαν εἰργά-
 B σαντο τὴν τροπὴν, καὶ πολλὰ μὲν πλοῖα κατέδυσαν αὐτανδρα,
 πολλοὺς δὲ κατέστρωσαν, πλείστους δὲ ζῶντας συνέλαβον. οἱ
 περιλειφθέντες οὖν εἰς τὸ τῆς ἀνατολῆς μέρος εἰς τὰ Σγόρα λεγό-
 μενα καταπλέουσιν. ἀπεστάλη δὲ τότε καὶ Βάρδας πατριίκιος 15
 ἀπὸ στρατηγῶν ὁ Φωκᾶς διὰ γῆς μετὰ ἱππέων καὶ ἐκκρίτων ἀν-
 δρῶν τοῦ παρατρέχειν αὐτούς. καὶ δὴ τούτων σύνταγμα ἱκανὸν
 ἀποστειλάντων πρὸς τὰ τῆς Βιθυνίας μέρη ὥστε τὰ πρὸς τροφήν
 καὶ ἄλλην χρεῖαν πορίσασθαι, περιτυχὼν τῷ τοιοῦτῳ συντάγματι
 ὁ εἰρημένος Βάρδας ὁ Φωκᾶς κακῶς τούτους διέθηκεν, τρεψά- 20
 C μενος καὶ κατασφάζας αὐτούς. κατῆλθε δὲ καὶ ὁ συνετώτατος
 καὶ ἐχέφρων Ἰωάννης ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ Κουρκούας μετὰ
 παντὸς τοῦ τῆς Ἀνατολῆς στρατεύματος, καὶ πολλοὺς τούτων διέ-

1 στόμα P

7 ἀνιδρυνόν?

9 δὲ om P

xini fauces stationem habens (sic enim contraria appellatione vocatus
 est, cum Cacoixinus diceretur, iccirco nimirum quod latrones ea loca
 insidentes assidue adversus hospites grassarentur, quos ab Hercule sub-
 latus aiunt; proptereaque viatores tuto iam illius itinere Euxini, quasi
 hospitalis, nomen indidisse) in loco quem Hierum vocant repente in eos
 impressionem fecit. Hierum inde nominis appellationem sumpsit, quod
 Argonautae illac transeuntes templum ibi exstruxerint. primus itaque
 sua ipse celoce vectus cum Russicarum navium ordinem dissolvit, tum
 plerosque praeparato igne nautico incendit, reliquas in fugam vertit;
 quem pone secutae naves reliquae atque triremes hostium omnem aciem
 penitus fuderunt, ac plures quidem navium cum vectoribus submerserunt,
 multos peremerunt, plurimos vivos ceperunt. superstites cladis reliquiae
 ad Orientalem plagam, ad locum Sgora dictum, traiecerunt. ibi Bardas
 patricius Phocas exdux missus cum equitum peditumque delecta manu ad
 hostium iter terra intercipiendum, in eorum cohortem satis numerosam,
 ad pabulandum aliaque necessaria ad Bithyniae partes missam, incidit,
 ingentique eam strage fudit et profligavit atque internecione delevit.
 sed et sapientissimus solertissimusque Ioannes Curcuas scholarum dome-
 sticus cum Asiatico omni exercitu praesto fuit, multosque Russorum a

φθειρεν ἀποσπάδας τῆδε κἀκεῖσε καταλαμβάνων, ὥστε συστα-
 λέντας αὐτοὺς δέει τῆς αὐτοῦ ἐπιθέσεως μένειν ἐπὶ τὸ αὐτὸ παρὰ
 τὰ οἰκεῖα πλοῖα καὶ μηδαμοῦ παρεκτρέχειν κατατολμῶν. πολλὰ
 δὲ καὶ μέγιστα κακὰ οὗτοι διεπράξαντο πρὸ τοῦ τὸ Ῥωμαϊκὸν
 5 στράτευμα κατελθεῖν. τό τε γὰρ Στενὸν ἄπαν λεγόμενον ἐνέπρη-
 σαν, καὶ οὓς συνελάμβανον αἰχμαλώτους, τοὺς μὲν ἑσταύρουν,
 τοὺς δὲ τῆ γῆ προσεπατάλευον, τοὺς δὲ ὥσπερ σκοποὺς ἰστώντες D
 βέλεσι κατετόξευον. ὅσους δὲ τοῦ ἱερατικοῦ κλήρου κατελάμβα-
 νον, ὕπισθεν τὰς χεῖρας δεσμοῦντες ἤλους σιδηροῦς κατὰ μέσης
 10 τῆς κεφαλῆς αὐτῶν κατέπηγνον. πολλοὺς δὲ ἁγίους ναοὺς τῷ
 πυρὶ παρέδωκαν. χειμῶνος δὲ ἐνισταμένου καὶ τροφῶν ἀποροῦν-
 τες, τό τε ἐπελθὼν στράτευμα τοῦ δομestικου τῶν σχολῶν τοῦ
 Κουρκοῦα καὶ αὐτὸν τὸν ἐχέφρονα καὶ ρουνεχῆ εὐβουλον δεδιότες,
 τὰς τε ναυμαχίας καὶ τὰ ἐσχηματισμένα πολέμια τοῦ πατρικίου
 15 Θεοφάνους, ἐβουλεύσαντο τὰ οἰκεῖα καταλαβεῖν. καὶ δὴ λαθεῖν
 τὸν στόλον σπουδάζοντες, Σεπτεμβρίῳ μηνὶ Ἰνδικτιῶνος πέμπτης P 264
 καὶ δεκάτης νυκτὸς ἀντιπλεῦσαι ὠρμηκότες ἐπὶ τὰ Θρακῶα μέρη,
 παρὰ τοῦ ῥηθέντος πατρικίου Θεοφάνους ὑπηντήθησαν· οὐδὲ γὰρ
 ἔλαθον τὴν αὐτοῦ ἐργηγορωτάτην καὶ γενναίαν ψυχὴν. εὐθὺς οὖν
 20 δευτέρα ναυμαχία συνάπτεται, καὶ πλεῖστα πλοῖα ἐβύθισεν καὶ
 πολλοὺς τούτων ἀπέκτεινεν ὁ εἰρημένος ἀνήρ. ὄλγοι δὲ μετὰ
 πλοίων περιωθέντες καὶ ἐν τῆ τῆς Κύλης παραπεσόντες ἀκτῆ νυ-
 κτὸς ἐπελθούσης διέφυγον. Θεοφάνης δὲ ὁ πατρικίος μετὰ νίκης

reliquo agmine aliis aliisque locis divulsos offendens sustulit, ita sane
 ut eius aggressionis metu percussi in suis se navibus adunata classe
 continerent nec usquam excurrere auderent. hi porro ingentia maxima-
 que mala perpetraverant, cum necdum illis Romanae copiae praesto
 essent. nam Stenum omne quod vocant, igne vastarunt. ex illis quos
 captivos ceperant, alios in crucem agebant, alios terrae configebant,
 alios velut ad metam erectos iaculorum imbre impetebant. quotquot
 vero sacerdotalis ac clericalis ordinis deprehendebant, iis retro vinctis
 manibus per medium caput clavos ferreos adigebant. multas sacrarum
 aedium subiecta flamma combusserunt. ingruente vero hieme, cum eos
 iam necessariis commeatus deficeret, dum scilicet scholarum domesticum
 Curcuae copiarum insultus virique prudentiam ac consiliorum sagacita-
 tem timent, nec non patricii Theophanis navalia praelia exque insidiis
 astuque aggreddentis impetum reformidant, domum redire constituerunt.
 ac vero hoc adnitentes ut Romanam classem laterent, cum mense Se-
 ptembri indictione quinta decima ad Thraciae partes transfretare aggressi
 essent, quem dicebam patricium Theophanem obvium habuerunt: neque
 enim viri solertissimum ac pervigilem animum unaque fortissimum fefel-
 lerunt. mox igitur navalis iterum pugna committitur, plurimaeque ho-
 stium submersae naves, multi occisi. pauci cum navibus cladi subducti
 inque Cules littus evecti ingruente nocte fuga evaserunt. Theophanes

B λαμπρῶς καὶ μεγίστων ὑποστρέψας τροπαίων ἐντίμως καὶ μεγαλοπρεπῶς ὑπεδέχθη καὶ παρακοιμώμενος ἐτιμήθη.

40. Ἐπειδὴ δὲ ὁ ῥήθεις Ἰωάννης μάγιστρος καὶ δομέστικος τῶν σχολῶν ἄριστος ἐγένετο εἰς τὰ πολέμια, καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα ἀνέστησε τρόπαια, καὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ ἐπέκτεινεν ὄρια, πλεί-5
στας τε πόλεις ἐπόρθησεν τῶν Ἀγερηνῶν, καὶ διὰ τὸ περιφανὲς τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς, ἠβουλήθη ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἕκγονον Ῥωμανὸν τὸν ἐκ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ θαυμάτερα ἀναλαβεῖν. ἣ οὖν θυγάτηρ τοῦ Κουρκοῦ ἦν ἡ Εὐφροσύνη, ὁ δὲ υἱὸς τοῦ Κωνσταντίνου ἦν Ῥωμανὸς ὁ εὐνουχισθεὶς 10

C παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου, καὶ ἐτιμήθη πατρίκιος καὶ προμπίσιτος. φθόνου δὲ αὐτῷ τῆς τοιαύτης ἔνεκεν ὑποθέσεως τῶν λοιπῶν βασιλέων κινήεντος, παύει τῆς ἀρχῆς, εἴκοσι καὶ δύο χρόνους καὶ μῆνας ἑπτὰ δομέστικος ἀδιάδοχος τελέσας. (41) πλὴν οὖν ἄξιόν ἐλεῖν τό τε γένος καὶ τὴν ἀγωγήν αὐτοῦ καὶ 15
τὸ ἐπιτήδευμα καὶ τὸ φύσει τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τὴν προῦξιν, καὶ ὅποιος πιστὸς καὶ ὀρθὸς ἀνεφάρκη τῇ γενεῇ ἡμῶν. οὗτος ἐκ γένους τῶν Ἀρμενιακῶν ἦν ἀπὸ Δόκιαν χωρίου

D Δαρβιδοῦν, πατρὸς μὲν τῶν οὐκ ἀσήμεων, παλατίνου πάνυ πλουσίου υἱοῦ Ἰωάννου δομεστικῶν τῶν ἱκανάτων. λέγεται δὲ καὶ τὰ 20
ἱερὰ γράμματα ἐκπεπαιδεῦσθαι παρὰ Χριστοφόρου μητροπολίτου Γαγγρῶν τοῦ συγγενοῦς αὐτοῦ. ὡς ἄδεται δὲ ὁ λόγος, ὅτι ἔφη ὁ ἀρχιερεὺς “οὗτος ὁ Ἰωάννης εἰς λύτρωσιν καὶ ἄνεσιν τῶν Ῥωμαίων γενήσεται.” πολλὰς γὰρ καὶ πλείστας πόλεις καὶ κάστρα καὶ

patricius cum insigni victoria maximisque erectis tropaeis reversus honorifice et magnifice suscipitur ac accubitoris dignitate ornatur.

40. Quia vero dictus Ioannes magister et scholarum domesticus eo bello praestantissima virtute fulserat, multaque ac magna tropaea crexerat, atque Romani imperii fines late protulerat, compluresque Agarenorum urbes everterat, quodque viri illustrissima virtus esset, cogitaverat Romanus imperator ut eius filiam Romano nepoti ex Constantino filio uxorem ascisceret. Curcuae filiae Euphrosynae nomen erat, Constantini filio Romani; quem Constantinus Porphyrogennetus castratum patricii dignitate ac cubicularii donavit. conflata hinc viro reliquorum Augustorum invidia, officio movetur, cum annos duos supra viginti continuos ac menses septem domestici munus gessisset. (41) operae pretium vero sit viri tum genus tum educationem institutionemque atque animi ac corporis indolem gestaue referre, quamque nostra hac aetate fidelis rectusque exstiterit. oriundus erat Armeniaca stirpe e Docia Darbidi oppido, patre non obscuro, palatino valde opulento, Ioannis Icanatorum domestici filio. quin et sacris literis eruditum tradunt, Christophori Gangrensis metropolitae opera, quem sanguinis necessitudine contingebat. celebre etiam per ora volat dixisse antistitem fore ut Ioannes hic in redemptionem et solatium Romanorum esset. multas quippe plurimasque

χώρας καὶ καστέλλια καὶ τόπια τῶν Ἀγαρηνῶν χειρώσατο, καὶ
 τὴν Ῥωμανίαν διπλὴν κατεστήσατο, πρότερόν οὖσαν καὶ κατεχο-
 μένην ὑπὸ τῶν ἄρητῶν τοῦ Χριστοῦ μέχρι τοῦ Χαρσιανοῦ κά-
 στρου καὶ τῆς Ὑψηλῆς καὶ τοῦ Ἄλυ ποταμοῦ. ὁ δὲ πιστὸς καὶ
 5 σπουδαῖος πρὸς Ῥωμανὸν αὐτοκράτορα Ἰωάννης δομῆστικός τῶν P 265
 σχολῶν μέχρι τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγρη τὰ ὄρια τῶν Ῥωμαίων
 ἐστήσατο καὶ προῖκα καὶ δῶρα τῇ Ῥωμανίᾳ προσήνεγκεν, καὶ
 λαὸν καὶ στρατὸν ὁ βυσιλεὺς ἐκείθεν προσεκλήσατο, καὶ φόρους
 πολλοὺς ἐτησίως λαμβάνειν ἐτύπωσεν, καὶ πολλῶν λαφύρων καὶ
 10 ἄρμάτων καὶ αἰχμαλώτων Ἀγαρηνῶν ἐκείθεν ἀπήνεγκεν. μεγίστοις
 γὰρ ἀγῶσιν ἑαυτὸν παραθεῖς τὰς πόλεις τῶν ἄρητῶν Χριστοῦ
 ἐπόρθησεν· καὶ τίς ἂν ἐξείπη κατ' ὄνομα ταύτας ἄς χειρωσάμενος
 ὑποφόρους τοῖς Ῥωμαίοις Ἰωάννης ὁ Κουρκοῦας καὶ δομῆστικός B
 τῶν σχολῶν [ἐποίησατο;] τοῖς εἴκοσι καὶ δύο χρόνοις πόλεις χιλίας
 15 σχεδὸν καὶ πλεόν κατεστήσατο καὶ τῇ Ῥωμανίᾳ προσήγαγεν· καὶ
 ἦν ἰδεῖν τὸν ἄγρυπνον Ἰωάννην τὸν Κουρκοῦαν ἐπὶ παρατάξεως
 πολεμικῆς διαλαλιαῖς καὶ παρανέσεισι πιθαναῖς τοῖς Ῥωμαίοις
 χρώμενον, καὶ ἄλλον Τραϊανὸν ἢ Βελισύριον εἰκάσαι καὶ ὀνομάσαι
 τοῦτον. καὶ εἴ τις πρὸς τούτους παραθήσει τὸν ἄνδρα, εὐρήσει
 20 πλείονας τὰς τοῦ Κουρκοῦα ἀνδραγαθίας καὶ ἀριστείας. οἱ δὲ
 λαμπρῶς ποθοῦντες καὶ θέλοντες μαθεῖν τὰς τοῦ Ἰωάννου Κουρ-

10 deest vox aliqua, vel auctor βαρβαρίζει. Combef.

14 ἐποίησεν?

urbes et arces et oppida et castella et munitiones Agarenorum subiugavit,
 duploque productionem Romanam dicionem fecit, cum prius Christi fidei
 hostes in eas angustias adegissent sicque mancipassent, ut extra Char-
 siani arcem Hypselemque et Aly fluvium non excurreret. fidelis vero
 inque Romanorum imperatorem studiosus gnavusque illius servus Ioan-
 nes scholarum domesticus ad Euphratem usque ac Tigrim Romanae di-
 cionis fines protulit, spoliaque ac munera Romanis obtulit, indeque im-
 perator novum populum ac exercitum comparavit, multaque tributa quot-
 annis pendenda indixit, pluraque spolia et currus et captivos Agarenos
 inde revexit. maximis enim certaminibus se ipse obiectans infidelium urbes
 expugnavit. quis vero ex nomine sigillatim percenseat, quot urbes ar-
 mis expugnatas Ioannes Curcuas Romanis tributarias reddiderit? per
 annos duos supra viginti urbes ferme mille, iisque plures, subegit ac
 Romanae dicionis fecit; eratque videre virum pervigilem sub hostilis
 aciei incursu concionibus militaribus adhortationibusque suorum excitan-
 tem animos, ut Traianus alter aut Belisarius videri merito ac nuncupari
 posset. quin si quis Ioannem Curcuam cum illis contulerit, maiora eius
 bellica facinora fortiaque facta invenerit. sin quos autem Ioannis Cur-
 cuae res praeclare gestas ac monumenta magnifice noscendi cupido in-

C *κούα ἀριστείας καὶ συγγραφὰς εὐρήσουσιν ἐν ὀκτὼ βιβλίοις ἐκτεθείσας παρὰ Μανουὴλ πρωτοσπαθαρίου καὶ κριτοῦ.*

42. Ἄξιον δὲ διηγῆσασθαι καὶ τὰς τοῦ ἀνταδέλφου μαγίστρου καὶ δομειστίκου τῶν σχολῶν Ἰωάννου τοῦ πατρικίου καὶ στρατηγοῦ Χαλδίας Θεοφίλου ἀριστείας καὶ ἀνδραγαθίας. οὗτος 5 εἰς Χαλδίαν μονοστράτηγος γεγωνὼς οὐκ ἐνέδωκεν αὐτόν, οἷα οἱ πολλοὶ τῇ τρυφῇ καὶ σπατάλῃ καὶ ἡδοναφείᾳ χρῶνται· ἀλλ' ἐαυτὸν ἐκδοὺς πρὸς κόπους καὶ σκληρότητας, πρὸς τὲ τὰς κώμας καὶ χώρας τῶν Ἀγαρηνῶν ληΐζεσθαι, ὥστε καὶ τοὺς
 D οἰκοῦντας Ἀγαρηνοὺς εἰς τὸ κάστρον τὸ ἀνδρειότατον καὶ πανθαύ- 10 μαστον Θεοδοσιόπολιν καὶ τὰ περίξ αὐτοῦ κάστρα αἰχμαλώτους ἀγαγέσθαι καὶ τῷ μαγίστρω Ἰωάννῃ φορολογῆσαι καὶ ὑποτάξαι ἐποίησεν. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ἄριστος στρατηγὸς ἀνεφαινετο, καὶ οὐκ ἐφαινετο μόνον ἀλλὰ καὶ ἐδείκνυτο καὶ ἄλλος Σολομῶν ὃ ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ ἀνεφαινετο καὶ ἐγνωρίζετο. ὃς καὶ 15 τοῖς μετέπειτα καταλιπὼν τὸν ἔκγονον αὐτοῦ Ἰωάννην τὸν λεγόμενον Τζιμισκὴν· καὶ τῇ εὐφροῖα καὶ ἀνδρίᾳ καὶ ἀοκνίᾳ τοῦ ἀνδρὸς
 P 266 πατρικίος καὶ στρατηγὸς διαφόρων θεμάτων τιμηθεὶς, ἔπειτα καὶ ἐπὶ Νικηφόρου τοῦ Νικητοῦ βασιλέως τοῦ λεγομένου Φωκῆ μάγιστρος καὶ δομειστικός τῶν σχολῶν ἀνεφάνη. ἀλλὰ καὶ περὶ αὐτῶν 20 ἐν τῷ ῥυθμῷ καὶ τῇ τάξει αὐτῶν διηγητέα· ὡσαύτως καὶ περὶ Ῥωμανοῦ πατρικίου καὶ στρατηγοῦ διαφόρων θεμάτων, τοῦ υἱοῦ

cesserit, Manuelis protospatharii et iudicis calamo octo libris luculenter explicata invenient.

42. Nec vero abs re fuerit eius quoque germani (magistri scilicet ac scholarum domestici Ioannis) patricii ac Chaldiae ducis Theophili res bello fortiter gestas abs me enarrari. hic summa ducis potestate in Chaldiam missus, non ut multorum moribus comparatum est, ut se ipsi voluptatibus ac luxuriae dedant, sic ille molliori vitae deliciisque studuit, sed laboribus duriorique disciplinae sese mancipans Agarenorum oppida terrasque diripere ac populari, oppidanosque urbis munitae fortissimae ac plane mirabilis Theodosiopolis circumvicinasque arces sub iugum mittere, magistroque Ioanni tributarias facere ac mancipare. sed et in Mesopotamia exercitus ductor egregie fulsit, nec inane solum nomen protulit, sed et virtutem probavit, alterque Salomon Iustiniani imperatoris aetatis heros enituit atque habitus fuit, qui et posteris Ioannem Tzimiscem nepotem reliquit; virique proba indole et fortitudine et diligentia patricii diversorumque thematum praetoris ducisque auctus dignitate, ac postremo Nicephoro Niceta (Phoca nuncupato) imperatore magister ac scholarum domesticus creatus. sed de his quoque ordine inque eorum propria serie texenda narratio est; perindeque de Romano patricio di-

τοῦ μαγίστρου Ἰωάννου τοῦ λεγομένου Κουρκοῦα, ὃς καὶ αὐτὸς ἄριστος καὶ ἀνδρεῖος ἀνεφαίνετο.

43. Τούτων οὕτως ἀκμαζόντων καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ἀντεχομένων καὶ μαχομένων καὶ πόλεις καὶ χώρας **B** 5 καὶ κώμας τῇ βασιλείᾳ τῶν Ῥωμαίων προσαγόντων, καὶ ὑποφόρους τοὺς ἀρηγῆτας τοῦ Χριστοῦ τῷ βασιλεῖ Ῥωμανῷ ποιοῦντες, ὃ αἰὲ τὸ γένος τῶν πιστῶν καὶ ὀρθῶν δούλων μαχόμενος Βελίαρ, μὴ φέρων τὴν πολλὴν καὶ ἄπειρον εὐχαριστίαν τῶν Χριστιανῶν, ὑπέβαλέ τισι, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν καὶ τῷ μαγίστρῳ **10** δομestικῷ Ἰωάννῃ διέβαλλον, ὡς τῆς βασιλείας τῶν Ῥωμαίων ἐφιέμενος καὶ λαὸν ἐμπιπάρασκευον ἔχων, καὶ ὅτι πλείστας ἀδικίας καὶ ἀρπαγὰς ἐποιήσατο τοπίων καὶ χωρίων. ὃ δὲ Ῥωμανὸς ἀπο- **C** στείλας καὶ ζητήσας οὐδὲν ἐφεῦρεν, καὶ μεταδός τῆς ἀρχῆς ἀποκατέστησεν. φθόνῳ δὲ αὐτῷ τῶν τοιούτων ὑποθέσεων παρὰ τῶν **15** λοιπῶν κινηθέντων, ἐκπίπτει τῆς ἀρχῆς, καὶ δομestικός ἀντ' αὐτοῦ προχειρίζεται Πανθήριος, συγγενῆς τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ.

44. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς πάντα τὰ χρῆμα τῆς πόλεως ἀπὸ τε πλουσίων μεγιστάνων πτωχῶν καὶ πενήτων, ὅσα ἂν ἐν φανερῷ ἀπεδείκνυντο, ἀπέδωκεν· ὡς φασί τινες ὅτι δέδωκεν κεν- **20** τηγάρια ἑννεακαίδεκα· τὰς δὲ ὁμολογίας κατέκαυσεν εἰς τὸ πορ- **D** φυροῦν ὀμφάλιον τῆς Χαλκῆς, πάντων ἐπευχομένων τὸν βασιλέα. τῷ δὲ εἰκοστῷ δευτέρῳ αὐτοῦ χρόνῳ δέδωκε τὰ ἐνοικικὰ πάσης τῆς

versarumque per provincias legionum duce, magistri Ioannis Curcuae filio, qua et ipse vir optimus claruit fulsitque fortitudinis laude.

43. His ita florentibus Christianaeque fidei praesidio hostibus obnitentibus ac contra pugnantibus, urbesque et provincias atque oppida ac loca imperio Romano adiungentibus, infidelesque Romano imperatori tributarios facientibus, qui semper fideles probosque impugnat, Beliar gratulantes Christianos ac gratiarum actione effusus videre non ferens, nonnullis auctor est suadetque ut et magistrum ac domesticum Ioannem apud Romanum imperatorem accusent tanquam rerum summae inhiantem, et qui eam in rem in promptu exercitum haberet, multa denique loca praediaque per rapinam parata possideret. mittit igitur Romanus cognitores iudices, diligentique rerum inspectione nullius reum criminis offendens in pristinam eum dignitatem restituit. eius tamen rei causa apud reliquos Augustos ei conflata invidia munere abdicatur, eiusque loco Pantherius, Romano imperatori sanguinis necessitudine coniunctus, domesticus constituitur.

44. Ceterum Romanus imperator urbis debita omnia aesque alienum civium omne, divitum pariter pauperumque ac egenorum, quantum ex tabulis probari poterat, dissolvit; suntque adeo qui dicant dedisse undeviginti centenaria. nominum tabulas in Chalces purpureo umbilico combussit, universis fauste acclamantibus, votisque imperatorem prosequentibus. imperii anno secundo supra vigesimum, pretia domorum ci-

πόλεως, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. τετράδην καὶ παρασκευὴν
ἐξερχόμενος εἰς τὰ μεταστασίματα ἐδίδει πᾶσαν πολιτικὴν ἀνὰ
ἀργυρῶν δύο· καὶ τοὺς ἐγκλείστους καὶ τὰς ἐγκλείστας ἐρόγγευεν
ἀνὰ νομισμάτων τριῶν. ἐκκλησίας δὲ καὶ μοναστήρια πολλὰ
ἔκτισεν· ἀλλὰ καὶ ἐνδύτας χρυσοῦφάντους καὶ δυσκοποτήρια ἀπε- 5

P 267 στάβλους ποιήσας καὶ ὄσπητια κάλλιστα καὶ κραββατιστροφῶσια
διὰ τοὺς εἰσερχομένους πάντας ἐξωτικούς καὶ δίκας λαμβάνοντας
κατεσκεύασεν. ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ διατροφῆς αὐτῶν τε καὶ τῶν ἀλό-
γων αὐτῶν καὶ τῶν ἀνθρώπων αὐτῶν διωρίσατο καὶ προσέταξεν. 1
καὶ οἰκήματα προσεκύρωσεν, τὸ ἀνελλιπῶς δίδοσθαι. τοῦτο δὲ
ἐποίησεν διὰ τοὺς ἔχοντας δίκας ἐξωτικούς καὶ εἰσερχομένους, ἵνα
διατρέφονται καὶ διοικοῦνται ἐξ αὐτοῦ. εἰς δὲ τὸν τάφον αὐτοῦ
διωρίσατο ἵνα καθ' ἑκάστην ἡμέραν δίδονται ψωμία μυριάδες γ',
καὶ τετράδην καὶ παρασκευὴν ἵνα δίδεται εἰς τὸ πραιτώριον καὶ εἰς 1

B τὴν Χαλκὴν καὶ εἰς τὰ Νούμερα ἕνα ἕκαστον ἀνθρώπον ἀνὰ φω-
λέας δεκαπέντε, καὶ τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ πάντας τοὺς φυλακίτας
ἀνὰ νομίσματος ἑνός. διωρίσατο δὲ τοὺς μοναχοὺς τοῦ Ὀλύμπου,
τοῦ Κυμινᾶ, τοῦ Ἄθωνος, τοῦ Βαραχέως καὶ τοῦ Λάτρους, καὶ
πάντας λαμβάνειν ἀνὰ νομίσματος ἑνός· ταῦτα δὲ λαμβάνειν αὐ- 2
τοὺς ἐκ τῆς ἰδίας αὐτοῦ μονῆς.

45. Ἰνδικτιῶνος πρώτης Ἀπριλλίῳ μηνὶ ἐπῆλθον πάλιν οἱ
Τοῦρκοι μετὰ πλείστης δυνάμεως. ὁ δὲ πατρίκιος Θεοφάνης ὁ

14 μόδια margo.

vibus omnibus conductoribus a maximo ad minimum usque dimisit. feria
quarta et parasceue ad conversarum exiens aedes scortis omnibus argen-
teos duos erogabat; inclusis viris et feminis singulis tres nummos im-
pendebat. ecclesias vero et monasteria plura extruxit; vestes quoque
auro contextas calicesque cum discis sacros largitus est. hospitale quo-
que ad Mabriani aedes excitavit, fecitque stabula ac hospitia pulcher-
rima: strata etiam struxit cubilia ac cubacula, eorum omnium gratia qui
hospites urbem petunt ac lites agunt. quin et de illorum ipsorumque
eorum iumentorum ac famulorum cibo pabuloque statuit atque praecepit.
domos in eam rem firma donatione addixit, ut indeficienter sumptus suf-
ficerent. hoc autem illorum gratia fecit, qui hospites lites in urbe ha-
bent, ut inde procurantur atque alantur. ad sepulcrum suum dari iussit
quotidie frustula offasque triginta milia. quarta feria et parasceue in
praetorio et Chalce et Numeris vincitis singulis folles quindecim erogari
mandavit; magnaue parasceue nummos singulos eleemosynarum nomine
illis tribui. Olympi monachos et Cyminae et Athonis et Barachei et
Latri omnesque nummum unum viritim ex suo monasterio accipere
voluit.

45. Indictione prima, mense Aprili, rursus Turci cum ingentibus
copiis Romanae dicionis fines invaserunt. egressus vero Theophanes

παρακοιμώμενος ἔξελθὼν σπονδὰς εἰρηνικὰς ἐποίησε μετ' αὐτῶν, ὁμήρων ἐμφανῶν ἀναλαβόμενος· ἔξ οὗ συνέβη ἐπὶ χρόνους πέντε τὴν εἰρήνην διαφυλαχθῆναι. ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς πλείσταις C πόλεσι κατὰ Μακεδονίαν τε καὶ Θράκην, τὰς μὲν ἐκ βάρθρων 5 ἀνωκοδόμησεν, τισὶ δὲ καινισμοὺς ἐπενόησεν. οὐ μὴν ἀλλὰ κατὰ τὴν βασιλείον πόλιν περιφανῆ παλάτια ἐκαινούργησεν, ἔτι καὶ λειμῶνας ἀμφιλαφεῖς καὶ ἐνκάρπους, ἔξ ὧν οὐ τυχοῦσα τέρψις ἐγίνεται· καὶ δὴ καὶ γερόντων τροφεῖα ξενουμένων τε καταγώγια, ἀρρωστούντων ἐνδωιτήματα, τῶν κατὰ ψυχὴν ἔνεκεν ἀντι- 10 δόσεων.

46. Δευτέρως δὲ Ἰνδικτιῶνος ὁ Ῥωμανὸς βασιλεὺς Πασχάλιον πρωτοσπαθάριον καὶ στρατηγὸν Λογγιβαρδίας πρὸς τὸν ὄψηα D Φραγγίας Οὐγωνα ἐξαπέστειλεν, τὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἐπιζητῶν εἰς νόμφην Ῥωμανῶ τῷ τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου υἱῷ· 15 ἦν καὶ ἀναλαβὼν ὁ εἰρημίνος Πασχάλιος μετὰ πλούτου πολλοῦ ἐν τῇ πόλει ἀνήγαγεν. γέγονε δὲ ὁ γάμος Σεπτεμβρίῳ μηνὶ Ἰνδικτιῶνος τρίτης. ἦτις καὶ ζήσασα μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἔτη πέντε ἐτελεύτησεν ταῖς ἡμέραις τῆς αὐτοκρατορίας Κωνσταντίνου τοῦ αὐτῆς πενθεροῦ.

47. Ἄνεμον δὲ βιαίον καὶ σφοδροῦ καταπνεύσαντος Δεκεμβρίῳ μηνὶ οἱ λεγόμενοι ἐν τῷ ἵππικῷ δῆμοι κατέπεσον, οἱ ἄπ' ἐναντίας τοῦ βασιλικοῦ θρόνου ἐτύγχανον, καὶ συνέτριψαν τὰ τε P 268

2 ὁμήρους τῶν ἐμφανῶν p. 590 b.

patricius accubitor pacis cum eis foedus percussit, acceptis obsidibus ex illustrioribus. hincque adeo contigit in annos quinque pacem induciasque servari. ceterum Romanus imperator plerasque per Macedoniam atque Thraciam urbes a fundamentis extruxit, alias reparavit. nec id modo, sed et in urbe Augusta magnificas aedes regias instauravit. prata quoque opima ac uberrima, quae longe maximam voluptatem praestent; sed et in senum alimenta hospitemque diversoria ac aegrorum domicilia construxit, mercedem a deo animique salutem sperans se recepturum esse.

46. Porro secunda indictione Romanus imperator Paschalius protospatharium ac Longobardiae ducem ad Hugonem regem Franciae misit, eius filiam Romano Constantini generi sui filio sponsam exquirens; quam et assumens, quem dixi, Paschalius cum multa suppellectile atque opibus in urbem induxit. celebratae nuptiae mense Septembri, indictione tertia. vixit cum viro annos quinque; tumque vivis exempta est, cum Constantinus illius socer ipse summus imperator esset solusque rerum potiretur.

47. Mense Decembri validissimo perflante vento atque turbine, qui in foro ex adverso regii throni erecti sunt, sic vocati Demi corruerunt, subiectosque gradus et marmora ac columellas (stethea dictas quasi ad

ὑποκάτωθεν αὐτῶν βάθρα καὶ τὰ στηθεῖα λεγόμενα. χρόνου δὲ περικυκλώσαντος τῷ αὐτῷ μηνὶ τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τοῦ παλατίου κατήγαγον.

48. Τῆς δὲ πόλεως Ἐδέσης, ἐν ᾗ τὸ τίμιον τοῦ Χριστοῦ ἐκμαγεῖον ἀπέκειτο, παρὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πολιορκουμένης στρατεύματος καὶ εἰς ἀνάγκην μεγίστην περισταμένης, ἀπέστειλαν οἱ αὐτῆς οὐκ ἤτορες πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν διαπρεσβευόμενοι τὴν πολιορκίαν λυθῆναι, τὸ τοῦ Χριστοῦ ἅγιον ἐκμαγεῖον παρέχειν ἐπαγγελλόμενοι· ὑπὲρ δὲ τῆς τοιαύτης χάριτος δεσμίους ἤτήσαντο τῶν ἐπιφανῶν ἀντιλαβεῖν, χρυσοβούλλιον τε λαβεῖν ὥστε μηκέτι τὴν τούτων χώραν παρὰ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ληΐζεσθαι. ὃ δὲ καὶ γέγονεν. τοῦ ἁγίου δὲ ἐκμαγεῖον ἦτοι μανδηλίου ἀποσταλέντος καὶ ἤδη τῇ Κωνσταντινουπόλει πλησιάζοντος, Θεοφάνης πατρικίος ὁ παρακοιμώμενος ἐν τῷ ποταμῷ Σαγάρῳ ἐξελθὼν ὑπήνησεν αὐτῷ μετὰ λαμπρᾶς φωταγωγίας καὶ τῆς δεούσης τιμῆς τε καὶ ὑμνωδίας· καὶ τῇ πεντεκαδεκάτῃ τοῦ Ἀγούστου μηνὸς σὺν αὐτῷ ἐν τῇ πόλει εἰσῆλθεν, τοῦ βασιλέως ἐν Βλαχέρναις ὄντος καὶ κεῖ αὐτὸ προσκυνήσαντος. καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξῆλθον ἐν τῇ Χρυσῇ πόρτῃ οἱ τε βασιλέως δύο υἱοὶ Στέφανός τε καὶ Κωνσταντίνος καὶ ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Κωνσταντίνος σὺν τῷ πατριάρχῃ Θεοφυλάκτῳ· καὶ μετὰ τῆς δεούσης τοῦτο ἀναλαβόντες τιμῆς, τῆς συγκλήτου πάσης προπορευομένης καὶ φωταγωγίας μεγίστης προαγούσης, μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας πεζῇ διεκόμισαν, καὶ προσκυνηθῆν ἐκέῖσε ἐν τῷ παλατίῳ ἀνήγαγον.

pectus ascendentes) contriverunt. anni autem vertente circulo, eodem ipso mense, Romanum imperatorem eius filii aula eiecerunt.

48. Edessa autem urbe, in qua veneranda Christi effigies posita erat, a Romano exercitu obsessa et ad extremas angustias redacta, oppidani oratores ad Romanum imperatorem mittunt, rogantes solvi obsidionem, eius muneris gratia se Christi sacram effigiem in linteo expressam daturos polliciti; huiusque ipsius muneris vicem ex suis victos recipere petebant, qui nobiliores essent, bullaque aurea eam ipsis praestari fidem, ut nunquam Romanae copiae Edessenam regionem devastarent, quod sic utique factum. missa itaque sacra effigie seu sudario, iamque haud procul Byzantio, Theophanes patricius et accubitor ad Sagarim fluvium cum splendido cereorum apparatu congruoque cultu et canticis illi obviam processit, mensisque Augusti quinta decima cum illo in urbem intravit, imperatore in Blachernis constituto, ubi etiam effigiem illam adoravit. in crastinum exierunt ad portam auream tum imperatoris duo filii Stephanus et Constantinus, tum Constantinus illius gener cum Theophylacto patriarcha; debitoque honore susceptum sacrum pignus, universo senatu praeunte maximaque cereorum atque lampadum segete praelucente, adusque S. Sophiae templum pedibus detulerunt, atque illic adoratione mysticoque cultu exceptum in palatium intulerunt.

49. Ἐν ταύταις δὴ ταῖς ἡμέραις Ἀρμενίων τι τέρας τῆ πόλει ἐπεφοιτῆκει, παῖδες συμφυεῖς ἄρρηνες ἐκ μιᾶς προελθόντες γαστροῦς, ἄρριοι μὲν πάντα τὰ μέλη τοῦ σώματος, ἀπὸ δὲ στόματος τῆς γαστροῦς καὶ μέχρι τῶν ὑπὸ γαστέρα συμπεφυκότες, καὶ ἀλλήλοις ὑπάρχοντες ἀντιπρόσωποι· οἱ ἐπὶ πλεῖστον τῆ πόλει ἐνδιατρίψαντες, καὶ ὑπὸ πάντων ὡς ἔξαισίον τι τέρας ὁρώμενοι, τῆς πόλεως ὡς ποτηρὸς τις οἰωνὸς ἐξηλάσατο. ἐπὶ δὲ μονοκρατορίας βασιλείας Κωνσταντίνου πάλιν εἰσήλθοσαν. ἐπεὶ δὲ ὁ ἕτερος αὐτῶν ἐτεθνήκει, ἰατροὶ τινες ἔμπειροι τὸ συγκεκολλημένον μέρος διέτεμον εὐφρυνῶς ἐλπιδὶ τοῦ τὸν ἕτερον ζήσεσθαι· ὅς τρεῖς ἡμέρας ἐπιβιούς ἐτελεύτησεν. P 269

50. Καὶ ἐν πᾶσι μὲν μοναχοῖς, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, πίστιν ἐκέκμητο ἄμειρον ὁ βασιλεύς, διαφερόντως δὲ ἐτίμα καὶ ὑπερέσεβε Σέργιον τὸν ἐν μονασταῖς διαλάμποντα, ὃς ἀδελφὸς ἐπεφύκει τοῦ μαγίστου Κοσμᾶ τοῦ πρώτου τῶν κριτηρίων. ἀνεκαίνισε καὶ τὴν μονὴν τοῦ Μανουῆλος, ὡσαύτως καὶ τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸ μοναστήριον ἐκ βάρθρου κτίσας τοῦ ἁγίου Παντελεήμονος, ᾧ ἐπώνυμον Ὄφρου λιμῆν. ἀπέκρισε δὲ καὶ ἐκεῖσε μοναχοὺς ὀκτακοσίους, τυπώσας καὶ σελήνια τοῦ λαμβάνειν αὐτοὺς ἐπὲρ διατροφῆς αὐτῶν, δούς ταῦτα τῷ μοναχῷ Σεργίῳ τῷ πνευματικῷ αὐτοῦ πατρί. πάντας δὲ τοὺς ἐν ἔξορίᾳ συμπυθῆσας, καὶ

7 ἐξηλάθησαν. Leo Gr. Combef.

49. His ipsis diebus monstrum quoddam ex Armenia Cpolim inventum est, pueri scilicet duo masculi cohaerentes uno ventre progressi, alias membris omnibus corporis integri, a ventriculi tamen ore et infra pubem inter se concreti atque vultibus obversis. hi diu in urbe versati sunt; cumque omnes tanquam immane quoddam portentum contuerentur, Romanus imperator ceu malum quoddam omen illa eiecit. cum autem solus iam Constantinus rerum potiretur, iterum in urbem ingressi sunt. uno autem ex eis mortuo, periti quidam medici cohaerentem emortuam partem subtili arte putaverunt, nimirum fore sperantes ut illo remedio alter incolumis servaretur: qui tamen ipse triduo duntaxat superstes diem obiit.

50. Romanus imperator cum monachis omnibus, uti dictum est, fidem plurimam cultumque adhiberet, prae reliquis tamen eximieque Sergium virum monastica institutione praeclarum observabat. erat hic magistri Cosmae frater, primi tribunalium praesidis. instauravit et Manuellis monasterium: simili quoque ratione Panteleemonis monasterium ac basilicam, cui cognomen Ophri portus, a fundamentis erexit. octingentos illic monachos sub sancto instituto adunavit, iisque statuta stipendia, unde sustentarentur, constituit, quae Sergio monacho patri suo spiritali in eorum annonam praebebat. miserationis affectu erga omnes ex-

δοὺς αὐτοῖς χρήματα πολλὰ, ὥστε ἐν τῷ κατέροχθαι αὐτὸν ἐκ τοῦ παλατίου εἰς καὶ μόνος ἐξόριστος οὐχ εὐρέθη. οὗτος δὲ ὁ Σέργιος ἀνεπίδὸς τοῦ πατριάρχου Φωτίου ἐτύγγανεν· ὃν πλεον τῆς σαρκικῆς συγγενείας ἢ κατὰ ψυχὴν ἐτίμα εὐγένεια. ἀρετῆς γὰρ C εἰς ἄκρον καὶ γνώσεως ἤλασεν, ὡς δυσχερὲς εἶναι διακρίνειν ποτέρῳ μᾶλλον πλεονεκτεῖ· οὕτως εἰς ἄκρον ἐκατέραν ἐξήσκησεν. ἐπήνθει δὲ αὐτῷ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὸ τῆς διακρίσεως ἔρευθος καὶ τὸ χαρίεν τοῦ ἡθους καὶ τὸ μέτριον τοῦ φρονήματος· οὐδὲ γὰρ ἀνέσπα τὰς ὀφρῦς κατὰ τοὺς νῦν σοφούς, οὐδὲ ἀλαζών τις ἐδόκει καὶ ὑπερήφανος, ἀλλὰ τὸν λόγον μὲν εἶχεν γλυκύτερον μέ- 1 λτιος ἀποσταζόντα, τὸ ἦθος δὲ πάγιον καὶ σταθερόν, ταπεινὸν δὲ τὸ φρόνημα. τοῦτον οὖν ἀοίδιμον ἀδιαλείπτως μετ' αὐτοῦ εἶχεν ὁ βασιλεύς, κανόνα ὄντως καὶ σταθμὴν τὸν αὐτοῦ βίον ἰσχυρίζοντα· ὃς πολλὰ παρήγει τῷ βασιλεῖ τῶν παίδων ἐπιμελεῖσθαι καὶ μὴ ἀπαιδεύτους εἶναι εἰς πονηρίαν ἐκκλίνοντας, μήποτε καὶ αὐτὸς 1 πάθῃ τὸ τοῦ Ἡλί, τιμωρίαν ὑπὲρ τῆς τῶν παίδων πυρρονομίας ἐκτίσας. ὃ καὶ γέγονεν.

51. Ἐπεὶ δὲ τοῦ παλατίου τοῦτον οἱ παῖδες κατήγαγον καὶ ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ ἐξώρισαν, πάλιν τοῦτον εἶχεν τῶν συμφορῶν παραμυθίαν καὶ τῶν θλίψεων ἀκεσώδυνον φάρμακον. ὧ 2 συνῆν τότε καὶ Πολύευκτος μοναχὸς εὐλαβεστάτος, οὐκ ἔλαττον τὸν τοῦ εἰρημένου τρόπον καὶ αὐτὸς τὰ εἰκότα παραμυθούμενος· P 270 ὃς μετὰ ταῦτα διὰ τὸν εἰλικρινῆ αὐτοῦ βίον, τοῦ πατριάρχου Θεο-

sules agebatur, in quos magnam vim pecuniarum erogabat; quamobrem quo tempore ex aula discessit, ne unus quidem exsul inventus est. fuit Sergius Photii patriarchae nepos, animi ingenuitate quam carnis necessitudine illustrior. ad summam enim virtutem scientiamque pervenerat, nec ultra praestaret discerni facile poterat: sic nimirum accurate summaque perfectione utramque excoluerat. porro florebat in eo discretionis pudor, morum gratia, animi sensus, modestia. neque enim supercilia attrahebat, uti modo sapientibus comparatum est, nec vero arrogantem atque superbum praeferebat: sed sermo illi melle dulcior ex ore stillabat. firma indoles ac constans, sensus animi modestus ac humilis. hunc itaque virum inclitum imperator una secum continue habebat, ad cuius normam atque regulam vitae suae rationes componeret. monebat ille, etiamque atque etiam hortabatur ut liberorum imperator curam ageret, nec indisciplinatos ad nequitiam declinare sineret, ne idem atque Heli illi accideret ac liberorum piacula ipse lueret; quod et ita accidit.

51. Porro aula deiectus liberorum opera ac tyrannide, inque Proten insulam relegatus, hunc rursus calamitatem solantem aerumnisque ac angustiis levamen afferentem habebat. aderat pariter etiam Polyuctus reverentissimus monachus, qui ipse perinde ac quem dicebam, Sergius adversi casus molestiam convenienter apteque leniebat. hic postea pro

φυλάκτου τελετήσαντος, πατριάρχης ὑπὸ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου προχειρίζεται.

52. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς μακρῶ γήρει καὶ νόσῳ τραχόμενος τὰ τῆς βασιλείας κατὰ διαθήκας ἀπακριβάζεται καὶ ἀνα-
5 κτα πρῶτον κατὰ διαθήκας τὸν πορφυρογέννητον Κωνσταντίνον
προσδιορίζεται, ἐν ἔτει ἑξάκις χιλιοστῶ τετρακοσιοστῶ πεντηκο- **B**
στῶ τρίτῳ, καὶ καθεξῆς ἐν δευτέρῳ καὶ τρίτῳ τοὺς τούτου υἱούς,
τὰ πρὸς αὐτοὺς ῥητῶς διασφαλισάμενος, ὡς εἶπερ τῷ πρώτῳ
βασιλεῖ κατὰ τι προσπταίσειαν, καθαιρεῖσθαι παραντίκα τῆς
10 βασιλείας.

53. Ἐπεὶ δὲ πολλοῖς τρόποις ὁ θεὸς βούλεται σώζειν τὴν
ἄνθρωπον, συνεχώρησε Ῥωμανὸν βασιλέα συμφορᾷ ἁδοῖ τῷ
προσπεσεῖν, ἵνα δι' αὐτῆς ὁωφρονισθεῖς καὶ τῶν οἰκείων ἐν συν-
αισθήσει παραπτωμάτων γενόμενος σωτηρίας ἀξιωθῆ. συνεχώρησε **C**
15 γὰρ ἐπαναστῆναι αὐτῷ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Στέφανον, ὡσπερ ποτὲ
Ἀβεσσαλωμ ἐπανεστῆ Δαβὶδ τῷ οἰκείῳ πατρί. συμβούλοις οὖν
οὗτος πρὸς τοῦτο χρησάμενος τῷ τε ἀπὸ μοναχῶν Μαρνανῶ τῷ
Ἀργυρῷ καὶ Βασιλείῳ τῷ πρωτοσπαθαρίῳ τῷ Πετεινῷ καὶ Μανονῆλ
τῷ Κουρτίκῃ, συνειδόντων αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων βασιλέων, τοῦτον
20 τοῦ παλατίου κακῶς κατήγαγεν καὶ ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ ἔξορίσας
ἀπέκειρεν μοναχόν.

vitae suae candore, Theophylacto patriarcha humanis exempto, a Constantino imperatore patriarcha provectus est.

52. Ceterum Romanus imperator longo senio morboque confectus imperii res rite ac accurate ex testamenti tabulis componit, primumque Augustorum Constantinum in purpura natum decernit, anno 6453; tumque secundo ac tertio ordine liberos imperatores constituit, diserte ordinans statuensque confestim in ordinem cogendos, si quid ullo modo in primum imperatorem offenderint.

53. Quoniam autem deus multis modis homini salutem praestare constituit, Romanum imperatorem in inexpectatam calamitatem (quae eius providentia!) incidere permisit, ut is illa castigatus ac de prioribus delictis admonitus salutem consequeretur. permisit namque Stephanum filium in eum insurgere, uti olim Absalom in patrem suum Davidem insurrexit. Mariani itaque exmonachi Argyri, Basiliique protospatharii Petini, nec non Manuelis Curticis consiliis abusus, consciis etiam reliquis imperatoribus, perperam patrem aula deturbavit, inque Prote insula relegatum monachi ritu totondit.

Υπελείφθη οὖν αὐτοκράτωρ Κωνσταντῖνος ὁ τούτου γαμβρὸς
 μηνὶ Δεκεμβρίῳ εἰκάδι, ἰνδικτιῶνος τρίτης, ἐν ἔτει ἑξάκις χιλιο-
 στῷ τετρακοσιοστῷ πενηκοστῷ τετάρτῳ· ὃς αὐτίκα Βάρδαμ τὸν 5
 τοῦ Φωκά τῆ τοῦ μαγίστρου ἀξία τιμήσας, ὡς χρόνῳ πολλῷ τὴν
 ἐν τοῖς πολέμοις ἀνδραγαθίαν πολλάκις ἐπιδειξαμένον, δομέστικον
 τῶν σχολῶν προχειρίζεται, καὶ Κωνσταντῖνον τὸν Γογγύλην ναυ-
 μαχίας ἡγήτορα, καὶ στρατιάρχας τινὰς τῶν εὐχρόστων. εἶτα
 Β Βασίλειον, ᾧ ἐπίκλην Πετεινός, πατρίκιον καὶ μέγαν ἑταιρειάρχην, 10
 τὸν δὲ ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἀργυρῶν Μαρμανὸν τὰ μοναχικὰ ἀπο-
 δύσας πατρίκιον καὶ κόμητα τοῦ στάβλου πεποίηκεν. ὡσαύτως
 καὶ Μανουὴλ τὸν ἐπιλεγόμενον Κουρτίκην πατρίκιον καὶ δρουγγά-
 ριον τῆς βίβλης ἐποίησεν. οὓς τινὰς τρεῖς οὐ μετὰ πολὺν χρόνον
 ἢ τοῦ Θεοῦ δικαία κρίσις, ὡς εἰς Χριστὸν τοῦ κυρίου παροινή- 15
 σαντας καὶ χειρὰς ἀδίκως ἐπιβαλόντας, τῆς βασιλείας δοεγομένους
 μετήλθεν· ἐπὶ καθοσιώσει γὰρ καταληφθέντες ἑκάτεροι οἰκτιστῶ
 C Θανάτῳ τὸ ζῆν ἀπέρορηξαν. τὰ δὲ περὶ αὐτῶν πλατύτερόν τε καὶ
 ἐπεξεργαστικώτερον ἐν τῇ προηγουμένῃ ἐξηγήσει ἐκθήσομαι.

CONSTANTINI IMPERIUM.

Constantinus itaque Romani gener summus imperator relictus est, men-
 sis Decembris die vigesima, indictione tertia, anno 6454. hic statim
 Bardam Phocae filium magistri dignitate auctum, quippe longi temporis
 experientia bellicis facinoribus clara saepius laude functum atque pro-
 batum, scholarum domesticum praefecit; Constantinum quoque Gongulem
 aliosque quosdam idoneos gnavosque duces Romanam classem ductare
 iubet. tum Basilium, cui cognomen Petinus (ac si Volucrum dicas), pa-
 tricum creat ac magnum hetaeriarcham. Marianum, Argyrorum stirpe
 satum, detracto monachi habitu stabuli comitem facit. pariter Manuelem
 Curticem nominatum patricium ac excubiarum Drungarium constituit;
 quos tres viros, brevi interiecto tempore, iusta dei ultio insecuta est,
 quod in christum domini desaevisent ac inique in eum manus inieci-
 sent, cum scilicet imperandi libido eos incessisset: maiestatis enim rei
 peracti, miserando prorsus exitu vitam finierunt. ceterum quae ad illos
 spectant fusius operosiusque exsequar, ubi ex professo rem sum narra-
 turus.

2. Μετὰ δὲ τεσσαράκοντα ἡμέρας, τῇ εἰκάδι ἑβδόμῃ τοῦ Ἰανουαρίου μηνός, ὑποπτεύσας Κωνσταντῖνος τὸν τε βασιλέα Στέφανον καὶ Κωνσταντῖνον τὸν αὐτοῦ ἀδελφόν, μὴ ποτε καὶ κατ' αὐτοῦ τὰ ὅμοια διαπράξωνται, καὶ λογισάμενος ὅπερ ἦν εἰκός, ὅτι 5 εἰ τοῦ ἰδίου πατρὸς οὐκ ἐφείσαντο, πῶς αὐτοῦ φείσωνται, ἐστιάσας αὐτούς, ἤδη ἐν τῇ τραπέζῃ καὶ καθεζομένους, ἔτι τῆς βρώσεως οὔσης ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, ἀνήρπασαν οὗτοι οἱ λεγόμενοι Τορνίκιοι καὶ ὁ πατρικίος Μαρριανὸς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ πρὸς τοῦτο 10 ἡδρεπισμένοι, καὶ τοῦ παλατίου κυτήγαγον καὶ ἐν ταῖς πλησιαζούσαις νήσοις τούτους περιώρισαν καὶ κληρικούς ἀπέκειραν. (3) μετ' ὀλίγον οὖν οὗτοι αἰτησάμενοι τὸν ἴδιον πατέρα θεάσασθαι ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ παρεγένοντο, καὶ τοῦτον ἐν τῷ μοναχικῷ σχήματι θεασάμενοι πένθει κατεσχέθησαν ἀφορήτῳ· οἷς ἐπιδικρύσας ὁ πατὴρ ἔφη “νιὸς ἐγέννησα καὶ ὑψωσα· αὐτοὶ δέ με 15 ἠθέτησαν.” εἰθ' οὕτως ἐξωρίσθησαν, ὁ μὲν Στέφανος εἰς Προικόννησον (ἦν τινα Νεβρίαν ὠνομασμένην ἐκ τῆς κατὰ χρῆσιν δεδομένης προχόου ἄποικοι Σαμίων μετωνόμασαν, οἷς ἀφικομένοις πρὸς νῆσον καὶ τῷ θεῷ ἰλασκομένοις ἀριστοποιουμένοις τε ἄωρία ἐτύγχανεν ὁπόθεν ὕδωρ κομίσειντο. γυνὴ δέ τις ἔφη αὐτοῖς, “εἰ 20 ἔχετε πρόχουον, δώσω ὑμῖν ὕδωρ.” ὅπερ λαβόντες, ὡς ὁ χρησμός, καὶ γῆν ἐξητήσαντο. τῆς δὲ καὶ ταύτην δεδωκυίας, Πρόχουον τὴν νῆσον ὠνόμασαν καὶ τοῖς ἀργυροῖς νομίσμασιν πρόχουον εἰκόνιζον),

18 ἀπορία?

2. Post dies quadraginta, Ianuarii mensis septimo supra vigesimum, Constantinus Stephanum imperatorem eiusque fratrem Constantinum suspectos habens, ne quando in se quoque eadem attentarent, secumque reputans, uti par erat, eos qui nec patri pepercissent, haud sibi parcituros, convivio acceptos iamque mensae accumbentes, et cum eis adhuc in ore cibus esset, comprehendi eos iubet. arrepti itaque a Torniciis, quos vocant, et patricio Mariano aliisque eam in rem expeditis, aulaque educti atque in proximas insulas deportati, in clericos sunt attonsi.

3. Haud ita post, invisendi patris impetrata venia, in insulam Proten venerunt; eoque conspecto monachi habitu intolerabili luctu correpti sunt. quibus pater collacrimatus, ait “filios genui et exaltavi; ipsi vero spreverunt me (Isai. 1 2).” sicque adeo relegati sunt, Stephanus quidem in Proeconnesum; quam, cum Nebria appellaretur, coloni Samii ex dato iuxta oraculum aquali (προχόου Graecis dicto) mutata appellatione sic nuncupaverunt. cum enim in insulam venissent, deumque placaturi prandium epulasque instruerent, deerat unde commode aquam conveherent. ad quos mulier quaedam “si aqualem habetis” inquit, “ego aquam dabo.” accepta aqua, pro oraculi ratione, petierunt et terram. qua ipsa ex muliere accepta, Πρόχουον Graece (ac si Latine Aqualem dicas) insulam vocaverunt, nummosque argenteos aqualis figura signave-

ἀπὸ δὲ Προικοννήσου εἰς Ῥόδον, ἀπὸ δὲ Ῥόδου εἰς Μιτυλήνην, ὁ
 C δὲ Κωνσταντῖνος εἰς Τένεδον, ἐκείθεν εἰς Σαμοθράκην· ἐν ἧ καὶ
 ἀνταρσίαν μελετήσας, καὶ τὸν ἐκ βασιλικῆς κελεύσεως τὴν αὐτοῦ
 φυλακὴν πεπιστευμένον Νικήταν πρωτοσπαθάριον ἀναιρήσας, καὶ
 αὐτὸς παρὰ τῶν αὐτὸν φυλασσόντων ἀνεσφάγη. οὗ τὸ σῶμα πα- 5
 ρακομισθὲν ταφῇ παραδίδοται μεγαλοτίμως, ἐν ἧ περὶ τούτῳ ἡ
 πρώτη αὐτοῦ σύμβιος ἀπέκειτο Ἑλένη τοῦνομα. Μιχαὴλ δὲ τὸν
 τοῦ βασιλέως Χριστοφόρον υἱόν, τὰ βασιλικὰ πέδιλα Κωνσταν-
 τῖνος ὁ πορφυρογέννητος ἀφελόμενος, κληρικὸν καὶ μάγιστρον καὶ
 D ραίκτωρα πεποίηκεν. ὅσοι δὲ ἐπέβαλον χεῖρας ἐπὶ τῇ καταβάσει 10
 Ῥωμανοῦ βασιλέως, ταῦτα πεπόνθασιν. ὁ μὲν Βασίλειος μάγι-
 στρος εἰσχομισθεὶς καὶ πομπευθεὶς καὶ ἔξορισθεὶς στένων καὶ τρέ-
 μων τὸν βίον αὐτοῦ ἐν ἔξορίᾳ ἐτέλεσεν· τὸν Μαριανὸν γυνὴ ἀπὸ
 ἕψους ῥίψασα πλάκα τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν, τὸν μόρον Ἰούδα ἐχρή-
 σατο· ὁ δὲ Διογένης καὶ στρατηγὸς λογχευθεὶς παρὰ δύο ἀτζυ- 15
 πάδων τοῦ Μαλελεῖνου κακὸν θάνατον ἔδωκεν· ὁ δὲ Κουρτίης
 P 273 ἀπερχόμενος εἰς Κρήτην μετὰ τοῦ δρομωνίου ἐποντίσθη· ὁ δὲ
 Κλάδων εὐρεθεὶς εἰς μοῦλτον ῥινοτομηθεὶς καὶ τὰ ὦτα αὐτοῦ ἐκ-
 τμηθεὶς· ὡσαύτως καὶ ὁ Φίλιππος καὶ οἱ λοιποί.

4. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ὄρῳ κατ' ὄναρ δύο εὐνούχους 20
 λευκοφοροῦντας, καὶ κρατήσαντες αὐτὸν τῶν χειρῶν ἤγαγον αὐ-
 τὸν εἰς τὴν Τρικύμβalon ὀλόγυμον. τὸ δὲ τζυκανιστήριον ἦν

6 fort. πατρὸς μονῆ. Combef.

runt. Proeconneso Rhodum transtulerunt, inde Mitylenem. Constanti-
 num vero Tenedum, indeque in Samothraciam deportaverunt; ubi etiam
 rebellionem molitus, ac Niceta protospathario, cui illius custodiendi par-
 tes imperatoris iussu concreditae erant, occiso, ipse quoque a reliquis
 custodibus necatus est. eius delatum cadaver magnifice tumulo illatum
 est, in paterno eodem monasterio, in quo eius prior uxor Helena ante
 condita fuerat. Michaellem Christophori imperatoris filium, detractis ei
 imperialibus calceis, Constantinus Porphyrogennetus clericum et magi-
 strum ac rectorem creavit. quotquot vero Romano imperatori aula de-
 turbando manus adiecerant, istiusmodi poenas dederunt. Basilius magi-
 ster in urbem illatus pompaque ignominiosa tractus ac exsilio relega-
 tus, gemens ac tremens vitae reliquum patria extorris egit. Marianum
 impacta e sublimi in cervicem tabula mulier Iudae fato occidit. Dioge-
 nes, ductor exercitus, a duobus Maleleini atzupadis (satellites dicamus)
 lancea transfixus, mala morte periit. Curtices in Cretam profectus ipse
 cum scapha mari submersus est. Clado in seditione deprehensus nare
 auribusque mutilatus est; perindeque Philippus et alii.

4. Ceterum Romanus imperator videt in somnis duos cubicularios
 candido amictu, qui manibus arreptum, ut erat toto corpore nudus, in
 Tricymbalum (sic dictum palatii locum) traherent. porro sphaeristerium

πεπληρωμένον πυρός, συνεδαβελίζετο δὲ ὑπὸ ἀτζυπάδων πολλῶν.
 καὶ ὄρᾳ τὴν θεοτόκον ἐλθοῦσαν πρὸς αὐτὸν καὶ λαλήσασαν τοῖς
 εἰνούχοις διὰ τὴν ἐλεημοσύνην αὐτοῦ. ἐνδύσασα αὐτῶν ἡ θεοτό-
 κος εἰσήγαγεν αὐτὸν εἰς Τροπικὴν. διήλθεν δὲ δεδεμένος ὁ κῆρ **B**
 5 Κωνσταντῖνος ὁ σφαγείς καὶ ὁ μητροπολίτης Ἀναστάσιος Ἡρα-
 κλείας, ἀγόμενοι παρὰ ἀτζυπάδων· καὶ παρέδωκαν αὐτοὺς καὶ
 ἐνέβαλον εἰς τὸ πῦρ ἐκεῖνο. τῇ ἡμέρᾳ δὲ ἐν ἧ ἔθεάσατο ὁ βασι-
 λεὺς τὸ ὄναρ, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐτελεύτησαν καὶ οἱ δύο. ὁ δὲ βα-
 σιλεὺς Ῥωμανὸς ἀποστείλας εἰς πάντα τὰ μοναστήρια καὶ τὰς λαύ-
 10 ρας, ὡσαύτως καὶ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν καὶ εἰς Ῥώμην, προσεκα-
 λέσατο μοναχοὺς ἁγίους τὸν ἀριθμὸν τριακοσίου· καὶ τῇ μεγάλῃ
 πέμπτῃ ἐκδυσάμενος τὸν χιτῶνα καὶ τὴν στολήν, ἦν περιεβέβλητο,
 ἐνώπιον πάντων σταθεὶς εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὅτε ἔμελλεν ὁ πρεσβύ- **C**
 τερος ὑψώσειν τὸν θεῖον καὶ ἅγιον ἄρτον, ἔχων ἐν χαρτίῳ γε-
 5 γραμμένας τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας πύσας ἐστηλίτευσεν αὐτὰς κατε-
 νώπιον πάντων. τῶν δὲ μοναχῶν κρηζόντων τὸ κύριε ἐλέησον καὶ
 δακρυρροούντων, ἐνὶ ἐκάστῳ βαλὼν μετάνοιαν συγχώρησιν ἤπει.
 καὶ πάντων τῶν μοναχῶν συγχώρησιν δόντων αὐτῷ, καὶ κοινωνίας
 τυχόν, ἀνερχομένων αὐτῶν ἐν τῇ τραπέζῃ δοὺς σχοινίον μειρακίῳ
 10 καὶ ῥέκαν, ἔτυπεν τοὺς πόδας αὐτοῦ λέγων οὕτως “εἰσελθε κακό-
 γηρε ἐν τῇ τραπέζῃ.” καὶ πάντων καθεσθέντων ἐκαθέσθη ὁ βα-
 σιλεὺς κλαίων καὶ ὀδυρόμενος. τὸ δὲ πιττάκιον ὃ ἦν γεγραμμένον **D**

1 δάβελος, δαλὸς Λάκωνες. Hesych. Combef.

igne plenum erat; unaque tartarei multi satellites torribus igneque
 aspergebant. videt vero venientem deiparam, eius eleemosynarum gra-
 tia cubicularios alloquentem; quae et induens illum in Tropicam (sic di-
 ctum palatii locum) induxit. interim transeunt dominus Constantinus,
 qui necatus fuerat, nec non Anastasius Heracleae metropolita, quos tar-
 tarei satellites trahebant, tradideruntque illos et in ignem illum mise-
 runt. qua vero nocte imperator insomnium vidit, ambo hi in vivis esse
 desierunt. missis itaque ille in monasteria omnia laurasque nuntiis, per-
 indeque in sanctam civitatem Romamque, sanctos monachos trecentos
 numero ascivit; magnaue quinta feria exuens tunicam ac quam gere-
 bat vestem, in oculis omnium in ecclesia stans, cum sacerdos divinum
 sanctumque panem levaturus esset, scripta in libello sua omnia peccata
 cunctis audientibus evulgavit atque traduxit. monachis vero clamanti-
 bus “domine miserere” ac lacrimis diffluentibus, unicuique devote caput
 inclinans veniam flagitabat. cunctisque monachis condonantibus, ac com-
 munionem consecutus, illis ad mensam accedentibus, puero flagellum e
 funibus lorumque tradidit, qui eius pedes cruraque caederet, in haec
 verba loquens “ingredere ad mensam Cacogere;” cunctisque sedentibus
 sedit imperator lugens ac gemens. libellum vero, quo illius peccata con-

ἔχον τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ, βουλλώσας ἀπέστειλεν εἰς τοὺς καλο-
 γήρους τοὺς ἀπολειφθέντας, ὡσαύτως καὶ εἰς τὸν ἐν ἁγίοις Δερ-
 μοκαίτην, ἀποστείλας καὶ δύο κεντηνάρια εἰς τοὺς μοναχοὺς ἐν
 τῷ Ὀλύμπῳ, ἵνα εὐξωνται ὑπὲρ ψυχικῆς αὐτοῦ σωτηρίας. ὁ
 Δερμοκαίτης ἀναλαβόμενος τό τε χαρτίον καὶ λογάριον ὤρισε πάν-
 5 τας τοὺς μοναχοὺς τοῦ νηστεῦσαι δύο ἑβδομάδας καὶ εὐξασθαι
 ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ. τοῦ Δερμοκαίτου δὲ ἴσταμένου ἐν μιᾷ
 νυκτὶ καὶ εὐχομένου φωνὴ ἐγένετο πρὸς αὐτὸν ἄοράτως, “ἐνίκησεν
 P 274 ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ.” ταύτης δὲ φωνῆς ἐκ τρίτου ἀκούσας,
 τὸ χαρτίον λαβὼν καὶ λύσας εἶδεν αὐτὸν καθαρόν μὴ ἔχον γράμ-
 10 μα ἐν καὶ μόνον. προσκαλεσάμενος δὲ πάντας τοὺς μοναχοὺς καὶ
 ὑποδείξας αὐτό, ἐδόξασαν τὸν Θεὸν πάντες. καὶ ποιήσαντες ἀφέ-
 σιμον πάντες οἱ μοναχοὶ ἀπέστειλαν αὐτὸ πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμα-
 νόν, καὶ συνετάφη μετ’ αὐτοῦ.

5. Ὀντος δὲ τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ ἐν τῇ νήσῳ, ὁ πα-
 15 τριάρχης Θεοφύλακτος καὶ Θεοφάνης πατριζίος καὶ παρακοιμώ-
 B μενος βουλήν ἐβουλεύσαντο ὥστε τοῦτον πάλιν ἐν τῷ παλατίῳ
 ἀγαγεῖν· ἦν καὶ αὐτῷ ἀνακοινωνησάμενος καὶ παραπείσαντες τοῦ-
 τον ἐκαιροσκόπουν πότε τὸ πέρας τῆ τοιαύτη βουλῆ ἐπιθήσουσιν.
 ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς βουλῆς ἐφωράθη καὶ κατεμηνύθη τῷ βασιλεῖ Κων-
 20 σταντίνῳ, τοὺς συνεργοὺς αὐτῆς ἡμίνατο· τὸν μὲν γὰρ πατριζίον
 Θεοφάνην ἐξώρισεν, τὸν δὲ πρωτοσπαθάριον Γεώργιον καὶ πηγ-

scripta erant, bulla obsignatum ad Calogeros (seniores praesertim monachos) misit, quorum eo conventu desiderata praesentia; similiter quoque ad sanctum Dermocaitem, missis etiam duobus centenariis ad monachos in Olympo exercentes, ut pro eius animae salute preces ad deum funderent. Dermocaites accepto tum libello tum pecuniae summa, cunctos monachos duas septimanas ieiunare iubet ac pro illius peccatis preces fundere. cumque Dermocaites una nocte staret ac ad deum preces funderet, vox ad eum invisibili ratione facta est, “vicit dei clementia ac humanitas.” iamque tertio audita voce, sumens libellum ac solvens, mundum invenit, ita ut nec unum clementum in eo exaratum exstaret. accitis itaque omnibus monachis ostensoque libello, omnes deum laudaverunt, scriptumque veniae libellum cuncti componentes ad Romanum imperatorem miserunt; eaeque literae cum eo sepultae sunt.

5. Interim autem versante Romano in insula, consilium inierunt Theophylactus patriarcha et Theophanes patricius ac sacri cubiculi praefectus (accubitorem vocant) eum iterum in palatium reducendi; eo-
 que cum Romano communicato, ac ipso demum in eandem sententiam pertracto, commodum tempus observabant quo huic finem molitioni imponerent. prodita autem machinatione ac Constantino imperatori denuntiata, in eius auctores animadvertit. ac Theophanem quidem patricium in exsilium egit; Georgium vero protospatharium ac pincernam

κέρωνη καὶ Θωμᾶν πριμικήριον δείρας καὶ κουρέϊσας οὕτως ὑπερ-
ορίᾳ παρέπεμψεν.

6. Δεκεμβρίῳ δὲ μηνί, ἰνδικτιῶνος ε', ἐπιβουλήν τινες C
κατὰ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου ἐμελέτησαν, βουλόμενοι τὸν βα-
5 σιλέα Στέφανον ἐν τῇ νήσῳ ὄντα ἐν τῷ παλατίῳ ἀγαγεῖν. ταύτης
οὖν μηνυθείσης Κωνσταντίνῳ διὰ Μιχαήλ τοῦ Διαβολίνου λεγο-
μένου, τοὺς ἐπιβούλους κρατήσας ὁ βασιλεὺς τῶν μὲν τὰς ῥίνας
καὶ τὰ ὄτα ἀπέτεμεν, τοὺς δὲ δαρμῶ ἀφορήτω ὑπέβαλεν καὶ ὄνοις
ἐπικαθίσας διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐθριάμβευσεν καὶ ἔξορίᾳ παρέ-
10 πεμψεν.

7. Πεντεκαίδεκάτῃ δὲ Ἰουνίου μηνὸς ἰνδικτιῶνος ἕκτης
Ῥωμανὸς ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ νήσῳ τῇ ἐπονομαζομένῃ Πρώτῃ τελευ- D
τῆ· καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει ἀποκομισθὲν ἐν τῇ αὐτοῦ
ἀπετέθη μονῆ.

8. Διήγημα δὲ μέγα καὶ θαυμαστὸν παρέδραμον τοῦ λε-
χθῆναι. Στεφάνου καὶ Κωνσταντίνου τῶν βασιλέων κατενεχθέν-
των ἀπὸ τοῦ παλατίου προτροπῇ Κωνσταντίνου τοῦ πορφυρογεν-
νήτου, χωννουβαρασμός γέγονεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ μαγίστρου Ἰωάν-
νου τοῦ Κορκοῦα τοῦ ἀποδομεστίκου τῶν σχολῶν καὶ εἰς τὸν τοῦ
20 μαγίστρου Ῥωμανοῦ Συρωνίτου καὶ εἰς ἑτέρους καὶ διαφόρους
οἴκους, καὶ διαρπαγὴν καὶ πτωχείας αὐτοῖς προεξένησαν. ὁ δὲ P 275
βασιλεὺς Κωνσταντίνος κατοικτίρας τὸ ἔξαίφνης καὶ ἀθρόως
ὀρᾶσθαι αὐτοὺς πένητας, διωρίσατο τῷ ἐπάρχῳ Θεοφίλῳ ταῦτα

nec non Thomam primicerium virgis subactos detonsosque pariter rele-
gavit.

6. Mense Decembri, indictione sexta, insidias quidam moliti sunt
adversus Constantinum imperatorem, ut nempe Stephanum imperatorem
ex insula, in qua exsul agebat, in palatium reducerent. insidiarum ac-
cepto nuntio, delatore Michaele Diabolino sic nuncupato, captisque au-
ctoribus, aliis nares auresque Constantinus abscidit, alios intolerando
verberum cruciatu examinatos asinisque impositos ac per mediam urbem
ignominiose traductos exsilio relegavit.

7. Quinta decima Iunii mensis, indictione sexta, moritur Romanus
imperator in insula quam Proten vocant. eius cadaver in urbem rela-
tum in illius monasterio depositum est.

8. Magnum quidpiam ac admirandum, gesta percurrentem, me fere
praeteriit: nempe quo tempore Stephanus et Constantinus imperatores
aula eiecti sunt Constantini Porphyrogenneti iussu, contigit gravi hiatu
terram dehiscere in domo magistri et scholarum exdomestici Ioannis
Curcuae, inque domo magistri Romani Saronitae, nec non in aliis iisque
diversis domibus; ex quo et factum est ut ii direptis ipsorum facultati-
bus in pauperiem redigerentur. misertus itaque Constantinus imperator,
dolensque eorum dilapsas opes ac repente exhaustam substantiam,

σωρευθῆναι καὶ ἀποδοθῆναι. ὁ δὲ πρωτοκαγκελλαρίῳ αὐτοῦ σὺν τῷ λεγομένῳ Ζωναρῷ προσδιορισάμενος, ὃς ἅτε εὐφρῆς κλέπτης καὶ μοχθηρός, καὶ κατέχων τὰ τούτων οἰκήματα καὶ πολλὴν σπουδὴν καταβαλὼν, πάντα ἐσφετερίσατο καὶ τῆς ἀπλήστου αὐτοῦ γνώμης ἐνεφορήσατο καὶ μόλις τὴν δεκάτην μοῖραν αὐτοῖς 5

B ἀπέδωκεν. καὶ τίς τὴν πολλὴν καὶ ἄπειρον δολιότητα καὶ κακίαν τοῦ δολίου ἀνδρὸς διηγῆσεται; ὃς λύμη καὶ νόσος τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαίων γέγονεν. ἢ ἐν ποίῳ κακῷ πρώτιστος ὁ ἀνὴρ οὐχ εὐρίσκετο; τῇ πιθανολογίᾳ καὶ τοῖς ὅρκοις βεβαιῶν ὡς ἅτε πιστὸν καὶ ὀρθὸν εἶναι πᾶσι. ὡς δὲ λόγος ἄδεται, οὗτος βοηθείας δαι-10 μόνων προσκαλούμενος ἐν πᾶσιν εὐδοκίμει, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον βουληθέντα διαφόρως ἀποκινησαι τοῦτον οὐκ ἴσχυσεν, ἀλλὰ μᾶλλον εὐποίαις καὶ δωρεαῖς προεξένησεν. περὶ **C** δὲ τῆς τούτου θωπείας καὶ κολακείας καὶ πολλῆς ἀναιδεΐας, καὶ τὴν ἄπιστον διάθεσιν καὶ τὴν μοχθηρὰν καὶ ἀνείκαστον αὐτοῦ 15 πλεονεξίαν, πλατότερόν τε καὶ ἐπεξεργαστικώτερον ἐν τῇ προηγουμένη ἐπεξηγήσει ἐκθήσομαι.

9. Μετὰ δὲ τὸ μόνον καταλειφθῆναι αὐτοκράτορα Κωνσταντῖνον, προεχειρίσατο Βασίλειον τὸν πρωτοβεστιάριον αὐτοῦ, τὸν ἀπὸ παλλακῆς φυσικὸν υἱὸν Ῥωμανοῦ τοῦ πρὸ αὐτοῦ βασι-20 λέως, πατρίκιον καὶ παρακοιμώμενον καὶ παραδυναστεύοντα τῆς **D** συγκλήτου. οὗτος δὲ ἦν ἐχέφρων καὶ λόγιος, καὶ τῷ βασιλεῖ ἐν

Theophilo urbis praefecto haec acervare iubet iisque reddere. is protocancellario suo, una cum Zonara sic nuncupato, rei summa concredita, ut erat pravus latro, eorum occupans aedes multamque diligentiam adhibens cuncta sibi usurpavit insatiabilique animo suo concessit, ac vix decimam illis partem restituit. quis enimvero multam immensamque viri dolis consuti fraudulentiam ac nequitiam enarrare sufficiat, qui lues ac perniciēs imperii Romani exstiterit? quodnam vitii malique genus, in quo non facile primas tulerit? cum nimirum verbis ad suadendum compositis ac iureiurando firmatis cunctis fidelem animum rectique tenacem prae se ferret. verum, ut vulgo de illo iactatur, invocata daemone ope cuncta illi ex voto cedebant, ut nec Constantinus, cum saepenumero eum gradu movere cogitasset, rem praestare valuerit; quin potius beneficiis ac muneribus eum prosecutus sit. porro de hominis adulatoriis moribus multaque illius impudentia, eius item infido animo pravoque, ac quam nulla quis coniectura satis assequi possit, avaritia ac rapacitate fusius operosiusque in propria exque instituto eius rei narratione exponam.

9. Rerum summam solus adeptus Constantinus, Basilium protovestiarium suum Romanique decessoris imperatoris naturalem ex pellice filium, patricium provexit ac sacri cubiculi praefectum, senatusque primis ab imperatore partibus principem fecit. erat vir animo prudens et eruditus inque omnibus solerti consilio, et ut decebat, imperatoris ob-

πᾶσιν ὑπηρετεῖ αἰσίως καὶ πρεπόντως. ὁ δὲ φιλόανθρωπος Κων-
 σταντῖνος διανοήθη ἀλλάγιον ποιῆσαι μετὰ τοὺς Ταρσίτους καὶ
 τοὺς ἐν αἰχμαλωσίᾳ Ῥωμαίους ὑπὸ τῶν ἀρνητῶν τοῦ Χριστοῦ
 ἀναρρῦσασθαι διὰ τὸ ἐπὶ πολλοῖς χρόνοις κακουχεῖσθαι αὐτοὺς ἐν
 5 δεσμοῖς καὶ θλίψεσι. καὶ ἀποστείλας τὸν προμηθημονενθέντα μά-
 γιστρον καὶ γεγονότα δομέστικον τῶν σχολῶν Ἰωάννην τὸν λεγόμε-
 νον Κουρκούαν, ἄνδρα συνετὸν καὶ εὐβουλον καὶ πεπειραμένον
 πρὸς τὰ πολιτικὰ διοικήματα, καὶ Κοσμᾶν μάγιστρον σοφὸν καὶ P 276
 νομομαθῆ καὶ τῶν πολιτικῶν κριτηρίων πρῶτιστον· καὶ εἰς τὸν
 0 ποταμὸν τὸν Δάμον τὸ ἀλλάγιον ἐποιήσαντο, μὴ συμβάν τι ἐναν-
 τίον ἢ δολερὸν. καὶ τοῦτο ποιήσαντες ὑπέστρεψαν, φιλαγάθως
 παρὰ τοῦ πορφυρογεννήτου Κωνσταντίνου ἀποδεχθέντες.

10. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔναυλον ἔχων τῶν ἀδικιῶν καὶ ζημιῶν
 ὧν ὑπέστησαν οἱ ἔλεεινοὶ καὶ ἄθλιοι πένητες παρὰ τῶν στρατηγῶν
 5 καὶ πρωτονοταρίων καὶ στρατιωτῶν καὶ ἵπποτῶν ἐπὶ τοῦ πενθεροῦ
 αὐτοῦ Ῥωμανοῦ, ἄνδρας εὐσεβεῖς καὶ ἐναρέτους ἀπέστειλε πρὸς B
 τὸ κονφίσαι τὸ πολὺ βᾶρος τῶν κατὰ καιρὸν ἀκαίρων ἀπαιτήσεων
 τῶν ταλαιπώρων πτωχῶν. καὶ εἰς μὲν τὸν Ἀνατολικὸν Ῥωμανὸν
 μάγιστρον τὸν Σαρωνίτην, εἰς δὲ τὸ Ὀψίκιον τὸν Μουσελὲ Ῥωμα-
 0 νὸν μάγιστρον, εἰς δὲ τὸν Θρακῆσιον Φώτιον πατρίκιον, εἰς δὲ
 τὸν Ἀρμενιακὸν Λέοντα τὸν Ἀγέλαστον, καὶ εἰς τὰ λοιπὰ ἐφεξῆς
 θέματα· οἵτινες τῇ προτροπῇ τοῦ αὐτοκράτορος μικρὰν ἀνακω-
 χὴν τοῖς πένησιν ἐδώρησαντο. καὶ τοῦτο ἄθλον καὶ προτερήματα C

sequio sedulus ministrabat. humanissimus porro Constantinus in animum
 induxit ut pactis cum Agarenis Tarsensibus indutiis, qui apud infidelem
 eam gentem detinerentur, Romanos captivos liberaret, ea scilicet ratio-
 ne, quod a multis iam annis in vinculis atque aerumnis afflictari eos
 sciret. misit itaque, cuius non semel in superioribus meminimus, magi-
 strum et scholarum exdomesticum Ioannem Curcuam nuncupatum, virum
 prudentem civiliumque rerum administrationis consultissimum, Cosmam
 item magistrum et legisperitum summumque urbanorum tribunalium prae-
 sidem; et ad fluvium Lamon, nullo adverso casu aut dolo, sincera utrin-
 que fide, dato pretio captivos receperunt. peractoque negotio reversos
 Constantinus Porphyrogennetus peramanter accepit.

10. Constantinus, cuius etiamnum auribus insonarent quas iniurias
 damnaque ab exercitus ductoribus et protonotariis nec non utriusque
 ordinis militibus miseri ac calamitosi pauperes Romano socero suo im-
 peratore passi essent, recentique haec memoria teneret, viros misit vir-
 tutis laude ac pietate insignes, grave onus levaturos importunarum pro-
 tempore exactionum, quibus aerumnosi pauperes atque miseri opprimi-
 bantur, ad Orientale thema magistrum Romanum Saronitam, ad Opsi-
 cium Romanum Musele magistrum, ad Thracesium Photium patricium,
 ad Armeniacum Leonem Agelastum, et sic de reliquis thematibus sen
 provinciis. hi imperatoris mandato obsecuti indutiarum aliquid pauperi-

τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος τῷ ἀνακτι. οὕτως γὰρ περιεῖπεν τὸ ὑπὴ-
 κοον ὡς ἀετὸς σκέπων τὴν αὐτοῦ· οὐδενὶ γὰρ τῶν ἀρχόντων ἢ
 τῶν μέσων ἢ τῶν χυδαίων ὠργίσθη πώποτε, καίτοι μεγάλας ἀτο-
 πίας εὔρε πολλοὺς εἰς τὸ κοινὸν καὶ εἰς αὐτὸν ἁμαρτήσαντας,
 ἀλλὰ χριστομίμητος ὢν μᾶλλον εὐποιίας καὶ δωρεαῖς ἀπένειμεν
 καὶ τῷ κρίνοντι δικαίως ἀπεδίδον. τὸν δὲ ἑπαρχὸν τῆς πόλεως
 D Θεόφιλον, ἄνδρα λόγιον καὶ πρὸς τοὺς πολιτικοὺς νόμους ἱκανόν,
 πατρικίον προέκρινεν καὶ ἐτίμησεν καὶ κοιαιίστωρα προεβάλετο, καὶ
 ἀντ' αὐτοῦ προεχειρίσατο ἑπαρχὸν Κωνσταντῖνον πρωτοσπαθά-
 ριον, τὸν τηρικᾶτα μυστικὸν καὶ καθηγητὴν τῶν φιλοσόφων, 1
 λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀξιέπαινον, ὡς μὴ ἕτερον τῆς γνώσεως καὶ σοφίας
 τοῦ ἀνδρὸς εἶναι τινα τῆς συγκλήτου· καὶ οὕτως τὴν ἐπαρχίαν εὐ-
 νομίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ διέπρεψεν.

11. Ὁ δὲ πατριάρχης Θεοφύλακτος ἀρρωστήσας καὶ πρὸς
 τὸ θανεῖν ἐγγίσας καὶ μικρὸν ῥωσθεὶς οὐκ ἐνέδωκεν ἑαυτὸν τῆς 1
 P 277 πονηροῦς μοχθηρίας καὶ τοῦ μετὰ δώρων χειροτονεῖν τοὺς ἀρχιε-
 ρεῖς καὶ ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἵππων καὶ βλακειῶν. καὶ ἀθῆς ὑπὸ
 τῆς νόσου κυριευθεὶς τέλει τοῦ βίου χρᾶται, πατριαρχεύσας χρό-
 νους εἴκοσι καὶ τέσσαρασι. χειροτονεῖται δὲ ἀντ' αὐτοῦ Πολύευκτος
 μοναχὸς ἀσκητικὸν βίον διαλάμπων, καὶ μονάσας ἐξ ἀπαλῶν ὀνύ- 2

1 τοῦ θεοσυνεργήτου ἀνακτος. Combef.

bus tribuerunt. atque hoc a deo adiuti eoque protectore tuti ac gerenda
 re publica seduli imperatoris facinus, eiusque haec recte facta ac muna-
 nera. haud secus enim ac aquila nidum obumbrat, sic ille subditos pro-
 curabat atque fovebat. nulli enim unquam procerum, nulli mediae sor-
 tis civium, nulli e vili plebecula iratus est, quanquam non paucos in
 rem publicam eiusque ipsius rem privatam atque personam gravius de-
 liquisse invenisset: sed magis Christum imitatus eos ipsos beneficiis ac
 muneribus prosequeretur ac iudicanti iuste retribuebat. Theophilum
 urbis praefectum, virum eruditum iurisque civilis peritia probe instru-
 ctum, patricii dignitate condecoravit ac quaestorem praefecit; eiusque
 loco Constantinum protospatharium, tunc mysticum ac scholae philoso-
 phorum ducem ac praeceptorem, virum doctrina moribusque plane lau-
 dabilem, ut nullus senatorum eius scientiae sapientiaeque modum attingeret,
 praefectum constituit; quo in munere aequa legum administratione
 ac iustitia fulsit.

11. Theophylactus patriarcha aegra affectus valetudine iamque
 morti vicinus cum paululum convaluisset, nihil de priori morositate re-
 misit animique pravitate, et ut muneribus episcopos ordinaret, curandis-
 que equis et mollitiei ac luxuriae studium omne operamque insumeret;
 inque eum modum morbo rursus invalescente, illo oppressus, vivendi
 finem facit, patriarchatu functus annos quatuor supra viginti. eius loco
 suffectus Polyuctus monachus, monasticae exercitationis palaestra cla-

χων καὶ διαπρέψας ἐν πίσῃ ἀρετῇ καὶ ὀρθῷ δόγματι· καὶ ὡς ἄλ-
 λος Ἰωάννης Χρυσόστομος παρὰ πολλῶν ἐγνωρίζετο καὶ ἐλέγετο,
 καὶ οὐκ ἐλέγετο μόνον ἀλλὰ καὶ ἐφαίνεται. τοῦτον ὄρων ὁ φιλόκα- B
 λος Κωνσταντῖνος ἔχαιρε καὶ ἠγαλλιᾶτο ὡς τοιοῦτον ἄνδρα ἐπιτυ-
 5 χῶν ἐπὶ τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ.

12. Ὁ δὲ φιλόθεος καὶ φιλόκαλος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος
 ὁμοίωτροπον εὐρὼν Ἰωσήφ πατριίκιον καὶ πραιπόσιτον, καὶ πρὸς
 τὰς πολιτικὰς λειτουργίας ἐχέφρονα καὶ πτηνοῦ ταχύτερον, σακελ-
 λάριον προχειρίζεται, ἔπειτα δρουγγάριον πλωΐμον, καὶ πᾶσαν τὴν
 10 ἑξουσίαν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἀνατέθεικεν.

13. Τὴν δὲ τοῦ πορφυρογεννήτου Κωνσταντῖνου φιλοκα- C
 λίαν καὶ καλλιέργιαν καὶ τὴν πρὸς πάντα διόρθωσιν καὶ βελτίωσιν
 μέλλων διηγῆσθαι, καὶ ὅπως εὐσεβῶς καὶ δικαίως τὸ ὑπήκοον
 περιέσωσεν, καὶ τὸ κατ' ἄξιαν τοῦ ἀνδρὸς μὴ εὐπορῶν, ἐπαινέσαι
 15 δεδοικώς, σιγῆσαι μᾶλλον ἄξιον· πλὴν οὖν ἐκ τῶν πολλῶν σπορά-
 δην ἄξιον εἰπεῖν.

14. Οὗτος πάντα ἐφευρῶν εἰς ἀχρειότητα καὶ ἀμέλειαν,
 καὶ τῶν ἐναρέτων ἀνδρῶν χυδαιωθέντων καὶ καταφρονηθέντων, D
 ὡς φιλόθεος καὶ φιλόκαλος προέκρινεν τῶν δειλῶν καὶ ἀνάνδρων
 20 τοὺς εὐτόλμους καὶ ἀνδρείους, καὶ τούτους τῷ μαγίστρω καὶ δομε-
 στικῷ τῶν σχολῶν Βάρδα τῷ Φωκῇ παραδοὺς νίκην τῇ Ῥωμαϊκῇ

17 deest vox νενεκότεα aut καταπεσόντα. Combef.

rus, ac qui sanctioris vitae institutum a teneris unguiculis consecratus
 omni virtute sanaque doctrina excellisset; quem velut alterum Ioannem
 Chrysostomum plerique nossent ac dicerent, neque id nomine tenus, sed
 ita ut vere talis videretur. huius conspectu honesti amans Constanti-
 nus gaudebat animoque gestiebat, ut qui virum talem in diebus suis
 nactus esset.

12. Dei porro honestique amans Constantinus imperator, vir scilicet
 religiosus ac studiosus, virum nactus pari secum morum honestate
 ornatum, Iosephum patricium et praepositum, civilium utique rerum
 administratione solertem ac volucre celeriolem, sacellarium praeficit
 tumque rei navalis drungarium, suamque omnem in eum potestatem
 contulit.

13. Constantini porro Porphyrogeneti honesti rectique studium
 resque praeclare gestas, cuncta denique meliore statu composita ac re-
 stituta, et ut pie iusteque subditorum saluti prospexerit, narratione pro-
 secuturus, cum pro viri dignitate impar muneri existam, laudare veritus
 libentius silentium amplectar. ex multis tamen aliqua sparsim delibanda
 sunt.

14. Cum itaque omnia pene labefactata nulliusque frugis effecta at-
 que neglecta offendisset, virosque virtute fulgentes vili sorte haberi at-
 que contemni, tanquam in deum religiosus honestique cultu strenuus,
 ignavis muliebrique animo viris audaces fortique animo ac robore prae-
 ditos anteponeus, atque illis Barda Phoca patricio domestico praeposito,

ἀρχῇ προεξένησεν. πολλῶν δὲ ἐν τῇ πολιτείᾳ ἡμῶν καλῶν καὶ ἀξιειπαινέτων γνώσεις καὶ λογικαὶ τέχναι καὶ ἐπιστήμαι, τούτων οὐκ οἶδ' ὅπως ἀμεληθέντων καὶ παροραθέντων τί σοφίζεται ὁ φιλοσοφώτατος ἐκείνος νοῦς; ἐπεὶ γὰρ ἡπίστατο πρᾶξιν καὶ θεωρίαν

- P 278 πρὸς θεὸν ἡμᾶς οἰκειοῦντα, καὶ τὴν μὲν πρᾶξιν πολιτικοῖς προσ-5
αρμόζουσαν πράγμασιν, τὴν θεωρίαν δὲ τοῖς λογικοῖς, ἀλλήλοις δι' ἀμφοτέρων βοηθεῖ, τὸ μὲν πρακτικὸν διὰ ῥητορικῆς τέχνης ἀσκειῖσθαι παρασκευάζων, τὸ δὲ θεωρητικὸν διὰ φιλοσοφίας καὶ φυσικῆς τῶν ὄντων διαγνώσεως. παιδευτὰς δὲ ἀρίστους προέ-
κρικεν· εἰς Κωνσταντῖνον πρωτοσπαθάριον τὸν τηρικᾶτα μυστι-10
κὸν τὸ τῶν φιλοσόφων παιδοτριβεῖον δέδωκεν, εἰς δὲ τὸ τῶν ῥητό-
ρων Ἀλέξανδρον μητροπολίτην Νικαίας, εἰς δὲ τὸ τῆς γεωμετρίας
B Νικηφόρον πατρίκιον τὸν γαμβρὸν Θεοφίλου ἐπάρχου τοῦ Ἐρω-
τικοῦ, εἰς δὲ τὸ τῶν ἀστρονόμων Γρηγόριον ἀσηκρητίν. καὶ πολ-
λὴν ἐπιμέλειαν καὶ σπουδὴν εἰς τοὺς φοιτητὰς ὁ αὐτοκράτωρ ἐποι-15
εῖτο, ὁμοδιαίτους καὶ ὁμοτραπέζους τούτους καθ' ἐκύστην ποιῶν
καὶ ἀργύρια παρέχων καὶ ὁμιλίας μετ' αὐτῶν προσηνεῖς ποιούμε-
νος. καὶ οὐ πολὺς χρόνος διελθὼν, τὰς μεγάλας ἐπιστήμας καὶ
τέχνας τῇ θωπείᾳ καὶ συνέσει τοῦ αὐτοκράτορος κατωρθώσαντο,
καὶ κριτὰς καὶ ἀντιγραφεῖς καὶ μητροπολίτας ἐξ αὐτῶν ἐκλεξάμε-20
C νος τετίμηκεν, καὶ τὴν πολιτείαν Ῥωμαίων τῇ σοφίᾳ κατεκόσμη-
σεν καὶ κατεπλούτισεν.

imperio Romano auctor victoriae fuit. cum autem in Romana re publica plures honestae ac laude dignae disciplinae vigerent, artesque liberales ac scientiae in ea exstarent, ac (qua ex causa nescio) illae neglectae essent et in contemptum venissent, quidnam mens illa philosophicis rationibus summe exulta comminiscitur? cum enim eum non lateret inire nos actionis cultu et contemplationis cum deo necessitudinem, ac quidem actionem civilibus rebus gerendis congruere, contemplationem vero iis qui ratione regantur appositam esse, alteram alteri suppetias fore statuit; eos qui operam rei publicae navent, rhetorica arte excoli curans, qui vero studeant contemplationi, praeceptis philosophicis ac naturali rerum consideratione. porro magistros praestantissimos delegit; ex quibus Constantinum protospatharium mystici tum munere fungentem philosophorum ludo praefecit, rhetorum Alexandrum Nicaeae metropolitam, geometriae Nicephorum patricium Theophili praefecti Erotici generum, astronomiae Gregorium a secretis. multam autem imperator discipulis diligentiam curamque adhibebat, quos quotidie contubernales mensaeque socios adhiberet pecuniisque demereretur ac blandis colloquiis deliniret. nec longe tempus processit, cum iis delinimentis eaque foventis imperatoris prudentia adultis ingeniis magnas illi scientias artesque plene didicerunt; ex quorum censu delectos imperator iudicum ac senatorum secretariorumque et metropolitaram honore sublimavit, Romanamque rem publicam sapientia exornavit atque ditavit.

15. Ἀλλὰ καὶ τὰς βασιλικὰς στολὰς καὶ τὰ ἔκπαλαι στέμματα καὶ διαδήματα θραρέντα εἰς ἀνακαίνισιν διωρθώσατο, καὶ τὸν Βουκολέοντα ζῳδίοις, ἐκ διαφόρων τόπων ἀγαγόν, ἐκαλλώπισεν, κἀκείσε ἰχθυοτροφεῖον ἐποίησεν. ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν τῇ φυ-
 5 λακῇ τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ τῶν ἔξωθεν θεμάτων κατεχομένων δεσμιῶν ἠρεύνησε καὶ ἐπεσκέψατο καὶ τῶν δεσμῶν ἐλυτρώσατο, ὡς πάντας σωτήρια ἐπευφημοῦν τὸν ἀγαθὸν καὶ χριστομίμητον ἀνακτα Κων- D
 σταντῖνον. τὴν δὲ ἀρετὴν καὶ τὴν γνῶσιν οὕτως ἐτίμησεν ὡς ἄλλος οὐδεὶς τῶν βεβασιλευκότων· καὶ ὄντινα γνῶσιν, ἔχοντα καὶ
 10 πρὸς τοὺς νόμους φύσιν καὶ ἐπιτηδειότητα εὐρηκῶς ἦν, προανεβίβασεν καὶ εἰς ὑψηλότερον θρόνον ἀποκατέστησεν. καὶ ἦν ἰδεῖν δικαιοδοσίαν καὶ εὐνομίαν ἐν πᾶσιν, ὡς τοῦ πορφυρογεννήτου ταύτην φιλοσοφοῦντος καὶ κατασπαζομένου. καὶ νόμον ὁ αὐτοκράτωρ ἐξέθετο· ἰδὼν γὰρ πολὺ πλεονεκτικὸν παρὰ τῶν ἀκορέ-
 15 στων ἔχουθὲν καὶ τῶν ἐν μέσῳ τῶν ἐπαρχιῶν καὶ χωριῶν ὑπεισελ- P 279
 θόντων ἀρχόντων καὶ τοὺς τάλαιπῶρους πένητας καταδυναστεύοντων, καὶ καθ' ἄρπαγὴν τῶν δυνατῶν προύστεια προσκτησαμένων διὰ ποικίλης τῆς μεθόδου αἰτίας, ἔγνωσεν ποιήσασθαι τὴν τούτων ἀφαίρεσιν. τί ποιεῖ ὁ σοφὸς ἐν πᾶσιν; συναγαγὼν τῇ ὑπὸ
 20 χεῖρα βουλευτικῇ ποιεῖται μεθόδῳ, τοὺς ἀπὸ τῆς ἀναρρήσεως αὐτοῦ ὑπεισελθόντας πλουσίους καὶ ἔξωνησαμένους ἢ δωρησαμένους καὶ κατακρατήσαντας τόπια ἢ ἀγροὺς εἰς χωρία ἀναργύρους ἐκ-

15. Sed et Augustales vestes quae longioris temporis usu detritae erant, exesaque stemmata ac diademata nova instauravit. Bucoleonem statuis, variis ex locis convectis, magnifice ornavit, inque eo piscinam construxit. captivos cum urbanos tum provinciales carcere detentos diligenter pervestigabat ac invisibat exque vinculis absolvebat, sic nimirum ut omnes optimo Christique imitatione mitissimo ac clementi imperatori Constantino acceptam salutem referentes faustis illi acclamationibus comprecarentur. virtuti ac scientiae maiorem supra decessores omnes Augustos honorem habuit. si quem nactus esset virum eruditum legumque scientiae ex indole comparatum ac idoneum, honore promovebat ac sublimiori eum sede collocabat. vidisses aequi iustique rationem in omnibus vigentem, ut cuius cultu Porphyrogennetus philosopharetur ac quam amplexaretur. legem quoque edidit imperator. videns enim insatiabilium hominum nequitia iniuriam alienique usurpationem longe diffusam, proceresque in medias provincias oppidaque et loca subingressos luctuosos pauperes opprimere, vilique pretio ac rapina variis artibus atque fraudibus illorum suburbana sibi comparasse, haec illis auferre constituit. quid ergo vir ubique sapientissimus facit? nempe congregato senatu illius decreto sancit, ut qui ex eo tempore quo ille rerum summam adeptus esset, subingressi divites vel pecunia numerata vel datis muneribus suburbana aut agros vel praedia sui iuris fecissent, his

B διώκεσθαι, καὶ μικρόν τι τῆς κλώβης καὶ τῆς πλιονεξίας τῶν ἀγορέστων ἀπερράπισεν.

16. Ὁ δὲ ἐπιεικὴς καὶ γαληνὸς δεσπότης οὐδὲ τὰς τῶν προσιόντων ἀμφισβητήσεις καὶ δικαιολογίας καὶ στάσεις ἀπέγραψεν τοῦ δικάζειν δι' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῖς δικασταῖς συνδικάζειν 5 οὐκ ἀνεβάλλετο. παρισταμένων τῷ ἐκείνου βήματι τῶν τε δικάζόντων τῶν τε συνηγορούντων τῶν δικαζομένων, ἀπεκρούετο τὰς τούτων δικαιολογίας καὶ τὰς ἀπάτας αὐτῶν· οὐδὲν γὰρ τὴν ἀγχινοίαν αὐτοῦ διέφυγεν, οὐ ψεῦδος ἀληθεῖα συγκείμενον, οὐ τί πικρὸν τῇ διηγήσει σύγκεραννύμενον, οὐ περιέργοι συγγραφαὶ καὶ 10 κρύβδην συντεθειμέναι, αἵτινες καὶ τοὺς ἄγαν δραστηρίους διέλαθον ἐν ἀληθείας παράπεισμάτι. ἐντεῦθεν τῷ φόβῳ πρὸ τῆς κρίσεως παιδαγωγηθέντες, δικαστῆς δι' ἑαυτοῦ ἑκαστός τῆς δίκης τῷ ἡδικηκῷ ἐγένετο.

17. Χρὴ οὖν περὶ κοινῶν φροντίδων τοῦ ἄνακτος καὶ 15 τῶν ἀπείρων διορθωμάτων καὶ διοικημάτων αὐτοῦ ἔξειπεῖν. τῶν ἀπανταχοῦ γὰρ στρατηγῶν καὶ βυσιλικῶν πρωτονοταρίων καὶ τῶν ἐν κώμαις ἐπαρχίαις τε καὶ πόλεσιν, ἔτι μὴν καὶ εἰς ἀρχηγούς ἐθνῶν 20 ἀποστελλομένων γραμματίων, καὶ τούτων παρ' αὐτοῦ ἀναγινωσκομένων, εὐθὺς τὸ φρόντισμα αὐτῶν διωρῶλετο τί μὲν δεόν περὶ τῶν 25 ἐξ Ἀνατολῆς γεγενῆσθαι τί δὲ περὶ τῶν ἀφ' Ἑσπέρας, καὶ τούτοις ὡς τὰ πολλὰ ὡσπερ πτηνὸς διήρχετο, πρεσβείας δεχόμενος, ἄρχουσιν ἐπιστελλῶν, τὰς προπετῶς γεγενημένας μεταβολὰς ἐπαν-

nullo accepto pretio eiicerentur; qua re hominum insatiabilium iniuriam tantisper repressit.

16. Mitis vero serenissimusque princeps ne eorum quidem qui ad ipsum adirent controversias litesque ac disceptationes iudicio finire detrectabat; quin etiam lubens in iudicium ipse consessu sedebat, adstantibus pro tribunali tum actoribus tum eorum patronis qui in ius vocabantur. advocatorum defensiones eorumque fraudes amoliebatur. quod enim illius sagacitatem lateret nihil erat, non mendacium veritati haerens, non probabilis fucus narrationi admixtus, non superfluae scripturae libellique clanculum conscripti, qui vel solertissimos summeque perspicaces sub ementita veritatis larva facile valeant decipere. hinc fiebat ut et ante iudicium timore castigati a se sponte, qui fecissent iniuriam, in se ipsi iudices essent ac sententiam ferrent.

17. Igitur necesse est ut de publicis imperatoris curis deque innumeris illius censura emendatis ac de ipsius administrationibus sermonem texamus. cum enim duces ac praetores ubique gentium constituti palatinique protonotarii, et qui in oppidis regionibusque et urbibus magistratus erant, quin et gentium principes ad eum scriberent, eorum statim scopum discernebat, quid de Asiaticis, quid de Occiduis statuendum; nec raro illis volucris in modum praesentiam adhibebat, legationes suscipiens, magistratibus scribens, perperamque ac temere mutata corri-

ορθούμενος. ὁ αὐτὸς Κωνσταντῖνος βουλευτής, φροντιστής, στρατηγός, στρατιώτης, στρατιάρχος, ἡγεμὼν ἀνεφαίνετο. καὶ τίς ἂν τὰ τοιούτου προτερήματα ἐξείποι ἢ φράση;

18. Χρὴ οὖν καὶ περὶ τοῦ νοσοκομείου τοῦ ὁσίου ἐξειπεῖν. P 280

5 ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος θεασάμενος αὐτὸ σμικρότατον οἰκοδομαῖς μακροτάταις κατασκευάζει, ὡς ἐπισυνάγεσθαι πάντας τοὺς τοιαῦδε νόσω κυριευομένους, καὶ ἀλείμμασι τὰς σάρκας αὐτῶν περιχρίων, χορηγίας ἀνελλιπίς αὐτοῖς παρέχων, εἰς αἰωνίζουσαν μνήμην τοῖς μεθ' ἡμᾶς κατέλιπεν.

10 19. Δεῖ δὲ λέγειν καὶ περὶ τοῦ μετασκευασθέντος στάβλου εἰς γηροκομεῖον. ὅπισθεν γὰρ καὶ πλησίον τῆς πανθανυμῆστου ἐκκλησίας τῆς μεγάλης στάβλος ἦν τῶν ἵππαρίων τοῦ πατριάρχου Θεοφιλάκτου· καὶ τοῦτον ἰδὼν ὁ ἀγαθός, οὐ δίκαιον κρίνας οἰκη- B
τῆριον μετεποιήσατο καὶ γηροκομεῖον τοῦτο κατεσκεύασεν, καὶ
15 πρὸς χορηγίαν τροφῶν καὶ περιβολαίων τοὺς ἐκεῖσε ἐτύπωσεν ἐτη-
σίως λαμβάνειν.

20. Δεῖ οὖν καὶ περὶ τῆς στεγῆς τῶν δεκαεννέα ἀκουβίτων δηγήσασθαι· ὄρων γὰρ ταύτην σεσαθρωμένην καὶ καταπίπτουσαν καὶ εἰς ἀκοσμίαν πολλὴν οὔσαν, ταύτην ἀνακαινίζει. τῆς γὰρ κε-
20 χρυσωμένης αὐτῆς ὄροφῆς τῷ χρόνῳ διερρηκνύας, αὐτὸς ταύτην προελὼν νεοφανῆ καὶ λαμπρὰν ἀνέδειξεν. κοιλότητος γὰρ ὀκτα-
γώνους συντέθεικεν, καὶ ταύτας ὀπαῖς καὶ σχήμασι ποικίλοις δια- C

gens. idem ipse Constantinus senator, curator, dux exercitus ac praetor, miles, tribunus, praeses erat, unus omnium muniis defungens. equis vero viri talis tantique praestantes dotes narrare satisque verbis explicare ac edisserere sufficiat?

18. Igitur operae pretium sit, ut et de publico urbis nosocomio (aegrotorum scilicet domo) sermonem texam. videns itaque imperator Constantinus illud perangustum, structuris maximis auxit, ut omnes eiusmodi morbo laborantes illic cogerentur, et ad illorum perungendas carnes indeficientes sumptus, ad posterorum perennem memoriam, reliquit.

19. Dicendum quoque de stabulo in gerocomium (domum scilicet senum) commutato. pone enim eque vicino perquam mirandae maioris ecclesiae stabulum erat equorum equarumque Theophylacti patriarchae. hoc videns optimus imperator indignumque ducens in religiosam convertit domum ac gerocomium (fovendis scilicet senibus hospitium) aedificavit; illicque constitutos censu annuo, quibus alantur ac induantur, accipere sanxit.

20. Dicendum et de Novemdecim accubituum tecto. videns enim computruisse ac ruinam minari valdeque deformatum esse ipsum instaurat. cum enim deauratum eius lacunar lapsu temporis diffluxisset, eo ipse prius submoto aspectu novum splendidumque effecit. sinus enim octangulos componens, eosque foraminibus variisque sculptis figuris ex-

γλύφοις κεκοσμηκώς, εἰς ἀμπέλων ἕλικας καὶ φύλλα καὶ δένδρων ἰδέας σχηματιζομένας, καὶ ταύτας χρυσῷ περιφαντίσας, τοσοῦτον εὐπρεπὲς παρέσχεν ὡς ἐξίστασθαι τοὺς πρὸς θεωρίαν ὁρῶντας.

21. Τῷ δὲ βασιλεῖ Ῥωμανῷ τῷ υἱῷ αὐτοῦ παλάτια κατεσκεύασεν πλείονα τῶν παλαιῶν βασιλείων, οἴκους ἐκ βύθρων ἐγεί- 5
ρας· ὧν τινῶν δόμων τὸ πολυσχημάτιστον καὶ εἰς πολλὰ τὸν νοῦν καὶ τὴν διάνοιαν ἐκπλήττον καὶ διαμερίζον θαῦμα τοῖς βλέπουσιν
D ἐντίθησιν. τὸν δὲ Τετράκογχον τοῦ ἀποστόλου Παύλου εἰκονί-
σματα διάφορα ἐξετύπωσεν, καὶ τὴν παλαιὰν καλλονὴν ἀποβεβλη-
κέναι, νέαν δὲ ἐγκαινίσασθαι, πολλὰ ἐν αὐτῇ ἀπὸ χρυσοῦ σχή- 10
ματα καὶ εἰκονίσματα ἐξέθετο.

22. Τὴν δὲ τῆς ζωγραφίας τέχνην τοσοῦτον ἀκριβῶς ὁ
ἀνὴρ ἠπίστατο ὡς οὐκ οἶμαι τῶν πρὸ αὐτοῦ ἢ τῶν μετ' αὐτόν.
πολλοὺς γὰρ τῶν περὶ αὐτῆς πονούντων ἐπηνώρθει, καὶ διδάσκα-
λος ἄριστος ἀνεφαίνετο, καὶ οὐκ ἐφαίνετο μόνον ἀλλὰ πᾶσιν 15
ἐθανμάζετο, καὶ θάμβος μέγας τοῖς ὁρῶσιν, ὧν οὐ μεμάθηκεν,
P 281 ἐχρημάτιζεν. τῶν δὲ τεχνιτῶν ἐπιδιορθώσεις τοῦ πορφυρογεννή-
του τίς ἐξείποι; λιθοξόους καὶ τέκτονας καὶ χρυσοστίκτας καὶ
ἀργυροκόπους καὶ σιδηροκόπους ἐπυνώρθου, καὶ πάντα ἐν πᾶσιν
ἄριστος ὁ ἄναξ ἀνεφαίνετο. 20

23. Τὰς δὲ ἀργυρᾶς πύλας τοῦ Χρυσοτρικλίνου ὁ φιλό-
καλος Κωνσταντῖνος ἐδείματο, καὶ τράπεζαν ἀργυρᾶν ἢ ἐκείνου
φιλοπονία πρὸς ὑποδοχὴν τῶν δαιτυμόνων καὶ καλλωπισμὸν τοῦ

ornans, in vitium malleolos foliaque atque arborum genera figuratos au-
rique stillis aspersos tanto decore cumulavit, ut qui oculos animumque
spectaculo adhibeant, mente excedant.

21. Romano imperatori filio suo maiora extruxit palatia quam su-
perioris aevi imperatorum exstiterant, magnificas aedes a fundamentis
excitans, quarum multiplex variaque figuratio, inque multa animum cogi-
tationemque cum stupore dividens, admirationem facit. in apostoli Pauli
tetraconcho (quattuor nempe fornicibus fulta aede sacra) varias effor-
mavit imagines; et ut vetusta abolita specie novus decor accederet, mul-
tas in ea aureas figuras imaginesque collocavit.

22. Pingendi artem sic accurate imperator callebat, ut nemo puto
superioris aevi aut eum secuti eius peritia eum aequaverit. multos enim
pictorum emendabat, optimusque magister videbatur; nec solum videba-
tur, sed et cunctis admirationi erat. ingens illud videntibus miraculum,
pernosse eum quae nullo magistro didicerat. quot Constantinus artifices
emendarit, quis dicendo referre queat? lapidas et fabros et auro li-
nientes ac interpungentes et argentarios et ferri fabros meliora docebat,
omniaque in omnibus optimus imperator elucebat.

23. Aurei triclinii portas argenteas praeclaras indolis pulchrique
ac honesti amans Constantinus fabricatus est; mensamque argenteam ad
convivas excipiendos ornandumque cenaculum industria sua laboreque

ἀριστητηρίου κατεσκεύασεν, πολυχρόοις ὕλαις καὶ πλαξὶ καὶ αὐτο-
 γνεῖ χροῦ καλλύνας, πλείονα τῆς ἐκ τῆς τῶν βρωμάτων γλυκύ- **B**
 τητος τοῖς κεκλημένοις τὴν τέρψιν παρέχουσαν.

24. Καὶ πορφυρῶν γυλακὴν ἔμπροσθεν τοῦ κοιτῶνος αὐ-
 5 τοῦ ἐδείματο, δοχεῖον τῶν ὑδάτων δημιουργήσας, ἣν στύλοις
 μαρμαρέοις περιεκύκλωσεν λειότητος αὐτοῖς ὑπαναζούσης. τί οὖν
 ἢ μεγαλόφρων ψυχὴ; ἀετὸν ἐξ ἀργύρου τῆ τοῦ ὕδατος ἐφίστησιν
 αἰλῶ, οὐκ ὀρθὸν βλέποντα ἀλλ' ἀπεστραμμένον καταπλάγιον,
 ὑψαυχενοῦντα καὶ σοβαρευόμενον ὡς ἀπὸ τινος θήρας, ὅφιν δὲ
 10 τοῖς ποσὶ περιεληθέντα καὶ πνίγοντα. καὶ μουσοστίκτων εἰκόνων
 ἐντέχνων τῶν ἐκ χρωμάτων ὑλῶν καὶ μορφῶν τὸ διάφορον ἐν τοῖς **C**
 προπυλαίοις τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος ἐδείματο.

25. Ἄλλ' οὐδὲ ναυπηγίας ἄπειρος ἦν ὁ αὐτοκράτωρ·
 διωρίζετο γὰρ πολεμικῶν νηῶν κατασκευὴν, καὶ οἷς ξύλοις ἀρμό-
 15 ζειν καὶ κλείσεις αὐτῶν καὶ ἀρμονίας, καὶ ὅπως πρὸς ἄλληλα
 ἔχουσι.

26. Περὶ δὲ τῶν παλατίων τῶν Ἡρία ἀναλογίζομαι τῆ
 διανοίᾳ ὁποίοις ὁ πορφυρογέννητος ἐδείματο ἠδέσει καὶ τερπνοῖς,
 πρότερον οὔσαν τοῖς Χαλκηδονίοις εἰς ταφήν. νῦν δὲ τέτρασιν
 20 ἀψῖσιν ἐπιβεβηκῖα, καὶ τὰς τούτων γωνίας ἐτέρας βασιλικὰς οἰ-
 κίας ἀποτελοῦσα, ταῖς τῶν θερινῶν ἀνέμων καὶ πνευμάτων περι- **D**

conflavit, varii coloris lignis tabulisque ac nativo ipso colore exornans,
 ipso sui aspectu maiore invitatas voluptate afficientem quam ciborum
 dulcedine lantoque apparatu.

24. Purpuream quoque custodiam pro imperialis cubiculi vestibulo
 extruxit, aquarum conceptaculum fabricatus, quod columnis marmoreis
 per ambitum cinxit levore subfulgidis. quid igitur magnificus animus?
 aquilam argento conflatam aquae fistulae imponit, non recta aspicientem
 sed averso vultu oblique erecto collo, ac velut capta praeda ferocientem
 pedibusque serpentem intorquentem ac suffocantem. sed et musivo
 opere, arte factarum imaginum comportatis materiis et coloribus, varium
 conspectum pro imperialis cubiculi vestibulo idem construxit.

25. At neque navium fabricae imperator rudis erat. designabat
 enim quo pacto bellicae naves essent construendae, quibus ex lignis ea-
 rum tum claustra componenda tum commissurae, ac quam illa inter se
 proportionem rationemque habeant.

26. Ad Eriae palatia quod spectat, mente cogito quam ad delicias
 iucundoque aspectu a Constantino in Porphyra nato extracta ac fabre-
 facta. prius in sepulcrum Chalcedonis civibus cedebat Eria; nunc vero
 quadruplici nixa apside, harumque angulos novas domos regias consti-
 tuens, dici non potest aestivorum ventorum circumquaque flantium be-

κυκλομένων πνοιαῖς, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν εἰς πόσῃ θνητῆν καὶ χαρὰν ἐμβάλλει τὸν ἐκεῖσε ἐναπανόμενον.

27. Τί ἂν εἴποι τις περὶ τῶν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ τῆς τῶν βασιλίδων οἰκοδομῆς; καὶ ταῦτα γὰρ τῆς Ἡορίας τοῦ σχήματος καὶ τῆς φιλοκαλίας τῷ ὑπερβάλλοντι καὶ ἀποστίλβοντι καὶ τῆς ἐκ τοῦ 5 ἐδάφους τέρψεως ἀναδιδομένης εὐωδία, διὰ τὸ ἐπανορθοῦν αὐτῶν κάλλος, καὶ κατὰ πολὺ διαφέροντα καὶ ὑπερκείμενον, οἷος ὁ τῶν ἀποστόλων πλησίον νεορρηγθεὶς ναός, καλὸς μὲν ἰδεῖν, ὠραῖος

P 282 δὲ θαναμάσαι. εἰ γὰρ καὶ τοῦ μεγέθους τῆς παλαιότητος ἀποδεῖ, ἀλλὰ γε τῆς ἔνδον φαιδρότητος πόρρω καθέστηκε. τί δὲ ὁ πιστὸς 10 βασιλεύς; πατρικίον τὸν Βελωνῶν Θεόδωρον ὡς συνεργὸν τοῦ λαμπροῦ καὶ κατηγλαϊσμένου ναοῦ ἐποίησεν.

28. Τῶν δὲ ἱερῶν καὶ πέπλων ὧν παρεῖχεν εἰς τὸ κοινὸν ἱλαστήριον τὸ μέγα καὶ πανθαύμαστον τίς ἔξεποι; ὁσάκις ἀφίκετο, οὐκ ἔδοξεν ἐναντίον Θεοῦ ὀφθῆναι κενός, ἀλλ' ἀναθήμασι 15 μεγάλοις καὶ χρυσοτέκτοις καὶ μαργαρίταις καὶ λίθοις καὶ ὑφάσμασιν ἐδεξιοῦτο καὶ ἀντημείβετο· ἃ καὶ τὰ τῶν ἁγίων ἄγια κατακοσμοῦσι καὶ καταγλαΐζουσι καὶ τῷ προσενηνοχότι Κωνσταντίνῳ κηρύττεται.

29. Τοῦ δὲ πατρικίου Βασιλείου Ἑξαμίλιτον καὶ στρατη- 20 γοῦ τῶν Κιβυραιωτῶν ταξείδιον χρῆ διηγῆσασθαι. οὗτος ὁ πατρικίος Βασίλειος στρατηγὸς ὦν τῶν Κιβυραιωτῶν, νέος τῷ σώ- 6 leg. ἐπανθοῦν. Combef.

nignioribus auris quanta iucunditate ac voluptate quietem ibi captantium ac reficientium animos afficiat.

27. Quidnam quis dicat de regiarum aedium alio loco structura? nam hae quoque Eriam figurae cultusque et structurae excellentia atque nitore, nec non se ab imo solo diffundentis iucunditatis fragrantia, efflorente in eis decore, longe etiam superant praeexcelluntque; cuiusmodi apostolorum haud procul novae fabricae templum, pulchrum sane aspectu, ac quod admiratione pro eo quo praestat decore merito habeatur. quanquam enim molis granditate a veteri aede deficiat, interioris tamen ambitus splendore atque ornatu longe praececellit. quid vero fidelis imperator? Theodoros Belonam, quod praelegantis ac praemagnifici templi structurae illi adiutor exstiterat, patricii dignitate ornavit.

28. Sacras vestes et stragula, quanta in communis propitiatorii (magni illius prorsusque mirabilis) ornatum et cultum contulit, quis enarrare possit? quotiescunque enim eo pedem inferret, haud committendum putabat ut coram deo vacuus appareret, sed ut magnis donariis vestibisque auro margaritis reliquisque lapillis contextis numen demereri eique vicem reddere studeret. vestes hae ac stragula etiamnum sancta sanctorum magnifice ornant eximiumque loco decorem conciliant; ac Constantinum, qua magnificentia ea obtulit, praedicant.

29. Basilii Hexamelitae patricii ac Cibyraeotarum ducis expeditio narranda est. Basilii hic patricius Cibyraeotarum dux cum esset, vir

- ματι, πολὺς τῇ φρονήσει καὶ μείζω τῆς ἡλικίας τὴν πολυπειρίαν ἐνδεικνύμενος, πολεμικῶν καραβίων ἀπὸ Ταρσοῦ ἐξωρηθημένων καὶ Ἀγαρηνῶν ἐν αὐτοῖς ὄντιον περιφανῶν, ἐπειδὴ αὐτοὺς ὁ στρατηγὸς ἐώρα πρὸς τὰς Ῥωμαϊκὰς χώρας προσβάλλοντας, λογιζομένους ὡς νοσητὰν περιλαβεῖν αὐτάς, ὁ στρατηγὸς τὰς οὕτως αὐτῷ **C** νῆας ἀντιπαραταξάμενος, καὶ ταύτας ὀλιγοστάς οὖσας καὶ πρὸς τοσοῦτον οὐκ ἀρκούσας τὸ πλῆθος· ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν γνώμην καὶ τὴν προαίρεσιν εἶχεν τοῦ πλῆθους τῶν πολεμικῶν καραβίων κραταιοτέραν καὶ τὴν μετὰ φρονήσεως τόλμην πολλῶν συμμάχων **10** ἰσχυροτέραν, συγγίνονται ἄμφω, καὶ συμβολὴ τῶν καραβίων ἀνεφαίνετο, καὶ παρ' ἀλλήλων πόλεμος ἀνεκρούετο, καὶ βίαιός τις ἀλαλαγμὸς καὶ ὠθισμὸς ἐξ ἀμφοτέρων τῶν καραβίων ἐκρούετο, ἕως αὐτὸς ὁ στρατηγὸς Βασίλειος μέσον τῶν ἀρηγῶν τοῦ Χριστοῦ **D** γενόμενος, ἔνδον εἰσπηδήσας, οὗ γεγονότος καὶ πυρὸς ἐνύγρου **15** πάντοθεν τῶν ἀρηγῶν τοῦ Χριστοῦ περικυκλώσαντος αὐτίκα ἤττωντο καὶ κατεσφάττοντο καὶ δέσμοι εἰς δουλείαν συνελαμβάνοντο, αὐτῶν πρὸ πάντων τῶν ἡγεμόνων καὶ ἀρχόντων καὶ καϊτῶν ζωορθεύτων. καὶ τούτους ἐπὶ τῆς πόλεως πρὸς τὸν ἐντυχῆ βασιλεῖα Κωνσταντῖνον ἐξαπέστειλεν καὶ ἐν τῷ ἵππικῷ ἐθριάμβευσεν.
- 20** 30. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Κωνσταντῖνος στρατιωτικὴν δύναμιν κατὰ τῶν Λογγιβάρδων καὶ Νεαπολιτῶν ὄρισας, καὶ ἀρχηγὸν αὐτῶν τὸν πατρικίον Μαρριανὸν ἀποστείλας, διὰ τὸ στασιάζειν τὰ **P 283** Ἑσπερία καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς ζεύγλης τοὺς δεσμοὺς διαρρηῖσαι. καὶ

5 fort. ὑπ' αὐτὸν. Combef.

aetate iuvenis, at sensu canus maioremque quam pro annorum ratione experientiam prodens, armatam classem Tarso profectam inque ea illustrem plane Agarenorum militantem manum Romanis littoribus orisque applicantem videns, quasi Romanae dicionis haud secus ac nidi potituros se illi arbitrarentur, subiectas ipse naves tantae hostium classi opponit. ac quamvis paucae erant nec tanto illi pares cuneo, pro ducis tamen magnitudine animi ac proposito, robustiores quam pro ea hostium classe, audaciaque prudentiae iuncta multis bello sociis fortiores, ambae concurrunt acies pugnaque conseritur; ac per eam ingenti utrinque sublato ululatu, collidebantur hinc inde naves; donec dux ipse Basilius in medium infidelium impetu irrumpens in praetoriam invasit; quo facto, ac cum ignis Graecus totam circum hostium classem incesset, illi mox partim victi caesique sunt partim sub iugum missi, ipsi cum primis duces atque proceres caictique vivi capti. hos Basilius ad felicem ac fortunatum Constantinum imperatorem in urbem misit; qui et triumphi specie eos in circo traduxit.

30. Constantinus porro imperator, militari manu adversus Longobardos ac Neapolitanos expedita, ducem illi Marianum patricium praefecit; quod scilicet Hesperiae partes versae in tumultum essent ac Romani

γὰρ κατεθρασύνθησαν ὅσοι τὴν *Λαγγοβαρδίαν* ἐκκληρώσαντο χώ-
 ραν εἰς κατοικίαν, καὶ ὅσοι τὴν *Καλαβρίαν*, τοῦτο θαρροῦντες
 διὰ τὸ πόρρω καὶ μακρὰν εἶναι τῆς βασιλίδος. διὰ τοῦτο συνεχῶς
 τὰς ἀποστασίας ποιούμενοι εἰς τὸσοῦτον ἀνυποταξίας ἔφθασαν ὡς
 καὶ πρὸς τοὺς Ἀγαρηνοὺς πάκτα διδόναι καὶ τὰς πόλεις καὶ κά- 5
 στρα καὶ κόμας τὰς πλησιαζούσας μαχαίρα καὶ ξίφει ἀνελεῖν.
B ἄλλὰ καὶ οἱ *Νεαπολίται* τῆς ὑποταγῆς τοῦ *Χριστοῦ* ἀπορροῦντες
 τὰ δοῦλα πράττειν ὠμολόγησαν, πρὸς φανεράν ἀποστασίαν τρα-
 πέντες. ἴν' οὐδ' μήτε τὸ στασιάζειν πλήθος ἐπιπλεονάσῃσι τὸ ἀλα-
 ζονικὸν ὡς τὰ ὑπήκοα *Ῥωμαίων* ἔθνη δουλωσάμενοι, οὐκ ἐνεγκῶν 10
 ὁ πορφυρογέννητος στρατεύμασι *Θρακικοῖς* καὶ *Μακεδονικοῖς* τού-
 τους ἀμόνεται, καὶ νασιὶ πολεμικαῖς μετὰ ὕγροῦ πυρὸς τὴν τού-
 των ἀναστέλλει ἀνθάδειαν καὶ μωρίαν· καὶ ἀπὸ γῆς καὶ θαλάτ-
 τῆς τὴν *Νεάπολιν* ὁ πατρίκιος *Μαριανὸς* ὁ Ἀργυρὸς ἐπιπεσὼν
 μετὰ τοῦ *Ῥωμαϊκοῦ* στρατοῦ, ὅσα μὲν πρὸς τὴν γῆν πάντα κατέ- 15
C κausαν, ὅσας δὲ ἐκβολὰς ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἠσφαλίσαντο, καὶ
 πάντοθεν αὐτοὺς περικυκλώσαντες, τῷ λιμῷ καὶ τῇ ἀλχημαλωσίᾳ
 πιεζόμενοι καὶ ταπεινούμενοι, πρὸς δεήσεις καὶ ἰκεσίας τῷ ἄνακτι
Κωνσταντίνῳ ἀνέπεμπον, ὑποδουλούμενοι ὡς ἔξ ἀρχῆς. τοῦτο
 καὶ οἱ *Λογγίβαρδοι* καὶ οἱ *Καλαβροὶ* ἐποιοῦντο· διὸ καὶ οἱ βάρβα- 20
 ροὶ τῆς *Σικελίας* σύμφωνα εἰρηρικὰ ἐπετέλουν.

31. Καὶ δεῖ θανατάσαι καὶ τὸν πρὸς τῶν Ἀφρικῶν πόλε-

7 προσρῦντες P, ἀπορρῦντες margo

iugi vincula perrupissent. etenim in rebellionem proruperant quotquot Longobardiam ac Calabriam sedes nacti erant, inde rebellandi orta fiducia, quod ab Augusta procul urbe dissiti erant. iccirco cum novis assidue rebus studerent aliique alias deficerent, eo contumaciae evaserant ut et cum Agarenis foedus percuterent, urbesque et arces et oppida ferro ignique vastarent. quin et Neapolitani a Christi delapsi servitute, quae servorum sunt opera facturos se polliciti, in apertam versi defectionem erant. ne ergo plebs in seditionem acta atque rebellis maiorem in modum arrogantia insolesceret, tanquam gentium potita quae Romanae ditionis essent, haud ferens Porphyrogennetus, ex Thracia ac Macedonia conductis copiis illorum ultor accedit, armataque classe cum igne Graeco horum temeritatem ac insaniam comprimit. terra namque marique Marianus patricius Argyrus cum Romano exercitu Neapolim adortus, quae quidem ad terram posita erant, cuncta igni succendit; quotquot autem exitus erant versus mare, occlusit. hinc adeo undique obsepti oppidani, fameque et captivitate pressi atque humili sensu effecti, supplicationis ergo ad Constantinum imperatorem mittentes, qualem prius Romanis fascibus subiectionem fecerunt. id ipsum et Longobardi ac Calabri praestiterunt. quamobrem etiam barbari Siculi pacis foedera inierunt.

31. Sed et bellum Africanum mirari subit. mox conserta acie, et

μον, αὐτίκα συνεπλέκοντο καὶ συνερρήγγνυτο, καὶ τῶν νηῶν πρὸς ἀλλήλων συμπλοκὴν· καὶ δὴ ἀνέμου βιαίου πνεύσαντος, ἡμῖν μὲν D
 συμμαχοῦντος καὶ βοηθοῦντος, τοῖς δὲ βαρβάροις πολεμοῦντος
 καὶ ἀνδισταμένου, τὴν ἤτταν εἶχον ἀκόλουθον, σὺν τοῖς αὐτῶν
 5 ὄπλοις καὶ ταῖς ναυσὶ τῶ βυθῶ παραδιδομένων. καὶ δὴ ὁ ἀμηνῶς
 αὐτῶν σπονδὰς εἰρηνικὰς τῶ βασιλεῖ ἔξιελπάρει. καὶ οὐ μόνον
 οὗτοι τὴν δούλωσιν πρὸς τὸν βασιλέα ὡμολόγησαν, ἀλλὰ καὶ οἱ
 τὰς Γαλλίας οἰκοῦντες πανοικὶ βάρβαροι περιῖχον πρὸς τὸν πορ-
 φυρογέννητον ἀνακτα τὴν εὐγνωμοσύνην, καὶ δώροις μεγαλοπρε-
 10 πέσι πρὸς τὸν αὐτοκράτορα μετὰ ὄψιδας αὐτῶν ἔστελλον· καὶ
 πάντας εἰς ὑποταγὴν ἢ τύχη τοῦ πορφυρογεννήτου εἰς δουλείαν
 καὶ ζυγὸν ἤγαγεν.

32. Ὁ δὲ ἀμηνῶς Αἰγύπτου τὴν μεγάλην νίκην τῶν Ῥω- P 284
 μαίων ἀκηχοῦς καὶ τὴν πολεμικὴν ναυμαχίαν καὶ ἤτταν τῶν ἀρνη-
 15 τῶν τοῦ Χριστοῦ, γραμμασιν αὐτίκα φιλικοῖς τὸ μάχιμον αὐτοῦ
 ἀποβάλλεται καὶ ὑπισχνεῖται εἰς ἐνότητα. ὁ δὲ τῆς Περσίδος ἀμη-
 ρῶς, ἐπειδὴ διαφόρως τοῖς Ῥωμαῖκοῖς ἐνέτυχεν στρατεύμασι καὶ
 προσβολαῖς καὶ πολέμοις διαφόροις ἠττήθη, ἀγάπης δεσμῶ
 καταλλάσσεται πρὸς τὸν βασιλέα. καὶ ὁ αὐτοκράτωρ ὄψιδας πρὸς
 20 αὐτὸν ἐκπέμπει· οἵτινες πρὸς τὴν κατάξηρον γῆν ἐκείνην ἀφικόμε-
 νοι, τοῦ ἀποστόλου Θωμᾶ τὸν τάφον προσκυνήσαντες καὶ κατ- B
 ασπασάμενοι, καὶ τὰς βασιλικὰς κατασταλείους λαμπάδας ὑπ-
 ανάψαντες, καὶ ἐμπορευσάμενοι λίθων τιμίων καὶ μαργαριτῶν.

20 lego κατὰ Κῦρον. Combef.

ubi ad manus ventum esset, concurrente utrinque classe, exorto vento valido, qui quidem nobis quasi socius ac belli adiutor flaret, hostibus vero obsisteret eisque compugnaret, victi barbari sunt ac cum navibus et armis omnique apparatu maris profundo mersi. ac vero illis praefectus ameras pacis foedera cum imperatore poscebat. neque hi solum subiectionem imperatori profitebantur, sed et Galliam incolentes, cum omni familia, barbari, benevolos se erga imperatorem in Porphyra natum exhibebant, donisque magnificis ambitiosi ad imperatorem legatos cum obsidibus mittebant; cunctosque Porphyrogenneti fortuna ad servitum praestandam iugumque subeundum cogebat.

32. Aegypti autem ameras audita Romanorum ingenti victoria ac navali pugna infideliumque strage, amicarum statim literarum officio pugnandi ardore cohibito foedus pollicetur. Persidis autem ameras, qui varie in Romanas acies incurrens diversis congressibus atque praeliis victus fuerat ac profligatus, instaurato caritatis vinculo imperatori conciliatur. ad quem etiam imperator obsides mittit; qui cum ad Cyri terram illam venissent, apostoli Thomae sepulcrum venerati sunt ac exosculati, missasque ab imperatore regia munificentia lampadas ad illud accenderunt, pretiosorumque lapidum ac margaritarum mercatura facta

εἰς τοσοῦτον γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων μεγάλων κατορθωμάτων ὁ αὐτοκράτωρ κεχάριστο, ὡς ἄλλα ἐξ ἄλλων συλλέγων καὶ συναθροίζων καὶ πρὸς τὸ ἀξιόραστον μεταφέρων.

33. Χρῆ οὖν καὶ περὶ τοῦ Χρυσοτρικλίνου διηγήσασθαι· ὁ μηχανικώτατος ἀναξ πολυανθῆ τινὰ καὶ εὐδομον ῥοδωνιὰν εἶναι, 5 τῶν πολυχρῶν [ἀνθῶν] καὶ λεπτοτάτων διαφόρων ψηφίδων ἀνθῶν ἀρτιφυῶν χροιάς μιμουμένων· οἱ μέσοι τῶν ἐλικοειδῶν συμπλοκῶν περικλειόμενοι καὶ τῇ συνθέσει διαμορφούμενοι τὸ ἀσύγκριτον ἀποφέρονται. ἀργύρῳ τοῦτο ἐστεφάνωσε, καὶ δίκην ἀντυγος τοῦτο περιλαβὼν τοῖς ὄρωσιν ἀκόρεστον ἐπιχορηγεῖ τὴν 10 τέρψιν.

34. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τοὺς πολίτας ἠγάπησεν ὡς οἰκτεῖα αὐτοῦ ἔκγονα, καὶ πλεόν, καὶ αὐτοὺς περὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο. καὶ τοὺς ἐξ εὐγενοῦς φύντας ἐκλογὴν ἐποιεῖτο. καὶ τοὺς μὲν ἀξιωματῶν καταλαμπρύνει τιμαῖς, τοὺς δὲ μεγαλοπρεπέσι φιλοτιμεῖται 15 δ δωρεαῖς, καὶ συνεστίους καὶ ὁμοδίτους ποιεῖται, καὶ τὸ φίλτρον μᾶλλον ἐπηύξει τῆς ἐκείνου εὐνοίας, καὶ ἀντὶ πολλῶν σωματοφυλάκων καὶ φρουρῶν καὶ σωτήρων τούτους μᾶλλον προέκρινεν ὡς πιστοὺς καὶ φιλοδεσπότας, καὶ τῆς οἰκείας σωτηρίας προκρίνειν τὸν ἀνακτα. 20

35. Τὴν δὲ δεξιῶσιν τοῦ βρουμαλίου τοῦ πορφυρογεννήτου δεῖ ἐξαιρεῖν. ἔθρος γὰρ τοῖς πάλαι βασιλεῦσι τελούμενον, καὶ

redierunt. tanta enim cum aliis magnis dotibus ac virtutibus imperator gratia pollebat, ut semper alia ex aliis colligeret et acervaret, inque augustiorem ipse cultum amore digna et admiratione transferret.

33. Igitur operae pretium est ut et de triclinio Aureo disseramus. hoc nempe industriosissimus princeps multis floribus varium suaveque olens rosetum reddidit, cum varii coloris flores subtilissimique operis tessellatum opus recens enatorum florum colores totos refunderet. hi porro medii inter sinuosos plexus conclusi, ipsaque compositione efformati, incomparabilem praeferunt venustatem. triclinium argento coronavit, inque orbis canthique morem illo circumducto ambiens insatiabiles ex aspectu delicias videntibus facit.

34. Cives imperator ut ipsa sua carissima pignora iisque amplius diligebat, longeque eos pluris faciebat. ex illis eorum qui ingenui essent atque nobiles delectum habebat; atque alios quidem dignitatum titulis ornabat, alios magnifice donabat sibi que contubernales ac domesticos adlegebat, tantaeque illius benevolentiae lenocinio maiorem illis amoris sui flammam excitabat; quos adeo ingenti satellitum custodumque ac servatorum agmini prae habebat, velut scilicet fideles herique ac domini amantes, quique suae ipsorum saluti imperatoris incolumitatem praeferrent.

35. Brumalii autem Porphyrogeneti convivium atque epulas operae pretium ut exponamus. quod enim veterum iam imperatorum mori-

ὁ πορφυρογέννητος εἰς ἔργον τοῦτο ἐξήνεγκεν. τὴν γὰρ ἡμέραν ἐν ᾗ τὸ τῆς κλήσεως αὐτοῦ στοιχεῖον κάππα ἀποκεκλήρωται λαμπροτάτην ἑορτάζων πανηγύριν, πολυάνθρωπόν ταύτην δεικνύει. καὶ P 285 ταῖς γὰρ πολυτελέσι καὶ πολυόψοις ἐκείναις τραπέζαις τὴν σύγκλητον ἄπασαν δέξιούμενος χορηγίαις εὐεργετικωτέραις τὸ φαιδρὸν τῆς ἑορτῆς ἐπολλαπλασίαζεν, σηρικῶν περιβολαίων ἐπιδίδων, ἀργυρίων πολλῶν καὶ ἀπειρῶν, ἐσθημάτων ἀλουργῶν, ξύλων Ἰνδικῶν ἐνδοσίας, ἃ οὐ τις ἀκήκοεν ἢ γεγονότα τεθέεται.

36. Τὴν μουσικὴν οἶδεν πᾶς τις ὡς θεῖον τί ἐστὶν εὖρημα 10 καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει συντελοῦν. τί οὖν ὁ εὐσεβὴς καὶ μεγα- B λοφρονέστατος ἀνάξ; ταύτης ἀντεποιεῖτο, καὶ δι' αὐτῆς ὑμνεῖν τὸ θεῖον οὐκ ἔλληγεν. ἐντεῦθεν πανηγύρεις φαιδραὶ κατεφαιδρύνοντο, καὶ τῶν μαρτύρων ἑορταὶ κατελάμποντο, ποιμένων ἱερῶν καὶ διδασκάλων μνήμαι περιηστράπτοντο. τοσοῦτον γὰρ ὁ ἀνὴρ 15 ἔχαριτώθη ὡς χοροὺς ὑμνωδῶν συγκροτεῖν καὶ ἀρχηγοὺς τούτοις ἐπινοεῖν, αὐτὸς πρὸ πάντων τούτοις συνῶν καὶ τῶν ψαλλομένων ἐπακροώμενος καὶ τὴν ψυχὴν ἠδυνόμενος καὶ χαιρόμενος.

37. Οὕτως ἠγάπησεν ὡς ἄλλος οὐδεὶς τῶν πρὸ αὐτοῦ C πιστῶν, καὶ μνήμη λαμπροτάτη τετίμηκεν καὶ τὸ εὐφρὲς τοῦ Χρυσόστομου, ἐπαινῶν τὴν συνθήκην τῶν λόγων καὶ περιβολῶν καὶ τὰ τῶν κύκλων σχοινοτενῆ καὶ ἐνθυμημάτων, ἐν οἷς τὸν τῆς μετανοίας κήρυκα λαμπρῶς καὶ ἀγλαῶς ἐμεγάλυνεν.

bus receptum erat, etiam Porphyrogennetus opere implevit. diem enim cui nominis eius initialis litera K addicta est, celeberrimae festivitatis sibi loco ducens, ingenti celebrandam conventu indicebat. lautissimis enim largissimisque dapibus senatum omnem excipiens, beneficentiae maioris muneribus festivitatis laetitiam ac splendorem multis partibus cumulabat, sericarum vestium ac praetextarum abunde largitione, vi magnae pecuniae et innumerabilis, purpurissarumque vestium ac trabearum, Indicarum arborum, quas nemo audierat unquam aut viderat, fragrantia recreans.

36. Musicam norunt omnes divinum esse inventum exque hominis genio ac illi conducens. quid igitur religiosus et magnificentissimus Constantinus? hanc colebat, nec per eam divinum numen canticis celebrare cessabat. inde laeti conventus splendorem habebant martyrumque solennia illustriora erant, sanctorum denique pastorum doctorumque memoriae novo velut fulgore radiabant. tantis enim vir gratiis plenus erat, ut cantorum choros cogeret eisque duces adscisceret, ipse prior omnibus cum eis versans audiensque psallentes, atque inde gaudens animumque exhilarans.

37. Sic dilexit ut nemo alius ante eum fidelium, clarissimaque prosecutus memoria est atque coluit praeclaram Chrysostomi indolem, verborum circuitionumque laudans compositionem, circulumque et enthy-mematum uno ordine digestam seriem, quibus splendide ac magnifice paenitentiae exornavit praecone-m.

38. Τὸν δὲ βασιλεῦα Ῥωμανὸν τὸν νῖὸν αὐτοῦ οὕτως ἐφίλησεν καὶ ἠγάπησεν ὡς ἄλλος οὐδεὶς, καὶ τοῦτον πρὸ πάντων παρήνει ἔχειν τὴν κατὰ θεὸν εὐσέβειαν, ἔπειτα καὶ λόγον καὶ ἦθος καὶ βῆδισμα καὶ γέλωτα καὶ στολὴν καὶ καθέδραν καὶ στάσιμ βασιλικὴν ἐξεπαίδευεν. διὸ καὶ θεῖων ἐμφανειῶν ὁ πορφυρογέννητος ἠξιοῦτο, καὶ πρὸς αὐτὸν προέφησεν “εἰ ταῦτα φυλάξης, μακρόβιος τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων ἔσῃ.”

39. Καὶ γυναῖκα τῷ βασιλεῖ Ῥωμανῷ τῷ νῖῳ αὐτοῦ δέδωκεν οὖσαν ἐξ εὐγενῶν προγόνων, καλὴν μὲν τῷ σώματι, ὡραίαν δὲ τῇ ὄψει, κοσμίαν δὲ τῇ ψυχῇ, ὀνόματι Ἀναστασίαν, τὴν τοῦ Κρατεροῦ θυγατέρα· ἣ καὶ ὀνομασθεῖσα παρὰ τοῦ πορφυρογεννήτου Θεοφανῶ κατ’ ἀξίαν, ὡς ἐκ τοῦ θεοῦ φανεῖσαν καὶ ἐκλεχθεῖσαν. καὶ νυμφικὴ παστὰς ἐγνωρίζετο καὶ ἐτελεῖτο ἐν τῷ πανθαυμάστῳ τρικλίνῳ τοῦ Ἰουστινιανοῦ τοῦ ῥινομητοῦ, καὶ χαρὰ καὶ εὐφροσύνη τῷ πορφυρογεννήτῳ περιελάμπετο ἅμα Ἑλένη τῇ Ἀυγούστῃ, ὡς τοιαύτης ἀρχαίας κόρης τῷ αὐτοῦ μνηστεῦσαι.

40. Ἡ δὲ Ἀυγούστα Ἑλένη νόσω τρυχομένη, ὁ φιλάγαθος ἄναξ οὐκ ἐνέδωκεν τῇ πρὸς αὐτὴν διαθέσει καὶ στοργῇ, ἀλλὰ πάντα ἐν πᾶσι τὰ καταθύμια αὐτῆς ἐπλήρου. καὶ γὰρ ἡ Ἀυγούστα ἠξίον παρὰ τοῦ νεωστὶ παρ’ αὐτῆς κατασκευασθέντος ξενῶνος καὶ γηροτροφείου εἰς τὸ παλαιὸν Πετρίν, τὸ λεγόμενον τὰ Ἑλένης,

38. Romanum autem imperatorem filium suum sic amavit atque dilexit ut hac eum parte nemo aequaverit. prae omnibus vero hortabatur ut pie ac religiose deum coleret; tumque doctrinam et mores docebat incessumque et risum et habitum, et ut pro regia maiestate in solio sedere ac stare eum deceret informabat. quamobrem etiam divinis apparitionibus dignus habitus Constantinus filio vaticinabatur ac quasi ex oraculo aiebat “haec si servaveris, in longos annos imperii Romani sceptra moderaberis.”

39. Uxorem Romano filio suo locavit nobilissima ortam prosapia, pulchram corpore, facie venustam, castam animo ac omni morum honestate praeditam, Anastasiam nomine, Crateri filiam; cui et a Porphyrogenneto inditum Theophanonis nomen, plane merito, velut scilicet ei quae ex deo eiusque munere (hoc ipsum sonante vocabulo) enituisset atque electa esset. positus nuptialis thalamus peractaque celebritas in admirabili Iustiniani Rhinotmeti triclinio. hinc iucunditas gaudii que lux Porphyrogenneto circumfusa cum Helena Augusta, quod talem sicque ab avis nobilem puellam filio sponsam dare licuisset.

40. Porro cum Helena Augusta morbo conficeretur eoque gravi conflictaretur, benignissimus imperator nihil de suo in eam affectu amorisque vi remisit, sed quicquid illi in votis erat, lubens implebat. rogabat namque Augusta ut in domo hospitali senibusque alendis ac confendis in veteri Petrio (quod Helenae nuncupatur) recens ab ipsa ex-

διορίσασθαι τὸν ἄνακτα προάστεια καὶ χρυσοβούλλια καὶ ἑξόδους· ἕτινα μετὰ χαρᾶς ὁ πορφυρογέννητος ἔξεπλήρου. καὶ ἦν ἰδεῖν αὐτὴν τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι ἡδυνομένην καὶ χαιρομένην, ὡς ἀπείρου πύθου καὶ πλούτου ταύτην παρέχων. ἔχαιρεν δὲ πλεῖστον ὄρωσα Ῥωμανὸν τὸν υἱὸν αὐτῆς βυσιλέα καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῆς Ζωὴν καὶ Θεοδώραν καὶ Ἀγάθην συνούσας καὶ συνευφραινομένας C αὐτῇ καὶ τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ. καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐτίμα καὶ ἐφίλει, ἐν ἑξαιρέτῳ δὲ τῇ Ἀγάθῃ ὡς ἀόκνως λειτουργοῦσα τῷ βασιλεῖ εἰς τὰς ἀρρωστίας αὐτοῦ, καὶ καταμηνύεσθαι δι' αὐτῆς τὸν βασιλέα τῶν σεκρέτων καὶ τῶν ἀρχόντων τὰ διοικήματα· ἦτις καὶ μεστῆς ἀνεφαίνετο, καὶ οὐκ ἀνεφαίνετο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐγνωρίζετο καὶ ἐγένετο.

41. Ὁ δὲ πορφυρογέννητος διὰ τὸ τὸν μάγιστρον καὶ δομέστικον τῶν σχολῶν Βάρδαν τὸν λεγόμενον Φωκᾶν ἀδυνάτως ἔχειν D καὶ εἰς γῆρας ἐλάσαι τοῦ δομεστικαίου ἀποκινεῖ, καὶ ἀντ' αὐτοῦ προβάλλεται δομέστικον Νικηφόρον πατρικίον καὶ στρατηγὸν τῶν Ἀνατολικῶν, τὸν γίλτατον υἱὸν αὐτοῦ, ἄνδρα ἐν πολλοῖς καὶ διαφόροις πολέμοις εὐδοκίμησαντα καὶ ἄριστον ἀναφανέντα· καὶ τῇ ἡδυστάτῃ διαλαλιᾷ καὶ θωπείᾳ αὐτοῦ κοσμήσας τὰ στρατεύματα καὶ πρὸς τοὺς πολεμίους Ἀγαρηνοὺς ἐχώρει, ὡς πάντα τὰ στρατεύματα θαρρεῖν καὶ ὡς ἐν ἰδίῳ χώρῳ παροικίῳ ποιήσασθαι·

11 μόνον] μὲν P

structo, imperatoris munificentia suburbana constituerentur, hincque eius authentica expedirentur diplomata ac reditus assignarentur; quae omnia Porphyrogennetus gaudens laetusque implevit. vidisses eam animo et corpore gaudere atque laetari, ea scilicet ratione quod imperator immenso ipsam amore prosequeretur profusisque largitionibus ipsi obsequeretur. faciebat ad gaudii cumulum, quod Romanum filium suum imperialibus infulis videbat sublimatum; quod item filias Zoen et Theodoram et Agatham secum versantes unaque cum ipsa ac Constantino patre laetantes cernebat. nam et ipse eas colebat ac diligebat, praecipue vero Agatham observabat, quod indefessa sollicitudine sedulaque patri, cum aegra valetudine uteretur, inserviret; eiusque imperator opera his qui a secretis erant ac magistratu praeerant senatumque gerebant praestanda munera significaret. videbaturque interpretis rationem habere; nec videbatur solum, sed et exploratum erat, eiusque re ipsa munia partesque explebat.

41. Quod autem magister ac scholarum domesticus Bardas Phocas viribus destituebatur, iamque effeta erat aetate ac gravi senectute, eum Porphyrogennetus officio movens eius loco domesticum praeficit Nicephorum patricium ac ducem Asiaticorum eiusdem filium carissimum, virum scilicet multis diversisque praeliis re praeclare gesta spectabilem belloque fortissimum habitum. is suavi blandoque alloquio ordines componens adversus hostes Agarenos signa movebat, ea felicitate ut nihil non auderent, ac velut in patrio solo in hostium agris stativa habere non

 ligneis propugnaculis positi erant in eos lapides iacere incipientibus,
 magno horrendoque sublato clamore ac ululatu, supra eas quas dicebam
 machinas stantes barbari, nec manualia duntaxat sed quam immanissima,
 et quorum impetum nullus sustinisset, convolventes saxa, ignemque si-
 phonibus aëri insufflantes, atque alia vasa (ipsa quoque igne plena) intra
 murum iacientes, tantum metum ac stuporem illic constitutis praesidia-
 riis incusserunt, ut quam celerrime exsistentes in fugam verterentur
 omnemque muri aream vacuum desererent. ubi autem voti se compotes
 factos esse viderunt (omnes enim velut a vento excussa folia in terram
 proruebant, neque per scalas, sed ut eos pavor raptabat), unum quem-
 piam audacis animi barbarum, ceterisque, ut videbatur, maiori fretum
 vesania, colore nigerrimum, in propugnacula immittunt. is ensem, quem
 in manibus gestabat, rotans, inque murum insiliens, ac moras in eo tra-
 hens, multitudinis impetum observabat, num scilicet fraude, an quod
 omnino fugam fecissent, inde abscessissent: verebantur enim ne insidiis
 adversus eos in occulto per anguportus vicosque dispositis cives se in
 multa divisos agmina malo dolo, gravi ullo damno afficerent; dubiique
 hactenus subsistebant, ne sic improvise in urbem irrumperent exque
 genio illius vastitatem darent. at ubi barbarici ensis frequenti circum-

δηλον ἔποiei πανταχοῦ τῶν πολεμίων τὴν εἴσοδον (καὶ γὰρ ἦν ὥρα
 τρίτη τῆς ἡμέρας), τότε δὴ πάντες τοῦ κακοῦ τὴν ἔκβασιν θεασά-
 μνοι ἐτρέποντο ἄλλος ἄλλαχοῦ, τῷ θανάτῳ συναλυνόμενοι. ὁ
 δὲ ἦν ἐφειστώσ και μηδεμίαν τοῦ λοιποῦ παρὰχωρῶν ἐπίνοιαν δι-
 5 ἦς αὐτὸν ὑπεκκλίνωσιν.

35. Εἶτα ὡς ἄπαν κενωθὲν τὸ τεῖχος εἶδον οἱ βάρβαροι,
 και τὸ ἀσφαλὲς ἑαυτοῖς εἶχον ἐκ τῆς τοῦ πλήθους ἀνηποστάτου
 φυγῆς, σπουδῇ τῶν νηῶν ἐκβάντες και τῶν ἐπάλξεων εἴσω κατα-
 πηδήσαντες τὰς τε πύλας ἀναρροπίσαντες ἐδήλουν και ταῖς ἄλλαις B
 10 ναυσὶ τῶν πεπραγμένων τὸ πέρασ, αἵτινες σπουδῇ και αὐται παρὰ
 τὰς διεξόδους ἐγγύθεν προσορμισθεῖσαι ἔπεμπον τῇ πόλει τοὺς
 βιοβάρους, τὰ σώματα γεγυμνωμένους, μικρῷ τινὶ μόνῳ περιβο-
 λαιῷ τὰ κατὰ τὴν αἰδῶ ἐγκαλύπτοντας, τὰς μαχαίρας ἔχοντας ἐν
 χερσίν· οἱ και ἔνδον γενόμενοι πρῶτον μὲν οὐς εὔρον ἔτι περὶ τὸ
 15 τεῖχος ἐνοστρεφομένους, εἶτε τῷ φόβῳ βληθέντας και κινήθηται
 μὴ δυναμένους παρεθέντος αὐτοῖς ἐκ τοῦ φόβου τοῦ σώματος, εἶτε
 πάλιν τοῖς ῥηθῆσι πτώμασι συγκλασθέντας και πρὸς τὴν φυγὴν
 ἀπελπίσαντας, τούτους τὸ τάχος ἀνεῖλον, εἰθ' οὕτω ταῖς λεωφό-
 ροις κατεμερίσθησαν. τὸ δὲ πλήθος τῆς πόλεως εἰς πολλὰ μέρη C
 20 τμηθὲν διεθροεῖτό τε και συνείχετο, οὐκ ἔχον ὅπου περισωθῆι ἢ
 τὴν συμφορὰν διακρούσηται. ἦν γὰρ ἰδεῖν τότε τοὺς ἀνθρώπους

13 αἰδῶ] εἴσοδον P συγκαλύπτοντας A ἔχοντες A 16 τοῦ
 post ἐκ om P 17 συνθλασθέντας A 20 διεθροεῖτο Com-
 besius, διεθρολλεῖτο AP 21 διακρούσεται A

actu effulgurans aër hostes in urbem pervadere atque ingredi palam fecit
 (erat namque hora diei tertia), tunc nimirum, tunc cuncti, mali eventu
 perspecto, alius alio, contrusi fato, diffugere, cum dira mors cunctis
 ingrueret, nec eius amoliendae ullum deinceps consilium ratioque sup-
 peteret.

35. Postmodum cum nudatum defensoribus murum barbari conspe-
 xissent, exque effusa multitudinis fuga nihil iam sibi periculi imminere
 intelligerent, statim navibus effusi inque propugnacula insilientes ac por-
 tas diffidentes reliquis quoque navibus gestorum exitum indicavere.
 quae et ipsae celeriter ad viarum exitus prope appulsae barbaros in
 urbem immittebant, corporibus nudos, exiguoque solum amictu verenda
 contactos, ac manus gladiis armatos, urbem porro ingressi primum qui-
 dem, quos adhuc in muris versantes offendere, sive metu perculsos nec
 se movere valentes, corpore eis ex metu dissoluto, sive rursus iis quos
 dicebam casibus praecipitiisque contractos, sibi quoque fuga consulendi omni
 spe destitutos, quam cito trucidabant. tum per vicos ac plateas disper-
 titi sunt: urbana autem multitudo, huc atque illuc multis partibus divisa,
 tumultuabatur et clamitabat angustiisque tenebatur, cum nulla salutis
 ratio aut depellendae calamitatis in promptu esset. vidisses enim tunc

ὡς ἀκυβέρνητα σκάφη τῆδε ἀκαεῖσε περιφερομένους, ἔλεινόν θάλαμα, ἄνδρας γυναικας νήπια, ἀλλήλοις συμπίπτοντας, ἀλλήλων ἐκκρεμαμένους, ἀσπαζομένους τὸν οἴκτιστον ἐκεῖνον καὶ τελευταῖον ἀσπασμόν. εἴ ποῦ τις καὶ πατήρ ἐν αὐτοῖς πρεσβύτης, ἐπιπεσὼν τῷ τραχήλῳ τοῦ παιδὸς δεινὸν ἐπεκώκνε, τὸν χωρισμὸν οὐ φέρον, ἀλλὰ τὰ μέλη κατέχων τοῦ φιλτάτου, καὶ πρὸ τοῦ ξίφους τῷ φυ-

D σικῷ νυττόμενος πάθει τὸν θρῆνον ἐαυτῷ διετίθει, “φεῦ μοι” λέγων, “ὦ παῖ, ἐν τίσι νῦν ἐξεταζόμεθα; τίνα ταῦτα τοῖς ὀφθαλμοῖς καθορῶ; εἰς τοῦτο γάρ σε ἐπιμελῶς ἐξέθρεψα, καὶ διὰ τοῦτό σε παιδευταῖς ἐξεδόμην καὶ συνέσει διαπρέπειν ἐν τοῖς ὁμήλιξι **1**

διεσπούδασα, ἵν’ ὅτε προσεδόκων ζηλωτὸς μὲν εἶναι τῇ εὐπαιδία, ἐπίφθορος δὲ τῇ ἐπὶ σοὶ κωχήσει, μακαριώτερος δὲ πολλῶν ἄλλων πατέρων ὡς τοιοῦτον ἔχων εὐπρεπέστατον τέκνον, ἐράσμιον μὲν τὴν ἡλικίαν τοῦ σώματος, ἐρασμιώτερον δὲ τοῦ προσώπου τὴν θέαν καὶ ἔτι μᾶλλον τῆς ψυχῆς τὴν ἰδέαν, τότε κατ’ ὀφθαλμοὺς **1**

P 348 ἰδέσθαι τὸν ὀλέθριον τοῦτον καὶ δυστοχέστατον ἀπὸ σοῦ χωρισμόν; καὶ διὰ τοῦτο μέχρι τοῦδε τῇ δυστήνῳ ταύτῃ τετήρημαι πολὺ, ἵν’ ὑπὸ βαρβάρων ἴδω καταικίζομένον σου τὸ σῶμα καὶ τὰ φίλτατά μου καὶ παμπόθητα μέλη τῷ ξίφει τοῦ δημίον ἀνηλεῶς διασπώμενα; οἴμοι, τίς γένωμαι; ποίαις ὄψει τιῦτα κατίδω; ποῖον **2** ἐπὶ σοὶ ποιήσομαι θρῆνον; εἴθε τοιοῦτον τύχοιμεν δημίον ὃς ἐμὲ πρῶτον τῇ μαχαίρᾳ διέλοι, ἵνα μὴ καθυστερήσας δριμυτέρας τοῦ

4 εἴ που] cf. p. 349 d
19 μοι?

8 ἐξετάζομαι A

16 ὀλεθρον A

homines velut navigia omni rectore destituta hac illacque procella circumferri, miserabile spectaculum, viros mulieres parvulos in se mutuo collabentes, ex se mutuo pendentes, infelicissimum illud supremumque dantes osculum ac consalutantes. sicubi forte in eis pater vetulus in filii collum ruens maeste conquerebatur, separari non sustinens, sed carissimi membra tenens et ante ensem naturali punctus dolore atque affectu, sibi ipse luctum digerebat. “heu me, fili,” aiebat, “in quibus nunc versamur! quaenam haec oculis usurpo? eamne in rem diligenti cura educavi, proptereaque magistris tradidi, et ut maiore prudentia inter aequales fulgeres operam sumptusque locavi, ut cum plane prolis felicitate aemulandum me fore exspectabam, tuique gloriatione invidiam provocaturum, necnon aliis vulgo parentibus beatiorum, ut qui tali honestissimo filio praeditus essem, ipsa corporis statura amabili, vultusque aspectu amabili, magisque adhuc forma animae ac decore, tunc ob oculos exitiosam hanc infortunatissimamque a te separationem videam? an ideo miseranda hac canitie huc aetatis proventus sum, ut corpus tuum a barbaris caedi amantissimaque ac desideratissima membra lictoris gladio cernam immaniter discerpi? heu me! quo me vertam? quibus oculis haec conspiciam? quo te luctu deplangam? utinam talem liceat nancisci lictorem, qui me priorem gladio diffundat, ne tardiore nece subla-

ξίφου ἐπὶ σοὶ τὰς ἀλγηδόνας αἰσθήσωμαι. ἐνὶ τούτῳ τῷ μισηφόνῳ χάριτας ὁμολογήσω, εἶγε τῆς σφαγῆς ἀπὸ τοῦ ἐμοῦ κατάρξεται γηραιοῦ τραχήλου· εἶθ' οὕτω τῷ ἐμῷ λύθρῳ τὸ σὸν σπείσειεν B αἷμα. καὶ γὰρ οὕτω τὴν πολλὴν ὀδύνην ὑποτέμοι τῷ ἐγχειρή-
ματι”

36. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως· ἄλλοθεν δὲ πάλιν ἄλλος τις τῇ συννόμῳ γυναικὶ προστυχῶν, βύθιον τι καὶ μέγα στενάξας, τὴν κεφαλὴν τε κινήσας καὶ τὴν μορφὴν ἀλλοιούσας, προσδραμῶν αὐτῇ καὶ περιπλακὺς τὴν συμφορὰν ἐτραγῶδει. “σῶζον, γύναι, καὶ τοῦ συννόμου μὴ ἐπιλάθου. ἤδη γὰρ ἡ μεγάλη στοργή, ἣν πρὸς ἀλλήλους ἐθέμεθα τῇ κοινωνίᾳ τῆς φύσεως, διακόπτεται σήμερον, καὶ ξίφος καινοτομεῖ τὴν συνάφειαν; καὶ θάνατος ἄωρος τὴν συζυγίαν δύστησιν. οὐκέτι τὴν ζωὴν τῇ κοινότητι τῆς C βιοτῆς ἔξανόμην. οὐδεὶς ἡμῖν τοῦ λοιποῦ παιδοποιίας λόγος. εἶθε μηδὲ ταῦτα, ἃ νῦν ἡμᾶς περιέστηκε νήπια, τοῖς ὀφθαλμοῖς κατείδομεν ἔξ ἀρχῆς. εἶθε τῇ σορῶ ταῖς ἡμετέραις χερσὶν ἀπεδόθησαν, καὶ μὴ τοῖς θηρσὶ τούτοις εἰς δυστυχῆ δουλείαν διετηρήθησαν.” εἶτα τοῖς τέκνοις ἀναμιχθέντες καὶ τὸν θρηῆνον χοροστατήσαντες τὴν διαίρεσιν ἐκαρτέρονν. ἀδελφὸς δὲ πάλιν ἀδελφῷ συναντήσας καὶ φίλος φίλῳ, ὃ μὲν τὴν συγγένειαν ὃ δὲ τὴν μακρὰν σνήθειαν ἀπεκλαίετο. καὶ ἀπλῶς τῇ ἀμετρίᾳ τῶν κατὰ μέρος θρηῆνων κραυγῆς ἀσήμου πάντα πεπλήρωτο, ὥσπερ ἂν εἰς σφαγὴν D

6 οὕτως A 10 μὴ] μου Combefisius.

tus acerbiores gladio super te cruciatus experiar! uno hoc cruento tortori gratias agam, si a senili mea cervice ducto caedis initio tuum mox sanguinem cruori meo libaverit. sic namque eoque molimine doloris partem plurimam abstulerit.”

36. Et haec quidem iste. aliunde vero alius, quacum vixerat ac quam contubernalem habuerat, uxorem offendens, imo ex pectore altumque trahens suspirium et caput movens vultumque immutans, ad eam accurrens eique circumfusus ac stringens, dirum casum lugubri voce plangebatur. “vale, mulier, meique coniugis obliviscere: iam enim ingens illa amoris vis, quam inter nos sociali naturae vinculo ratam habuimus, hodie discinditur, et gladius coniunctionem dividit, morsque intempesta aeterno divortio coniugium dirimit. non ultra sociali iugo trahemus vitam. nulla deinceps futura nobis prolis suscipiendae ratio. atque utinam ne susceptos unquam circumstantes parvulos oculis usurpassemus. utinam nostris manibus tumulo traditos hisce feris bestiis ad infelicem servitutem minime servassemus.” tum se cum filiis immiscentes, ac velut choro luctum sustollentes, divisionem exspectabant. frater vero rursus fratri et amicus amico obviam facti, ille sanguinis necessitudinem deflebat, hic longam consuetudinem. et ut summa dicam, immensa turba eorum qui singuli lamentis indulgebant, incondito clamore cuncta repleban-

συγκλεισθέντων προβάτων καὶ σύμμιγῆ φωνῆν ἀφιέντων. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν πρὸς τοὺς οἴκους ἀπέτρεχον, οἱ δὲ τὰς ὁδοὺς ἀπεσκόπουν· ἄλλοι πρὸς τοὺς σεβασμίους οἴκους ἠλαύνοντο, ἄλλοι τὰς πόλεις τῆς πόλεως καταλαβεῖν ἔσπευδον. ἕτεροι δὲ πρὸς τὸ τεῖχος ἀνιέναι ἐβούλοντο μὲν, οὐ δεδύνηντο δὲ ὑποκλαζούσης αὐτοῖς τῆς φυσικῆς ἰσχύος τῆ προσδοκίᾳ τῶν φοβερῶν· οὐκ εἶχον γὰρ ὅπως διάθωνται πρὸς τὸ κακόν, ἀλλ' ὅπου περ ἂν ἔτυχον γεγονότες τῆς πόλεως, κατὰ πρόσωπον εὗρισκον ἀπαντῶντα τὸν θάνατον, ὡς μηδὲν αὐτοῖς εἶναι λοιπὸν ἀσφαλὲς πρὸς ἐπίνοιαν.

P 349

37. Ἀλλὰ πῶς ἂν σοι τοῦ λοιποῦ τὴν καθ' ἡμᾶς συμφορὰν, ὧ ἀνδρῶν λογιώτατε, ἢ τὴν ἐπαλληλίαν τῶν τοσοῦτῶν ἀνιερῶν διαγράφομαι; ποῖον τούτων πρῶτον εἰπὼν τοῖς ἄλλοις δευτερεύειν παραχωρήσω; ἐπὶ τίνι τὴν γλωττίαν κινήσω ἢ τὴν χεῖρα πρὸς γραφὴν ἐξενέγκω; ἐξιστῆ γὰρ μὲν τὸν νοῦν ἢ μνήμη τῶν γεγονότων, καὶ οἷον ὄρᾳν πάλιν δοκῶν τῶν ληχθησομένων τὰ πράγματα δυσεπιχείρητον τὴν περὶ τούτων ἐξήγησιν ἐπαισθάνομαι. ἢ γὰρ ἀνατόπῳσις τῶν γεγονότων ὡσανεὶ προαιτιομένων τῆ ψυχῇ διὰ τῆς μνήμης τὸν κίνδυνον εἰκονίζουσα καὶ διαμορφοῦσα τῆ φαντασία τὰ πράγματα, τὴν ὄρμην τοῦ λέγειν ἐπέχειν βιάζεται. οἶα γὰρ ἦν τὰ τελούμενα τότε! οἱ μὲν πρὸ τῆς σωματικῆς τὴν τῆς ψυχῆς πλέον δεδιότες πανωλεθρίαν πρὸς τὸ θανεῖν ἐδυσφόρουν, ἀρχὴν τῶν ἐκεῖθεν κολάσεων τὸν χωρισμὸν ἠγούμενοι τὸν τοῦ σώ-

14 γράφειν P

ἐκεῖθεν κολάσεως P

17 ὡσανεὶ Combesisius, ὡς ἂν τι AP

22 τὴν

tur, velut si oves ad iugulandam conclusae commixtam vocem ederent. horum namque alii ad domos confugiebant, alii vias observabant, alii ad venerabiles aedes contendebant, alii ad portas civitatis properabant, alii muros conscendere in animo habebant, nec tamen poterant, collapsa in eis naturali virtute malorum exspectatione. nam nesciebant quo se modo ad malum compararent: sed quovis civitatis loco constitissent, adversa facie occurrentem sibi mortem offendebant, ut nullum iam eis reliquum esset consilium, quo rebus suis tuto prospicerent.

37. Sed quam tibi ego ratione subsecutam deinceps calamitatem, virorum eruditissime, aut tantorum malorum longam seriem catenamque describam? quod horum primum assumens, secundas reliquis partes adscribam? cuius argumento movebo linguam, aut ad scribendum manum extendam? rerum enim gestarum dirique casus memoria mentem sede delicit; ac qui prope oculis res ipsas quas dicturus sum videre videat, quam earum ardua narratio sit plane sentio. rerum namque mente informatio, ut quae ipsum coram animo gestorum periculum per memoriam simulacro exhibeat ac phantasiae (vi scilicet cogitandi) effingat ac repraesentet, orationis impetum retardat ac inhibet. qualia enim erant quae fiebant per eas angustias? alii, animi potius quam corporis noxam reformidantes, aegre mortem ferebant, qui videlicet separationem a cor-

ματος· οἱ δὲ τῇ γῆ προσερείδοντες τὰ γόνατα, κρονοῦς τε δακρύων ἐκβλύζοντες, ἀξίους παραδεχθῆναι τῆς κλήσεως διὰ τοῦ τοιούτου θανάτου τὸν θεὸν ἐλιτάνεον. ἄλλοι τῇ μνήμῃ τῶν ἡμερηθμένων τομώτερον τοῦ ξίφους τὸ συνειδὸς νυττόμενοι τὸν ἀναλωθέντα χρόνον ἐπὶ μυταίῳ ἀνεκαλοῦντο μεταμελούμενοι. ἕτεροι μηδὲν τοιοῦτον ἐνεργῆσαι δυνάμενοι, ἀλλὰ τὸν λογισμὸν προδόντες τῇ ἀγωνίᾳ, ἴσταντο τρομώδεις, δίκην ἀψύχων δένδρων τὴν τομὴν ἀναμένοντες. ἄλλοι δὲ καθάπερ οἴστρω τῷ φόβῳ πληττόμενοι ἀκάθεκτοι ταῖς ὁρμαῖς ἦσαν· ἐξ ὧν καὶ πλεῖστοι πρὸς τὸ ἐκτὸς τοῦ τείχους ἀσυλλογίστως ἑαυτοὺς ἀκοντίσαντες ἢ τῷ πτώματι τὴν ζωὴν συνεπέραναν ἢ τοῖς ἐκῆσε στρεφομένοις βαρβάροις ἑαυτοὺς ἐνεχείρισαν.

38. Τί δὲ τῶν γυναικῶν εἶπω πρῶτον, οἷς καὶ αὐτὸν τὸν ἀέρα συνθρηεῖν αὐταῖς ἐβιάζοντο, ἤγον τὰς ἀνακλήσεις, τὰς οἰμωγὰς, τῶν τέκνων τὰς περιπλοκάς; οὐδ' εὐσχημονεῖν ἔτι βολόμεναι νικηθεῖσαι τῷ πάθει, οὐδὲ τῆς ὄψεως τῶν ἀνδρῶν ἑαυτὰς ὑπεκκλίνειν, ἀλλ' ἀναιδῶς φερόμεναι, τὰς κόμας ἔχουσαι λελυμένας καὶ τῶν πρὸς συστολὴν ἀμελήσασαι, ἤγοντο συνεχροῶσαι τοὺς θρήνους καὶ τοῦ κινδύνου καταστενάζουσαι. εἴ ποῦ καὶ παρθένος ἐν αὐταῖς, ἢ μήπω τῆς οἰκουρίας προβαῦσα ἀλλ' ἀσφαλῶς τηρουμένη τῷ γάμῳ καὶ σεμνότητι πῦσαν δεδιδυγμένη, τὴν αἰδῶ τῆς ὄψεως περιόρουσα, καὶ μηδ' ὅτι γυνὴ τυγχάνει τῷ δέει

2 ἀξίως Combef.

16 κινήθεῖσαι P

pore futuri aevi poenarum initium ducerent. alii, fixis terrae genibus largoque lacrimarum fonte perfusi, digne vocatione recipi istiusmodi mortis periculo deo supplicabant. alii delictorum memoria, omni gladio acutius conscientia vulnerati tempus vane insumptum dolebant, maestique paenitudine revocabant. alii nihil eiusmodi praestare valentes, nimiaeque doloris vi excussa ratione atque prodita, tremebundi stabant, velut prope inanimatae arbores ferri ictum exspectantes. alii velut oestro, metu percussi, contineri non poterant: quorum etiam plurimi inconsulta mente extra murum ruentes praecipites vel casu allisi vitam finire, vel ipsi se barbaris illic consistentibus tradidere.

38. Mulierum autem quid prius referam, quae vel ipsum aërem una secum planctum edere cogebant, compellationes scilicet et eiulatus liberorumque amplexus? hae gravi dolore concitae nec decorum tenere nec virorum se conspectibus subducere volebant, sed impudentia actae, solutis crinibus, omniumque oblitae quae ad modestiam ac verecundiam faciunt, flebili clamore adversusque periculum gemitu, bacchantium more cursitabant. inter eas et virgines, necdum domo prodire solitae, sed quae tuto alligandae servarentur connubio omnemque modestiam essent edoctae, pulso ab ore pudore, et neque an mulieres essent, sexumque

λογιζομένη, διήει τῆς ἀγορᾶς ἐν μέσῳ, ταῖς ἄλλαις γυναιξὶ κοι-
 P 350 νωνοῦσα τοῦ θρήνου καὶ δεινὸν ἀλαλάζουσα. μονασταὶ δὲ καὶ
 μονάζουσαι, ὅσοι τὴν προσπάθειαν τοῦ βίου κομιδῆ νέοι ὑπάρχον-
 τες τῷ φίλτρῳ τῆς ἀρετῆς ἀπεσεύσαντο, ἑαυτοῖς μόνοις καὶ θεῶ
 ζῶντες, τῶν ἀσκητηρίων ἐκβάντες καὶ ταῖς πλατείαις διασπαρέν-
 5 τες τῆς πόλεως τὸν κοινὸν ὄλεθρον γοερῶς ἐκλανθμύριζον. ἔξ οὗ
 δὴ μοι καὶ θάμβος ἐπέρχεται, ὅταν κατὰ νοῦν λάβω τὴν ποικίλην
 καὶ διάφορον ἀρετὴν τῶν Ναζηραίων ἐκείνων, ἣν καταμόνας ἐφι-
 λοπόνουν, ἦτοι τὴν πάννηχον ψαλμωδίαν καὶ τὴν ἱερὰν παρθενίαν
 τὴν τε ἐκτενῆ προσευχὴν καὶ τὸ ἀκατάπανστον δάκρυον, πῶς τὴν 1
 πρὸς ἡμᾶς θείαν οὐ . . . συμπάθειαν, πῶς οὐ κατηγγυήσαντο
 B τὴν πόλιν, πῶς οὐχ εὖρον ἔπαθλον ἀρετῆς τὴν ἀποφυγὴν τοῦ κιν-
 δύνου, συνελήφθησαν δὲ μᾶλλον καθάπερ ἀνεπισκόπητα πρόβατα,
 πάντες τῆς μαχαίρας γεγονότες καὶ τῷ κλήρῳ τῶν ἁμαρτωλῶν τῆς
 σφαγῆς κοινωνήσαντες. πλὴν ἡγοῦμαι ὅτι τούτων μὲν ὁ θάνατος, 1
 ὡς φησὶν ὁ ψαλμός, τίμιος γέγονεν ἐναντίον κυρίου, κὰν τούτῳ
 τοῦ σοφοῦ τοὺς οἰκείους δούλους τιμήσαντος, ἵνα μετὰ τῆς λοι-
 πῆς ἀρετῆς καὶ τὸ τέλος μαρτυρικὸν ἀπενέγκωνται, ὡς ἂν ἐπιδα-
 ψιλεύσεται τούτοις τὰ τῆς ὑπομονῆς γέρα καὶ τῶν ἀρρήτων ἐκει-
 C νων ἀγαθῶν τὴν ἀντίδοσιν· ἡμῶν δὲ τὸ πλῆθος παραπτώσεων οὐ
 μόνον τὰς τούτων ἐντεύξεις ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν μαρτύρων πρεσβείας
 ἀσυντελεῖς δειχθῆναι πεποίηκεν, ἵν' ἡμῶν παθόντων ὅπερ ἦδη

6 γοερὸν A
σκοπα A

10 πῶς τὴν — συμπάθειαν om A
17 δούλους om P 20 δὲ om A

13 ἀνεπί-

suum graviore metu cogitantes, medio foro, pari ac maritatae planctu
 diroque eiulatu vagabantur. monachi ipsi ac moniales, quotquot ipso iam
 aetatis flore iunioresque virtutis amore saecularis vitae affectum libidi-
 nemque excusserant, sibi solis deoque viventes, monasteriis egressi et
 per plateas civitatis dispersi commune excidium eiulatu lugebant. hinc
 magnopere miror ac stupeo, ipse mente reputans multiplicem diversique
 generis dicatorum Nazaraeorum virtutem, quam colebant solitarii, nocturnas
 modulatis psalmodum vocibus productas vigiliis, sacram virginita-
 tem, continuas preces iugesque lacrimas; quomodo nihil nobis divinam
 conciliarunt miserationem? quomodo fidem suam ad urbis incolumitatem
 non obstrinxerunt? quomodo non virtutis praemio consecuti ut a peri-
 culo liberarentur? sed magis velut oves absque pastore comprehensi
 omnes ferro iugulati sunt, parique cum sceleratis nece interierunt? enim-
 vero horum mortem pretiosam apud dominum, ut psalmus loquitur (115
 15), arbitrator exstitisse, cum hoc quoque dei sapientia caros suos ac fa-
 mulos honoraverit, ut cum reliquis virtutibus martyrii quoque laurea
 clarescant, patientiae munera eis cumulatius reponens, arcanorumque
 bonorum praemia largiens: nostrorum vero scelerum multitudinem non
 solum horum preces, sed et martyrum intercessionem inutiles reddidisse,
 ut ex iis quibus iam recentique exemplo sumus accepti malis, intelligere

πεπόνθαμεν, ἔχωσι γινῶναι πάντες οἱ τῶν θείων καταφρονηταὶ δια-
τάξεων ὡς κακία πλεονεκτοῦντας οὐδὲν αὐτοὺς τῆς δεσποτικῆς
ἀπειλῆς τῶν σωτηρίων βοηθημάτων ἐξαιρήσασθαι δυναθήσεται.

39. Ὡς γὰρ κατὰ πᾶσαν εἰσελθόντες διμερίσθησαν τὴν
5 πόλιν οἱ βάρβαροι, ἐθὺς πᾶσι ἡλικία καὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων
ἐπ' αὐτῶν ἀνήρητο. οὐδὲ γὰρ ἦν οἶκος αὐτοῖς οὐδεὶς πάλαι προ- D
μειηρόσι καὶ τὴν καθ' ἡμῶν διηρώσιν ἀπώλειαν, ἀλλὰ καὶ γέρον
καὶ ἀκμάζων ἔτι καὶ νεανίσκος καὶ πᾶς ὁ προστυχὼν ἔργον τοῖς
μιασφόροις ἦν, οὐδὲ καιρίας κατ' αὐτῶν ἀφιέσει πληγὰς, ἀλλ' ὡς
0 ἂν αὐτοὺς ἐνδιατρίβειν ποιῶσι τοῖς ἀλγεινοῖς, τὰ πρὸς τὸν νῦτον
μέρη καὶ τοὺς μηρούς κατατέμνοντες σχολάζειν αὐτοὺς τῇ τελειώ-
σει παρεβιάζοντο. καὶ οὐδ' οὕτως ὁ πολιορκῶν αὐτοὺς ἐνεπίμ-
πлатο θυμός, ἀλλ' ὅτι μὴ πολλάκις δύνανται θνήσκειν μυνικῶς
ἐδυσφόρουν. ἵνα γὰρ τὴν θηριώδη καὶ ἀδάμυστον ἐκείνην ὄρεξιν
15 ἐμφορήσωσιν, οὐδὲ γυναικῶν ἐφείσαντο κατ' ἀρχὰς τοῦ κινδύνου,
οὐδὲ παιδῶν αὐτῶν, ὧν τὸ τῆς ἡλικίας ἄωρον ἄγειν βιάζεται πολ-
λάκις καὶ θηρῶν ὀφθαλμοὺς εἰς συμπάθειαν· ἀλλ' ἦν ἐπ' ἴσης P 351
ἅπασιν ἡ τομῆ, καθάπερ ἐν γλοηφόρῳ πεδίῳ, πᾶν τὸ παρατυχὼν
ἐκθρεῖζονσα, ὡς ἐν βραχεῖα καιροῦ ῥοπῇ ἄοικον ἀποδειχθῆναι τὴν
20 πόλιν τὴν πρὸ μικροῦ στενοχωρουμένην καὶ τοῖς πλήθεσι βρίθου-
σαν. καθὼ γὰρ φθάσαντες εἶπομεν, τὸ μὲν τοῦ δήμου τὰς ἀκρω-
ρείας κατελήφει κατὰ τὴν καλουμένην ἀκρόπολιν συνελαθέν, ἢ τὴν
περιοικίδα τοῦ ὀσίου Δαβὶδ ὀνομαζομένην (τοῦτο γὰρ μᾶλλον τῆς

possent omnes divinarum legum contemptores, cum maiorem in modum
nequitiae indulgent seque vitio mancipant, nullo se ab ira dominica iusta-
que ultione liberatum iri salutari subsidio.

39. Ut itaque ingressi per omnia urbis loca dispersi sunt barbari,
omnis aetas omneque hominum genus ab eis confestim trucidatur. neque
enim ulla eis miseratio erat, qui pridem rabie exarsissent nostramque
internecionem sitirent: sed et senex et florenti adhuc aetate atque iuven-
nis, quisquis denique occurrisset, gladio necabatur. nec vero letali sta-
tim vulnere feriebant, sed ut diutius doloribus excruciantur, quae circa
dorsum coxasque sunt concidentes, tarda eos nece conficiebant. ac ne
sic quidem exsatiabatur eos obsidens furor, sed quod non saepius mori
poterant, immanitatis rabie gravius dolebant. ut enim belluinam illam
ac indomitam libidinem satiarent, nec mulieribus mali initio neque puer-
is ipsis pepercerunt, quorum immatura aetas haud raro etiam ferarum
oculos ad miserationem cogit; sed cunctis perinde indicta excisio erat,
quae velut in prato herbescente quicquid obvium esset demeteret. hinc-
que adeo factum est ut brevi temporis momento urbs, quae paulo ante
vix non angusta habitatoribus erat ac plebe constipata, deserta vilescer-
ret. ut enim superius diximus, populi pars collium cacumina ad acro-
polim sic dictam (i. e. arcem) occupaverat, aut quam sancti Davidis

λοιπῆς ὑπερανέχουσι πόλεως, ἕνθα δὴ καὶ πληθὸς ἦν μοναχῶν ἐναρέτων πάντων καὶ τῆς οὐρανόου πολιτείας ἡξιωμένων), τὸ δὲ
B πάλιν ταῖς δυσὶ πύλαις προσερούη ταῖς πρὸς δύοσιν ἀφορώσαις τῆς πόλεως, μίαν ἐχόντων πάντων σπουδὴν, τοῦ ξίφους διεκφυγεῖν τὴν τομὴν. ἀλλ' οὐδὲν πλέον τῶν ἄλλων διήρουν, τῶν πυλῶν 5
 ἔκτος τῶν βαρβάρων ἐφεδρευόντων, καὶ μηδ' ἄλλως ἔχοντες εὐχερῶς ὑπερβῆναι, τῷ συνωθισμῷ πιέζοντες ἀλλήλους καὶ τὴν διέξοδον ἀποφράττοντες. (40) οἷον γὰρ ἐγεγόνει κακὸν κατὰ τὴν καλουμένην Χρυσῆν πύλην! πῶς παρανοοῖσαι ταύτην βουληθέντες μικρόν, ὅσοι τοῦ δήμου τῷ τόπῳ συνερρούησαν, διήμαρτον τῆς 10
 ἐπιχειρήσεως! μόνον γὰρ ὅτι τὰς πύλας ἀλλήλων διέστησαν, καὶ
C τῷ ἰδίῳ πιλήματι πάλιν ἐν ἑαυταῖς συνδρομεῖν αὐτὰς κατηνάγκασαν· οὕτω δὲ ἔχοντας αὐτοὺς καταλαβόντες οἱ δυσμενεῖς οὐκέτι καθ' ἕνα τοῖς ξίφεσιν ἀνῆρουν, ἀλλ' ὡς εἶδον συνεσφιγμένους ἀλλήλων τε ἐχομένους καὶ ἐκτραπῆναι μὴ δυναμένους, κατὰ κόρ- 15
 ρης αὐτοὺς τοῖς ξίφεσιν ἔπαιον, ὡς μετὰ τὴν πληγὴν διαιρεῖσθαι τοῦ προστυχόντος τὴν κεφαλὴν, καὶ τοῖς ὁμοίοις τῆδε κάκεισε τὰ μέρη συμπύπτειν, καὶ μηδὲ μετὰ θάνατον τῇ γῆ δίδοσθαι ἀλλ' ἔτι παρακρατεῖσθαι τοῖς λοιποῖς σώμασιν, ἕως πάντων ἀναιρεθέντων, καὶ ὡσπερ τοῦ ὑποστηριζόντος, τῆς ἀπάντων λέγω ζωῆς 20
 διαδράσης, αἵματος ἀλλήλων καθάπερ καὶ τῆς τελευτῆς κοινω-
 νήσαντα.

1 ὑπερανέχει Combef.
 12 συνδρομεῖν P

9 χρυσέαν A

10 συνέρρευσαν A

viciniam vocant. quae regio reliqua urbe altiore situ eminet; ubi etiam monachorum multitudo erat, viri omnes virtute clari caelestique instituto digni habiti. pars vero rursus ad duas portas, ad occidentalem urbis plagam respicientes, confluerant, in hoc unum cunctis operam conferentibus, ut gladii ictum effugerent. sed nihil his melius cessit quam aliis, cum iam barbari extra portas insiderent, nec alioqui facile eis esset ut transirent, cum alter alterum pulsando comprimerent exitumque obstruerent. (40) quantum enim contigit malum in porta quam Auream vocant? quomodo, qui eo confluerant (omnis illa populi pars) cum aliquantulum aperire voluissent, conatu frustrati sunt? vix enim valvas diducere coeperant, cum conferta hic multitudine atque agmine in se rursus coire nectique compulerunt. quos ita constipatos cum hostes offendissent, non iam viritim ensibus obruncabant, sed ut illos inter se compressos, aliosque aliis haerentes averti non posse conspexerunt, in faciem gladiis caedebant, adeo ut post ictum cuiusque diviso capite hinc inde partes dissilirent et ad similia utrinque membra conciderent. ac neque post mortem humo mandabantur, sed cum reliquis adhuc corporibus pari acervo tenebantur, donec omnibus trucidatis, ac velut fulciete, omnium scilicet eliminata vita, uti morte sic et cruore socio iungerentur.

41. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ περὶ τὴν ἄλλην πόλιν, ἣν καὶ
 10 λουσί Λιταίαν, πραχθῆναι συνέβη. καθὼς γὰρ ἔφαμεν, τῶν
 ἄλλων τὰς μὲν πρὸς θάλασσαν ἐξαγούσας αὐτοὶ προκατεῖχον οἱ
 βάρβαροι, τὰς δὲ γε πρὸς ἀνατολὴν ἀφορώσας ἡμεῖς προαποκλει-
 5 σαντες ἡμεν, τὴν τοῦ πυρὸς μηχανήν, ἣν κατὰ τῶν ἔξω τοῦ προ-
 τειχίσματος πυλῶν προπεπόνθμεν, καὶ ἐν αὐταῖς ὑφορώμενοι,
 ὡς λοιπὸν ἐκ τούτων πανταχόθεν ἀποροῦντα τὸν δῆμον πρὸς τὴν
 φρυγὴν περὶ τὰς ἀγνίας μόνον εἰλεῖσθαι καὶ ἀπανταχοῦ τῷ θανάτῳ
 0 προσπίπτειν. σχεδὸν γὰρ ὀλίγοι, καὶ λίαν ὡς εἰκὸς εὐναρήθητοι,
 κατὰ τὸ δυτικὸν μέρος τοῦ λιμένος ἕαντοὺς τῶν τειχῶν ἀκοντίσαν- P 352
 τες τὸν κίνδυνον ὑπέξεφυγον· καὶ τινες ἄλλοι τῆς κατὰ τὴν ἀκρό-
 πολιν πόλης λάθρα ὑπεκδραμόντες πρὸ τοῦ τὴν συμφορὰν ὑφε-
 στάναι διεσώσαντο τὴν ζωὴν. οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τῶν Σκλαβήνων
 ἡγούμενοι, πάλαι προμελετήσαντες τοῦτο καὶ τὰς κλειδας τῶν
 5 πυλῶν ἐκείνων προὔφελόμενοι. οὗς καὶ ἐχορῆν, τὴν ἀκμὴν τοῦ
 κακοῦ θεασαμένους, παντὶ τῷ προστυχόντι παραχωρῆσαι τὴν
 ἔξοδον· οὕτω γὰρ πολλοὶ τῶν αὐτόθι λαχόντων, πρὸ τοῦ τοὺς
 βαρβάρους ἐπελθεῖν, τὸν θάνατον ὑπέξέκλιναν ἄν. οἱ δὲ τοιοῦτον
 μὲν οὐδὲν οὐδὲ εἰς νοῦν λαβεῖν ἠνέσχοντο· ἀεὶ δὲ τὸ οἰκεῖον προ-
 0 ορώμενοι, καὶ ὅπως τὸν κίνδυνον διακρούσονται κἀν τούτῳ δια- B
 σκεψάμενοι, τὰς πόλεις μικρὸν παρανοήξαντες καὶ τὴν ὑπεκδρομὴν
 τομῶς ποιησάμενοι, ἕνα τινὰ τῷ τόπῳ καταλιπόντες πρὸς τὸ μετὰ
 τὴν ἐκείνων ἔξοδον καὶ αὐθις ταύτας συγκλειῖσαι, οὕτω τῆς πάντων

3 θάνατον A οἱ om P 8 πανταχοῦ A 15 ἐχορῆν τῷ
 τὴν A 17 τῶν om P 18 ἀπελθεῖν AP

41. Hoc ipsum vero et in porta quam Litaeam vocant fieri conti-
 git. nam barbari, uti diximus, priores reliquis occupaverant portas,
 quae ad mare ducunt. quae vero ad ortum, nos ipsi ante occluseramus,
 in iis quoque suspectam habentes machinam, cuius in exterioris muri
 portis noxam labemque senseramus. hincque adeo omni undique prae-
 clusa fugae ineundae spe, populus in plateis solum volutabatur, inque
 mortis casses omni loco incursabat. vix enim pauci, valdeque, ut par
 est, numero exigui, in occidentali ora portus sese e muris proiicientes
 periculum evaserunt. quidam etiam alii e porta quae ad acropolin (ar-
 cem scilicet) est, sese clam subducentes, cum necdum calamitas appe-
 tiisset, salutem consuluerunt. et hi fuerunt Sclavenorum duces, meditati
 fugam multo ante, atque portarum illarum claves eam in rem pridem
 suffurati. quos decebat, mali mole inspecta, cuivis exitum permittere:
 sic namque multi ibi constituti, antequam adventassent barbari, caedem
 declinassent. hi tamen nihil eiusmodi in animum saltem inducere susti-
 nuerunt: sed suis semper rebus prospicientes, attentisque animi rationi-
 bus quomodo hinc quoque periculum a se depellerent, portis paululum
 subapertis seque prompte subducentes atque dilapsi, uno quodam ibi re-

ἐπεβουλευσαντο σωτηρίας καὶ τότε, πρόφασιν τινα δολίαν πλασά-
μενοι, ὡς οὐ πρὸς φυγὴν ἐκτρέπονται, πρὸς ὑποδοχὴν δὲ μᾶλ-
λον τῶν Στρυμονιτῶν συμμάχων, τοῦ στρατηγοῦ δῆθεν τοῦτο
προστάξαντος.

42. Οὐ πολὺ δὲ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ξιφῆρεις οἱ βάρβαροι 5
ταῖς πύλαις ἐπέστησαν, καὶ οὐκέτι δυνατὸν ἦν οὐδὲ προσβλέψαι
C μόνον ἐκτὸς ἀκινδύνως τινά, μήτοι γε τὸν κίνδυνον ὑπαλύξαι.
κἀγὼ γὰρ αὐτὸς σὺν τῷ πατρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς (δύο δὲ μοί εἰσιν
οὔτοι νεώτεροι, τῆς ἐμῆς ἡλικίας ὑποβεβηκότες, οἱ μέχρι τοῦ
δεῦρο τῆς τε φρουρᾶς καὶ τῶν λοιπῶν ἀλγεινῶν μοι συγκαίνουν-1
τες) κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν παρόντες εὐρέθημεν ἐν τῷ τόπῳ μετὰ
καὶ τινῶν ἄλλων τῶν ἀπὸ τῆς πόλεως οὐκ ὀλίγων. καὶ ὡς ἤδη τὴν
πονηρὰν ἐκείνην ὑπέστημεν ἐπιβουλήν (μετὰ γὰρ τὸ πραχθῆναι
τὴν σκῆψιν τὸ συμβᾶν ἐπεγνώκειμεν), ὀπισθόρμητοι πάντες, ἕκα-
στος ἡμῶν ὡς εἶχε τάχους, πρὸς τὴν πόλιν συνηλανόμεθα, ἄλλος 1
ἄλλαχού διαιρεθέντες, καθὼς ἂν ἦγεν ἡ συμφορά, τοῦ φόβου
διατιθεῖσα τὰ σχήματα. ἔδοξεν οὖν τῷ τε πατρὶ καὶ ἡμῖν, μήπω
D πεφθακότων πρὸς ἡμᾶς τῶν βαρβάρων, εἰς τινα πύργον τῶν κατὰ
τὸ ἐνδότερον τεῖχος ἀνίεναι τέως καὶ μὴ τῷ πλήθει συναναμίγνυ-2
σθαι, ὡς ἂν τῶν πολεμίων τυχὸν ἐπιστάντων, τῶν ἄλλων διαιρε-
θέντες καὶ μόνοι τούτοις κατὰ τῶν ἐπάλλεξιν ἐντυγχάνοντες, δυνη-
θῶμέν τινα πρεσβείαν τούτοις προσαγαγεῖν καὶ τὴν ζωὴν ἑαυτοῖς

10 συμφορᾶς P

14 ἐπεγνώκειμεν, καὶ ὀπισθόρμητοι P

licto, qui et rursus egressis illis portas clauderet, in eum modum omnium salutē insidiati sunt, tunc quoque id dolo commenti, non se fugam inire, sed potius ad socios Strymonitas suscipiendos (ita nimirum iubente praetore) exire.

42. Nec multum temporis intercesserat, cum barbaris strictis gladiis in portas ingruentibus nemo ultra tuto vel saltem foras prospicere poterat, tantum abest ut periculum posset vitare. nam et ego ipse cum patre et fratribus, quos duos aetate iuniores atque ad hoc usque aevi meae habeo tum captivitatis tum reliquarum aerumnarum consortes, eadem hora cum aliis civibus, iisque non admodum paucis, eodem in loco constiteramus. et ut iam tristes illas insidias passi sumus (postquam enim fraus illis commissa est, nos rem, uti gesta erat, cognovimus), retrocedimus omnes et in civitatem incredibili celeritate festinamus, alio alioque dispersi, prout mali vis ferebat, metus species exque illo affectus alios atque alios digerens. visum itaque est patri et nobis, cum nondum barbari ad nos pervenissent, in turrim quandam in interiori muro sitam interim evadere et non multitudinē commisceri, ut forte, imminentibus hostibus, ab aliis disiuncti solique in propugnaculis ipsos alloquentes facilius supplicatum iremus, vitaeque nostrae aliquo modo provideremus. quod et divina

διασώζεσθαι. ὁ δὴ καὶ γέγονε τῇ θεϊκῇ προνοίᾳ. τὸ δ' ὅπως καὶ μεθ' οἷας παραδοξοποιῶ δυνάμειος, λέξων ἔρχομαι.

43. Ἀνήλθομεν ἐν τῷ τείχει σπουδῇ θέοντες κατὰ τινὰ πρόβολον ἀντικρὺ τοῦ ἐκεῖ σεβασμίον σηκοῦ τοῦ πρωτοκλήτου τὴν ἀποστόλων Ἀνδρέου. πέντε δὲ ἤμεν οἱ πάντες ὁμοῦ, ὁ πατήρ ὁ P 353
 ξμὸς καὶ γὰρ σὺν τοῖς ῥηθεῖσι δυσὶν ἀδελφοῖς καὶ τις ἕτερος μετέχων καὶ αὐτὸς τῆς ἡμῶν ἀγχιστείας, κληρικοὶ πάντες καὶ τῷ τῶν ἀναγνωστικῶν διαπρέποντες τῷ γματι. μικρὸν οὖν αὐτόθι καθησυχάσαντες, καὶ καθ' ἑαυτοὺς λογιζόμενοι τὸ ἐφεστὸς τῆς μαχαίρας
 0 τέλος, ἠρχόμεθα τῶν γόνων, ἕκαστος τῆς τε οἰκείας ψυχῆς καὶ τῆς ἐξ ἀλλήλων καταστενάζοντες διαιρέσεως. καὶ πρῶτος ἐξῆρχε
 Θρήνων ὁ πατήρ, ἤδη προβεβηκὼς ὢν καὶ πολλὴν περὶ τὸ λέγειν ἐπιστήμην ἐξησκημένος, “φεῦ μοι” λέγων, “ὦ τέκνα πολυπαθῆ, ἐν τίσιν οὖν περιελήφθη, καὶ τίνα ταῦτα ἀπέκειτο τῇ δυστήνῳ μου B
 5 ταύτῃ καὶ ταλαιπώρῳ ζωῇ, ἴν' οὖς κατὰ διαφόρους ἀπέτεκον χρόνους καὶ τῇ γενέσει παρέθην, ἕφ' ἐν ἴδῳ τὴν τελευταίην ὑπερχομένους, καὶ μηδ' ὅπερ τοῖς ἀτυχοῦσιν ἔστι συγκεχωρημένον, σχολὴν ἄγω ἄξιον τοῦ πάθους ὀδύρασθαι. συνεκάλεσα γὰρ ἂν πρὸς τὸ κοινὸν τοῦτο καὶ ἀπαρηγόρητον πάθος καὶ αὐτὰ τὰ ἄψυχα
 0 τῶν κτισμάτων κοινωνῆσαι μοι τοῦ πάθους καὶ τὴν συμφορὰν συμμερίσασθαι. οὐδὲ γὰρ οἱ πάντες τῶν ὁμοπατρίδων ἄλλως

1 διασώζεσθαι A 8 οὖν] δὲ P 12 θρηνῶν AP λόγιον P
 14 οὖν] νῦν Combef. τίνι] τί? 18 ἄγων A 21 ὁμοπατριδων AP

providentia factum est: quonam vero id pacto et quam inaudita stupendaque virtute, dicere nunc aggredior.

43. Murum celeriter accurrentes conscendimus, ac propugnaculum quoddam venerandis inter apostolos primum vocati Andreae aedibus adversum. omnes quinque simul eramus, pater meus et ego cum duobus fratribus (quos dicebam) atque alius quidam, ipse quoque nobis affinitate coniunctus, clerici omnes et lectorum ordine insigniti. ut ibi paululum conticuimus, ipsi nobiscum imminetem reputantes gladii exitum, lamenta octepavimus, singulis tum suae cuiusque animae tum mutuam inter se divisionem deplorantibus. ante vero omnes pater, longe iam provecta aetate et dicendi artibus plurimum exercitatus, sic primum planctum auspicatur, “vae mihi” dicens, “filii multis aerumnis malisque obnoxii, in quibus nunc circumvolvor, et cui haec, infelici atque afflictae huic vitae meae, reposita erant! ut quos diversis temporibus genueram liberosque susceperam, eorum uno momento mortem conspicerem, nec, quod infidelibus conceditur, tantum mihi superesset temporis, quo tantae calamitati paria ingemiscerem. convocassem enim ad communem hunc et inconsolabilem luctum ipsa etiam inanimata, ut una mecum doloris atque infortunii partem assumerent. neque enim ulli alii civium

ἄγουσιν ἢ ἐγώ, ἕκαστός τινα τῶν οἰκείων ἀπεκδεχόμενος καὶ τῆς
 ἑτέρου συμπαθείας ἐπιδεόμενος. ἐμοὶ γὰρ δύο δεινὰ συνέβη κατὰ
 C ταῦτό, ὃ τε ψυχικὸς κίνδυνος ἐν ἁμαρτίαις τὴν ζωὴν δαπανήσαντι,
 καὶ ὃ ἕξ ὑμῶν οὗτος ἀπροσδόκητος χωρισμός, ὃν οὕτως οὐποτε
 προσεδόκησα, ἀλλ' αἰεὶ δι' ἐντεύξιως εἶχον ὑφ' ὑμῶν καλυφθῆναι 5
 τὰ βαρυνενθῆ ὄμματα ταῦτα, ἵν' ἐπαναπαυσάμενος ταῖς ὑμετέ-
 ραις χερσὶ τῷ τάφῳ τῶν πατέρων δοθῶ, καὶ ὑμᾶς ἐν ἀσφαλείᾳ
 καταλείπω τῆς τε μητρὸς γηροκόμους καὶ τοῖς ἔτι κομιδῆ νέοις καὶ
 τῷ χρόνῳ καθυστερίζουσι δυσὶν ἀδελφοῖς ὑμῶν τὰς περὶ τὸ ζῆν
 ἀφορμὰς προνοήσαντας. νυνὶ δὲ πᾶσα μὲν τοιαύτη διόλωλεν 1
 ἐλπίς, ἐν μέσοις δὲ τοῖς δεινοῖς ἀπειλημένος ἄωρον ἐκδέχομαι
 D τὴν μεθ' ὑμῶν τελευτήν. καὶ οὕτω με τετήρηκε τῶν ἀνομιῶν τὸ
 πληθὸς καὶ εἰς ταύτην τεταμίευκε τὴν ἡμέραν, ἵνα κατ' ὄφθαλ-
 μὸς ἴδω τὰ φίλτατά μοι τῶν τέκνων βαρβαρικῶν ξιφῶν παρανά-
 λωμα καὶ τὰ παμπόθητα μέλη ταῖς χερσὶ τῶν δημίῳ ἀνηλεῶς 1
 διασπώμενα, ὡ τῆς ὀδύνης, οὐδὲ τοῦτο ἀσφαλὲς ἔχων, ὅτι τὸν
 δύστηνον ἐμὲ πρῶτον ὁ μαιφόνος τῆς ζωῆς ἀπαλλάξει. ἦν γὰρ
 ὡς ἐν συγκρίσει κακῶν τὸ κατ' ἐμὲ φορητόν· ὑποπτον δὲ μοι τὸ
 νεῆζον καθέστηκε τῆς καθ' ὑμᾶς ἡλικίας, καὶ τῶν προσώπων τὸ
 ἀνθηρὸν μαντεύεσθαι με ποιεῖ, πρῶτον τῆς ἀφ' ὑμῶν τομῆς τοὺς 2
 ἐχθροὺς ἐμφορηθέντας ἐν ὑστέρω με πολλοὺς ὑπομεμενηκότα θα-
 νάτους καὶ καθ' ἕνα ὑμῶν ἀθλήσαντα, οὕτω τοῖς ὑμετέροις αἵμασι

1 ἀποδυρόμενος Combef.
 12 μεθ'] καθ' AP

τῆς] τοῦ P

10 προνοήσαντας A

aliter ac ego ipse affecti sunt, ut cum e suis aliquem dire lugeant, alio-
 rum propenso miserantis affectu indigeant. me vero duo mala eodem
 momento invadunt, tum animae periculum, ut qui nequiter ac perditē
 vitam transegerim, tum haec a vobis inexpectata divisio, quam sic
 eventuram in animum nunquam induxeram, cum haec iugiter mea vota
 essent, ac supplicarem ut hosce vos luctuosissimos obtegeretis oculos,
 qui nimirum requiescens inter vestras manus maiorum sepulturae trade-
 rer, et vos in vado relinquerem, qui matris senectutem curaretis et ado-
 lescentulis aetate minoribus duobus fratribus victus necessaria pro-
 videretis. at nunc omnis eiusmodi spes mihi sublata est, et in mediis
 irretitus malis immaturam mortem vestram exspecto. sicne me scelerum
 copia servavit et in hunc reservavit diem, ut ob oculos carissima pignora
 barbaricis gladiis concisa viderem, membraque mihi desideratissima per
 manus lictorum crudeliter discerpta conspicerem? o doloris vim! neque
 id tuto tenens, an me miserum parricida primum vita privabit. nam
 esset, malis hinc inde collatis, hoc mihi tolerabilius malum. verum mihi
 suspecta est vestra iuvenilis aetas, ac vultus flos vaticinari facit, vestris
 prius caedibus hostibus satiatis, postmodum me, multas mortes perpes-
 sum et in singulis vobis nova semper certamina ingressum, sic vestris

συμφραθῆναι. (44) ἀλλὰ γὰρ ἔλαθον ἑμαυτὸν, ὃ φίλτατα P 354
 τέκνα, πόρρω τοῦ δέοντος πλανηθεῖς καὶ ἄπερ οὐκ ἔδει τοῖς Θρη-
 νοῖς συνῆξιπῶν. νενίκημαι γὰρ τῷ κακῷ, καὶ ἡ πᾶνδημος συμ-
 φορὰ καταστινάξαι τοῦ καιροῦ καὶ τῶν πραγμάτων καὶ ἄκοιτά με
 5 παρεβιάσατο. τίς γὰρ ἂν καὶ λιθίνην ἔχων καρδίαν, τῷδε τῷ
 πάθει συνεπαρθεῖς, ἑαυτὸν καὶ τοὺς ἄμφ' αὐτὸν τοσοῦτω κακῷ
 συσχεθέντις μὴ ἀποδύρηται; ἀλλ' οὐδέν ἐστιν ὃ βούλεται καὶ
 πράττει θεὸς ἐν ἀνθρώποις μὴ πρὸς τι χρήσιμον τέλος οἰκονομού-
 μενον. τάχα γὰρ ἀπέκειτο διὰ τὴν μοχθηρίαν ἡμῶν τὸ οὕτως
 10 ἀποθανεῖν· καὶ ἰδοὺ κατ' ὄφθαλμοὺς ἡ τῆς ζωῆς ἐφέστηκεν ἔκτι-
 σις, βιαίως τοῖς ξίφεσι τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐκτινύουσα. ἀλλ' οὐκ B
 ἔστιν ἄδικος ὁ συγχωρήσας ταῦτα παθεῖν καὶ τόνδε καθυπενέγκαι
 βίαιον τοῦ σώματος χωρισμὸν καὶ τὰς εὐθύνας τῶν ἡμαρτημένων
 κατὰ τὴν μέλλουσαν εἰσπραχθήσεσθαι δίκην. διὸ στήτε γενναίως,
 15 τὴν ἐλπίδα πᾶσαν πρὸς αὐτὸν μόνον ἀπαιωρήσαντες τὸν δυνάμενον
 ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς ἁμαρτίας. καὶ κἂν τι δέοι παθεῖν ἀλγεινὸν
 χάριν τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, ἐνέγκωμεν μύσαντες, καὶ μηδὲν
 φοβηθῶμεν ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ τούτου θανάτου, ὃν εἰ καὶ μὴ
 οὕτως, ἀλλὰ πάντως ἑτέρως καθυπομεῖναι χρεῶν ἔστι καὶ τῇ
 20 γενέσει τὸ ὀφειλόμενον λειτουργῆσαι. γενέσθω οὖν ἡ τῆς ζωῆς C
 στέρησις εὐχαριστίας ἡμῖν ἀφορμή, ἵνα μὴ θάνωμεν μόνον, ἀλλὰ
 καὶ ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐκεῖθεν μκαριότητος." ταῦτα λέγων ἕκαστον

1 συμφραῖσαι?

5 παρεβιάσαντο AP

12 κατεπενέγκαι P

14 μέλλουσαν ἡμᾶς εἰσπρ. A

eruoibus immiscendum. (44) enimvero adverte me, dulcissimi filii, ab eo quod officii erat per imprudentiam procul aberrasse, et quae non decebat lamentis inserta deplanxisse. etenim victus a malo sum, et communis calamitas, adversum tempus atque res, etsi invitum, planctum edere coëgit ac quiritari. quis enim, vel si saxeo pectore sit, sic diri casus acerbitate abreptus se ipsum suosque tanto malo oppressos non deploraverit? ceterum nihil est quod velit aut agat deus, quod non ad utilem finem providentia disponat. forte enim ob ingentem nostram pravitatem decretum erat ut sic moreremur: et ecce ob oculos, qua vitam exsolvamur, ultio, et qua gladiis violenter in animas nostras animadver-
 tatur. haud enimvero iniustus est, qui haec nobis evenire, animamque a corpore violenter avelli, ac poenas scelerum in futuro iudicio infligen-
 das hic nos luere permisit. quare state fortiter, vestram omnem spem in eum solummodo collocantes, qui super terram potest peccata dimittere. quanquam vero aerumnarum aliquid ferendum sit eius fidei gratia, clausis oculis sustineamus, nec mortis hunc interitum quicquam timeamus; quem etsi non hac ratione, alia tamen omnino sustinere necesse est, et ut debitum naturae fatoque dependamus. sit ergo nobis vitae privatio gratiarum actionis argumentum atque ratio, ut non solum moriamur, sed et in spe futurae beatitudinis mortem oppetamus." hisce moni-

ἡμῶν πρὸς τὸν διὰ ξίφους θάνατον ἐπαιδοτρίβει, καὶ προθυμίαν παρείχε μὴ ἀπευδοκεῖν τὴν τελείωσιν.

45. Ἐν ὄσῳ δὲ ταῦτα πρὸς ἡμᾶς διελέγετο καὶ συμπεσόν-
 τες ἀλλήλοις τὰ τελευταῖα συνετατιόμεθα, ἰδοὺ δὴ καὶ τῶν βαρ-
 βάρων κατεφάνησάν τινες ἀνιόντες, τὸν ἀριθμὸν οὐκ ὀλίγοι, Αἰ-5
 θίοπες τὴν χροιάν, τὰ σώματα γεγυμνωμένοι, ἐσπασμένας ἔχοντες
 D τὰς μαχαίρας, δεινὸν ἐξαλλόμενοι καὶ τῇ παραθήξει τῶν ὀδόντων
 συῶν δίκην τὸ μανικὸν ἐνδεικνύμενοι. ἐφροστώτες οὖν τῷ τόπῳ
 πρῶτον τοὺς μεθ' ἡμῶν ὑποστρέψαντας ἀπὸ τῆς τῶν πυλῶν κα-
 κουρογοῦ συγκλείσεως, αὐτοῦ που παρὰ τὸ τεῖχος εἰλουμένους, τοῖς 10
 ξίφεσιν ἐκείνοις διεχειρίσαντο· οἷς οὐδὲν ἦν πρὸ τούτου πλέον
 μελετηθὲν ἢ μόνον τῇ δεξιᾷ τοῦ δημίου τὸν ἀρχένα ὑπέχειν καὶ
 πρὸς τὴν τομὴν σχηματίζεσθαι. καὶ ἦν ἰδεῖν τὸ πραττόμενον ἐκ-
 πλήξεως γέμον. εἰ γὰρ τῷ εὐπειθεῖ τοῦ ἑαυτὸν προδόντος καὶ
 πρὸς τὸν θάνατον ὑποκλίνοντος ὁ φονεὺς κατενύγη, καιρίαν ἄγων 1
 θᾶπτον αὐτὸν τῶν ἀλγηδόνων ἀπήλλαττεν· εἰ δὲ μὴ ἐμαλάχθη
 τὴν λιθώδη καρδίαν, ἀλλ' ἤθελεν ἐντροφᾶν τῆς μανίας, μᾶλλον
 P 355 τοῖς τῶν ἀλόντων ἀτυχήμασι τὸν θυμὸν διεγείρων, μεληδὸν κατ-
 ἤκιζε τὸ προστυχὸν σῶμα καὶ πολλῶν θανάτων φορὰν ἐν μιᾷ συμ-
 φορᾷ τῷ δειλαίῳ παρείχετο. οὐδὲν δὲ ἕτερον ἦν ἀκούειν ἐν οὗτῳ 2
 παμπληθεῖ καὶ πολυανθρώπῳ δήμῳ, ἀλλ' ἢ μόνον τὸν συριγμὸν
 τῶν ξιφῶν καὶ τῶν τοῦ αἵματος ὀχετῶν τὴν μετὰ βίας ἔκρουσιν.
 (46) οὐ πολὺ δὲ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ πάντες ἔκειντο θέαμα πολλῶν

4 δὴ om P

7 παραθήξει A

8 δεικνύμενοι P

14 ἑαυτοῦ A

tis, ad mortem gladio destinatam nostrum singulos erudiebat, et ne hac consummari refugeremus animos alacritatemque praestabat.

45. Cum haec ille ad nos loqueretur, aliique alios complexi et in colla ruentes vale diceremus, en adest et barbarorum manus, nec exiguo numero, Aethiopica cute nudisque corporibus, strictis ensibus, immaniter insultantium suumque instar dentes exacuendo rabiem furoremque pro- dentium. cumque in locum venissent, eos primum contrucidant qui ibi prope murum convoluti a portis maligno nocendique consilio clausis nobiscum reversi erant, quibus scilicet nihil aliud curae fuerat quam ut solum lictoris dextrae collum supponerent, sequē motu gestuque corpo- ris ictui excipiēdo aptarent. ac videre erat rem stuporis horroisque plenam. si enim sicarius, dedentis se atque ad necem inclinantis obse- quendi facilitate, miserantis ullo sensu affectus esset atque compunctus, letale vulnus adigens eum a doloribus ocius liberabat: sin minus sa- xeam cor emollitum esset, sed vesana se rabie oblectare mallet, capto- rum infortuniis furorem gravius excitans, obvium quemque membratim caedebat ac dehonestabat, multarumque necium vim una in calamitate misero adhibebat. nec in tam immani ac copiosa multitudine aliud au- dire erat, quam solummodo ensium stridorem ac rivorum sanguinis im- petu defluentis fragorem. (46) sic brevissimo tempore prostrati omnes

ὀδουρμῶν καὶ θρήνων ἐπάξιον. ὡς δὲ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐφθάνεν ἡ τομὴ (τῷ τείχει γὰρ εἶδον συγκεκρυφῶτας), ἐφώρησαν ὁμοθυμαδὸν καθ' ἕνα εἰς τι πρόχειρον θήραμα. φθάσαντες δὲ πλησίον τὴν ὀρμὴν ἐπέσχον. ἦν γὰρ ὁ ῥηθεὶς ἐν τῷ μεταξὺ πύργου, δι' **B** 5 οὗ διελθεῖν ἔμελλον καὶ πρὸς ἡμᾶς γενέσθαι, ὃς πάλαι ἦν τὸ ἔδαφος ἅπαν ξύλοις ἐστρωμένος, ἅτινα τῷ χρόνῳ σαπέντα καὶ διαφθεύσαντα οὐκ ἀσφαλῆ παρεῖχον τὴν ἐκεῖθεν διάβασιν· δύο γὰρ μόνα κατὰ μέσον ξύλα ἐναπηώρητο, δι' ὧν οἱ ταύτην διερχόμενοι ὑπότρομον τὴν πάροδον ἐπεποίητο. τὸ ἀμφίκριμνον οὖν **10** τοῦ κινδυνώδους τύπου κατιδόντες οἱ βάρβαροι ἐφώρησαν μὴ πως ἐν μέσῳ τῶν ξύλων γενομένων αὐτῶν λάθωμεν τεχνάσματα πεποικότες εἴσω τοῦ πύργου καὶ κρημισθῆναι τούτους παρασκευάσωμεν, εἰς ὕψος ἐπηρμένου πολὺ καὶ χαλεπὴν τὴν πτιῶσιν ἐπαπειλοῦντος. τοῦτο δὲ ὁ τῶν θυμασιῶν θεὸς ταῖς αὐτῶν διανοαῖς **15** ὑπέβουλε· εἰ γὰρ ἅμα τῷ πρὸς ἡμᾶς γενέσθαι τομῶς τῆς διαβάσεως κατετόλμησαν, οὐδὲν ἦτιον καὶ ἡμεῖς τῶν κειμένων τὸν ὄλεθρον ὑπεμένομεν. τῆς σχολῆς τέως τῆς τῶν λογισμῶν αὐτῶν διαίρεσεως, τοῦ φόβου τὰς ψυχὰς ἕκαστος ἡμῶν περιάραντες, εἴ τι καὶ δεοὶ πράττειν τῷ καιρῷ χρήσιμον ταῖς φρεσὶ κατεμεριζόμεθα. **20** ὡς οὖν εἶχον ἐγὼ τάχους ἀναπηδήσας καὶ θανάτου καταφρονήσας καὶ μηδ' ὅ τι κατὰ κόρησ ἐφέστηκε τὸ παράπαν εἰς νοῦν θέμενος, κατ' αὐτὴν γενόμενος τοῦ πύργου τὴν εἴσοδον ἔμελλον διὰ

10 μήπω P 11 γενόμενοι P, omissio αὐτῶν τεχνάσματι P
17 τῆς ante τῶν om P

iacebant, multarum lacrimarum ac luctuum dignum plane spectaculum. ubi autem nostris quoque capitibus ensis iam impendebat (viderant enim e muro prospectantes), velut ad paratam praedam unanimes irruerunt. ubi tamen propius accessissent, impetum reprimunt. media enim, quam dicebam, interiecta turris, ac qua ad nos venturi erant ac transituri, ea ratione, quod olim omne pavementum lignis constratum tempore computruerat ac diffluerat, haud tuto inde transire sinebat: duo enim duntaxat ligna in medio pendula viam tremulam transeuntibus sternebant. periculosae itaque viae gradu utrinque praecipite circumspicito, barbari anxii animi agitare, ne forte dum in lignorum medio constitissent, nostra aliqua in turre fraude praecipites agerentur, cum altius elatus locus tristem ruinam minaretur. id vero consilii rerum admirandarum deus illorum animis ingessit. si enim statim ut locum attigerunt, nulla mora quo ruebant impetu audacius transissent, nihil minus caesis reliquis nos quoque dira nece sublatis essemus. dum enim illi incerti deliberant, quique nostrum ex metu paululum conviviscentes, quid in rem nostram per eas angustias foret, disquirebamus. quanta igitur licuit celeritate ipse exsiliens mortemque contemnens, nec quod erat ob oculos discrimen prorsus in animum inducens, ad ipsum turris ostium veniens per ligna

- D** τῶν ξύλων πρὸς τοὺς βαρβάρους χωρεῖν. οἱ δ' ἐπειδὴ οὕτω με
 θαρσαλέως πρὸς αὐτοὺς κατεῖδον αὐτομολήσαντα, ὕπλον μὲν καὶ
 πρὸς ἄμυναν οὐδὲν ἐπιφερόμενον, ἔχοντα δέ τι σπουδαῖον εἰπεῖν,
 ἐπῆλθον καὶ αὐτοὶ στοιχηδὸν ἀλλήλους συντάξαντες καὶ τὰς δεξιὰς
 ἀνατείναντες, τὰς τε μαχαίρας κατὰ τῆς ἐμῆς κορυφῆς ἐπαγαγεῖν
 σχηματισάμενοι. ὡς δ' οὐδὲ τοῦτό με τέως καταπτήξαι πεποίηκεν
 (ὅλον γὰρ εἶχον τὸν νοῦν πρὸς ἅπερ ἠθέλον λέγειν ἠσυχολημένον),
 εἷς τις τῶν Αἰθιοπίων, καὶ τούτων μάλιστα ὁ γενναιώτερός τε καὶ
 εὐτολμότερος, μεγέθει τῶν λοιπῶν διηνηροχῶς, κατ' ἐμὲ γενόμε-
P 356 νος ἐπεχειρεῖ μοι τὴν μάχαιραν κατένεγκεῖν τῷ μετώπῳ. ἐγὼ δὲ
 τὰς χεῖρας ἀνασχών “μὴ τοῦτο πράξῃς” εἶπον, “ἐπεὶ πολλῶν
 χρημάτων σεαυτὸν καὶ τοὺς περὶ σὲ ζημιοῖς.” (47) οὕτως ἔτυ-
 χον εἰπών, καὶ τῷ πεπαρορησιασμένῳ τοῦ σχήματος τὴν ὀρμὴν τοῦ
 Αἰθίοπος τέως πρὸς τὸ μὴ τὴν τομὴν ἐνεγκεῖν ἀνακόψας, τὴν
 λαϊὰν δὲ τῶν χειρῶν ἐγκρούσας εἴσω τοῦ κόλπου καὶ τινα χρούσεια
 κόσμια τὸ τάχος ἐξενεγκὼν καὶ τῇ παλάμῃ τούτου ἐνθήμενος,
 “ἴστωσάν σοι ταῦτα” ἔφην “ἐνέχυρα τῆς ζωῆς τῆς ἐμῆς. εἶπερ
 δὲ πολὺ πλείονα τούτων εὐπορήσει βούλει, τῷ πατρὶ καὶ τοῖς
 ἀδελφοῖς, ἀλλὰ καὶ τὰδελφῶ τοῦ πατρός;” ἐπιστραφεὶς καὶ τού-
B τους ἐν ᾧπερ ἦσαν τόπῳ τῷ δακτύλῳ καθυποδείξας, “τὸ μὴ θα-
 νεῖν κατεγγήσαι, καὶ παρέξομαι σοι χρήσιμα δῶρα, τῇ προσδοκίᾳ
 ὑμῶν ἐν τισιν ἀφανέσει τόποις προαποτεθειμένα, οὓς ἡμεῖς τε μόνοι
 διαγινώσκομεν καὶ ὑμῖν προθύμως σωτηρίας τυγχάνοντες ὑποδείξο-

ad barbaros procurrebam. hi vero sic audacter mea sponte ad eos pro-
 gredientem videntes, virum inermem, nec quod ulciscendo esset aliquid
 inferentem, sed rem aliquam momenti dicere habentem, ipsi quoque or-
 dine digesto seque eo componentes, extentis dextris, inque verticem si-
 mulato gladios adigentes, incurrere. ac ne sic quidem incusso timore
 (omni enim mentis facultate a me dicendis attentus eram) unus quidam
 Aethiopum, inter illos fortissimus praefidentiorque ac proceritate reli-
 quos superans, prope accedens ensem in frontem impingere pertentabat.
 ego sublatis manibus, “ne hoc feceris” inquam: “alioqui magnarum pec-
 uniarum vi te tuosque fraudabis.” (47) dixeram, gestusque et habitus
 omnisque indolis praefidentia ac firma constantia Aethiopsis hactenus im-
 petum, ne ictum inferret, retardans, cum laeva in sinum missa, eaque
 quantocius aurea quaedam monilia extrahens, ac illi in manum tradens
 “sint haec” inquam “meae vitae pignora. quodsi his quoque longe ma-
 iora nancisci desideras, patri fratribusque, quin et patris fratri,” con-
 versus, ac quo loco delituerant, eos digito monstrans, “vitam paciscere,
 doneaque amplissima praebebo, dum vos expectamus obscuris quibus-
 dam forulis reposita; quae nos tantummodo novimus, certique de nostra
 salute prompte ostendemus. sin mori contigerit, actum illis est ac perie-

μεν. εἰ δέ γε θάνοιμεν, διόλωλεν ἐκεῖνα, τὰς τε ὑμῶν διαφυγόντα
 χεῖρας καὶ τῇ ζωῇ τῇ ἡμετέρα συναπολήξαντα," τούτοις τὸν θυμὸν
 παρακατασχὼν τοῦ βαρβάρου, καὶ τῇ ἐπιδόσει τῶν κοσμίων εἰς
 ὑπόνοιαν ὧν φθάσας εἶπον τὴν διάνοιαν αὐτοῦ ἐμβαλὼν, ἐν οἷς
 5 ποικίλως ἑαυτὸν πρὸς ἰκεσίαν κατεσχημάτιζον. οὐδὲ γὰρ ἦδει βάρ-
 βαρος ὧν ἂ πρὸς αὐτὸν διελεγόμην, ἀλλ' ἢ μόνον ἐφαίνετο θαν- C
 μάζων τὴν παρησιάν καὶ τὸ σεσοφισμένον τῆς πληροφορίας παντὶ
 τρόπῳ κατενεργούμενον.

48. Ἐν τούτοις ἕτερός τις ἐγγύθεν ἐλθὼν ἀφῆκε φωνήν,
 10 "τί ταῦτα οὕτω ποιεῖς, καὶ τὸν Αἰθίοπα ταῖς ἰκεσίαις παρακατέ-
 χεις, ἐξὸν εἰπεῖν πρὸς ἐμέ; καὶ εἴ τι καὶ δέοι, συναντιλήφομαι
 σοι." ἐγὼ δὲ τὸ πλεον θαρρήσας καὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς παρουσίᾳ
 πρὸς τὸ εὐθυμότερον μετατιθεὶς ἀνέκραγον, "σῶσον" εἰπὼν, "ὅστις
 εἶ, πρὸς Θεοῦ ἡμῖν ἐν τούτοις χρειωδῶς ἀπεσταλμένε, καὶ τῆς
 15 παρούσης ἀνάγκης ἐξάρπασον. λήψη δὲ παρ' ἡμῶν ταύτης τῆς
 χάριτος ἔνεκεν ἄξια τῆς ζωῆς ἡμῶν λύτρα, καὶ ὧν οὐδὲν ἐξ ἴσου, D
 κατὰ πᾶσαν ἦν ἤλωτε τήνδε τὴν πόλιν, ἐν ἄλλοις τισὶν εὐρεθήσε-
 ται." ἐκεῖνος οὖν "θαρσεῖτε" ἔφη, "καὶ τοῦ θανάτου τῆς ἐν-
 νοίας ἀπόσχεσθε, καὶ πρὸς τὸ εὐθυμότερον ἑαυτοὺς μεταρμόσατε.
 20 ἐγὼ δέ" φησι "καὶ τοὺς Αἰθίοπας πείσω τὰ αὐτὰ μοι συνθέσθαι,
 καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ καθηγουμένου παντὸς τοῦ στρατοῦ ὑμᾶς
 ἀπάξω πρὸς τὸ καὶ ὑπ' ἐκείνου λαβεῖν τὴν περὶ τοῦ ζῆν πληροφο-

1 ὑμῖν A
 α] ὧν P

2 τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας A
 17 ἤλωται A

5 οὐδὲν P

6 ὧν

runt, quae et manus vestras effugiant, et una cum vita nostra in rerum
 censu usuque hominum esse desinant." his verbis represso barbari fu-
 rore, pignorumque illa erogatione in eorum quae a me dicerentur sensum
 prope adducens; quibus scilicet me ipse vario gestu atque habitu ad
 supplicandum efformabam. nihil enim ille intelligebat eorum quae ad
 ipsum loquebar, sed solummodo libertatem mirari videbatur, atque ad
 certam modis omnibus praestandam fidem solertiam.

48. Interea alius quispiam prope accedens "quid tu haec" inquit
 "ita facis, et Aethiopem supplicando detines, cum ad me loqui liceat, qui
 et opitulabor, si quid necesse sit?" tunc ego audacior factus virique
 praesentia aequiore animo mutatus, "serva" inquam, "quicumque es, a
 deo nobis in his angustiis non incommode missus, et a praesenti nos
 necessitate eripe. referes enim a nobis digna eius quam servaveris vi-
 tae nostrae praemia, eiusmodi scilicet ut in universa hac, quam diripitis,
 civitate apud reliquos nulla ipsis occurrerint paria." et ille "confidite"
 inquit, "mortisque cogitationem depellite, et ad hilarius ingenium vos
 ipsos componite. ego autem" inquit "etiam Aethiopicibus auctor ero ut
 idem mecum paciscantur, et ad ipsum usque universarum copiarum du-
 ctorem ac imperatorem vos ducam, ut ab eo quoque vitae securitatem

ρίαν. μόνον αὐτοὶ τὰ ὑποσχθέντα πληρῶσαι πρὸς ἀλλήλους δια-
νοήθητε· εἰ γὰρ τι τῶν παρ' ὑμῶν λεχθέντων μὴ πρὸς ἔργον
ἔχθῃ, ταῖς μαχαίραις ταύταις κριθήσεται." ὡς οὖν ταῦτα ἔλε-

P 357 γεν, εὐθὺς ὁ πατὴρ ὁ ἕμους σὺν τοῖς ῥηθεῖσι δυνὶν ἀδελφοῖς καθ'
ἡμᾶς γενόμενοι, καὶ τοῖς ποσὶ τούτου τὰς κεφαλὰς προσερείσαν- 5
τες, ἐδέοντο τὴν αὐτὴν ἔμοι πληροφορίαν λαβεῖν, βεβαιούμενοι
πληρώσειν ἐτοιμῶς ὅσα ἐγὼ προκατεῖπον. Θᾶττον οὖν ἐκεῖνος
πάντα ἃ παρ' ἡμῶν ἠκηκόει ταῖς τῶν ἄλλων ἐνθήμενος ἀκοῖς,
καὶ τούτῳ μάλιστα ὧ κατ' ἀρχὰς ἐγὼ περιέτυχον ἕκαστα προειπῶν,
λόγον τε πείσας ἔνορκον ἡμῖν παρασχεῖν, οὕτως μηδὲν παρήγει 10
τοῦ λοιποῦ δεδιέναι.

49. Συλλαβόμενοι δὲ ἡμῶν καὶ τοῦ τείχους καταβιβάσαν-
τες, εἰς μέσους τε αὐτῶν διαλαβόντες, ἦγον τὴν ἐπὶ θάλασσαν,
B ἐπάνω τῶν σωμάτων τῶν ἤδη ἀναιρεθέντων βαδίζοντες. τῆς οὖν
εἴσω πόλεως τὴν πύλην ἐμβάντες οὐ κατενθὺ τὴν πορείαν ἐποιού- 15
μεθα, ἀλλὰ τῷ ὑπτιάζοντι μέρει τραπέντες τοῦ ἐκεῖσε βουνοῦ πρὸς
τὸ κάτωτες ἐφερόμεθα. ἔνθα καὶ τινες ἄλλοι κατεφάνησαν ἀνιόν-
τες Αἰθίοπες, καὶ αὐτοὶ μαχαίρας κατέχοντες ταῖς χερσίν, οἳ καὶ
μέσον τῶν ἤδη χειρωσαμένων διειλημμένους ἐωρακότες ἡμᾶς τῇ
φυσικῇ μαρίᾳ πληγέντες ὤρησαν ἀναιδῶς, πόρωθεν δεικνύμενοι 20
τοῦ κινουῦντος θυμοῦ τὴν ἐπίτασιν. ἀλλ' ἐπειδὴ καθ' ἡμᾶς γεγο-
νότες ἔγνων μηδὲν ἡμῖν ἐπενεχθῆναι δεινὸν τοὺς ἤδη προειληφότες

9 προσειπῶν P 14 ἤδη om P

accipiatis, si modo inter vos ipsi consenseritis, ut ea quae promissa
sunt impleatis. si quid enim eorum quae locuti estis effectu caruerit,
hisce gladiis iudicium de vobis erit." haec itaque eo loquente, illico
pater meus cum iam laudatis duobus fratribus ad nos procedentes, atque
eius pedibus capita defigentes, eandem ipsam quam mihi sponderant
vitae securitatem rogabant accipere, omnino affirmantes rata habituros
ac prompte impleturos quaecunque ego praelocutus eram. actutum igitur
μήσας ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι κέκληκεν. Ἀδριανὸς δὲ Καῖσαρ εὐκτίστοις ἐρέμασιν αὐτὴν μεγαλύνας πόλιν Ἀδριανοῦ μετακέκληκεν. αὕτη τρίτης ἡμέρας παρὰ ἀνδρὸς εὐπετοῦς ἐν διόδῳ Φιλιππουπό- C
λεως σταδιάζεται, ἡγκαλισμένη ὕρει τῷ Αἴμῳ, παρ' ᾧ οἱ τρεῖς
5 ποταμοὶ ἐς μισγάγκειαν οἶον συμβάλλετον ὄμβριμον ὕδωρ.

2. Οὗτος ὁ βασιλεὺς προστάσσει Μαριανῶ ἐπάρχω τῷ
νιῶ Πετρωνᾷ, καὶ ἀναγορεύει αὐτὸν μόνον βασιλεύ. Ὀροφῆας
δὲ τοῦ πλωῖμου στρατηγὸς χρηματίζων καὶ καθηγεμῶν, συνείς τὸ
πραχθὲν παρὰ Βασιλείου καὶ φιλοδέσποτος ὢν, πρὸς ἐκδίκησιν
10 Μιχαὴλ βασιλέως κεινῆται. τοῦτον μετακαλεῖται ὁ αὐτοκράτωρ,
καὶ τὰ μὲν πρῶτα λόγοις αὐτῷ ἐφρυβρίστοις ἐπαπειλεῖ, ἔπειτα ἀπο-
δοχῆς ἀξιοῖ ἀνθ' ὧν ὑπὲρ δεσπότης τοιαῦτα τετολυμῆκέναι προή- D
ρηται. ἀλλὰ δὴ καὶ χρόνον προβεβηκότος ἐπ' αὐτῷ τοσοῦτον
πεπληροφόρηται ὥστε καταλιμπάνειν αὐτῷ τὴν πόλιν ἐξιὼν κατ'
15 ἐχθρῶν.

3. Ἀναγκαῖον δέ ἐστι καὶ παρὰ Θεοῦ γενομένην ἐκδίκησιν
εἰς τοὺς τὸν Μιχαὴλ διαχειρισμένους γράψαι. ὁ μὲν οὖν Ἰακω-
βίτζης κνηγῶν μετὰ τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ ξίφους αὐτοῦ ἐκπε-
σόντος, καὶ αὐτοῦ μέλλοντος κατελθεῖν εἰς τὸ ἄραι αὐτόν, ὁ ποῦς
20 αὐτοῦ ἐν τῇ σκάλῃ ἐκρατήθη, καὶ θρονηθεὶς ὁ ἵππος ἔσυρεν αὐτόν
κατὰ φαράγγων καὶ κρημνῶν καὶ μεληδὸν κατέκουσεν. Ἰωάννης
δὲ ὁ Χάλδος στρατηγὸς Χαλδίας γενόμενος, ἐπεὶ κατὰ τοῦ βασι- P 454

2 Ἀδριανὸς P

morbo solutus est. Adrianus vero Caesar firmis propugnaculis munitam, dilatatisque eius pomeriis, ex suo nomine Adrianopolim vocavit. abest trium dierum spatio a Philippopoli, in montis Aemi sinu, ad quem tres fluvii, velut fere aquae pluviales, uno alveo miscentur.

2. Iubet Basilio Mariano praefecto Petronae filio; isque eum solum imperatorem acclamat. Ooryphas autem navalis exercitus praetor atque dux, ubi intellexisset quae a Basilio gesta in Michaellem essent, ipse domini amans servusque ingenuus ad Michaelis imperatoris ultionem sese accingit. accersitum imperator primum quidem contumeliosis ac minacibus verbis accipit; tumque benigne habet laudatque, quod ut talia in domini gratiam auderet in animum induxerit. quin lapsu temporis sic aucta in eum imperatoris fiducia est, ut in hostes proficiscens eius fidei urbem commiserit.

3. Operae pretium vero sit ut et divinam in eos qui Michaelis paricidae fuerunt ultionem describamus. Iacobitzes itaque imperatori inter venandum comes, dum ensem delapsus levaturus equo desilit, haerente pede e pensili scandula, territoque equo per cava voraginum praecipitiaeque trahente, membratim discerptus est. Ioannes Chaldus, qui exercitus ductor in Chaldia fuerat, deprehensus machinari adversus impera-

λέως μελετῶν ἐφωράθη, ἀνασκοποῖται παρὰ Ἀνδρέου στρατηλάτου. ὁ δὲ ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως Ἀσυλαίων, ἔξωσθεις παρὰ τοῦ βασιλέως ἐν τῷ προαστείῳ αὐτοῦ, ἀπηνῆς ὢν καὶ ὠμὸς πρὸς τοὺς αὐτοῦ δούλους μαχαίραις ὑπ' αὐτῶν ἀνῆρέθη· οὓς κρατήσας ὁ βασιλεὺς καὶ μεληδὸν κατακόψας ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῦ 5 ἔκασεν. ὁ δὲ ἀπελάτης ὁ τοῦ Πέρσου σκοληκόβρωτος γενόμενος τὴν ψυχὴν ἀπέρρηξεν. Κωνσταντῖνος δὲ ὁ Τοξαράς εἰς Κιβυρραιώτας σπαθοκοπηθεὶς τελευτᾷ, καὶ Μαριανὸς ὁ ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως τὸν πόδα συντριβεὶς καὶ ὑπὸ σκολήκων καταβρωθεὶς τελευτᾷ. 10

B 4. Ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν Χριστοῦ γέννων προελεύσεως γενομένης βαπτίζει ὁ βασιλεὺς διὰ Φωτίου Στέφανον τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ.

5. Τῷ γ' αὐτοῦ ἔτει, τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Πολυεύκτου, γέγονε σεισμὸς ἐπὶ μ' ἡμέρας καὶ μ' νύκτας, καὶ ἐπτώθησαν 15 πολλαὶ ἐκκλησίαι, μεθ' ὧν καὶ ἡ ὑπεράγλα θεοτόκος ἢ λεγομένη τὸ Σίγμα, ὥστε πάντας τοὺς ψάλλοντας ἐκεῖσε τελευτῆσαι. Λέων δὲ ὁ φιλόσοφος τυχῶν ἐκεῖ παρῆναι πάντας ἔξελεθῆν· οἱ δὲ μὴ πεισθέντες συνετελέσθησαν ἅπαντες. αὐτὸς δὲ ὁ φιλόσοφος εἰς κίονα ὑπὸ συσταματίου σταθεὶς μετὰ καὶ ἐτέρων δύο ἐσώθη, καὶ 20

C ἕτεροι θ' μόνοι ὑποκάτω τοῦ ἄμβωνος.

6. Φώτιος δὲ ὁ πατριάρχης, ἐλθόντος τοῦ βασιλέως ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ μέλλοντος αὐτοῦ κοινωνεῖν, ληστὴν καὶ φρονέα

6 Leo grammaticus Πέρσης. Combef.

15 ἐπτώθησαν?

21 Georgius πέντε

torem ab Andrea magistro militiae palo affixus est. imperatoris frater Asylaeo, ab eo in suburbanum suum relegatus, quod in servos ac domesticos immitis ac crudelis esset, gladio ab eis necatus est. hos imperator captos membratimque concisos ad Amastriani combussit. Apelates Persae a vermibus corrosus vitam finivit. Constantinus Toxoras apud Cybrrhaeotas gladiis concisos periit. Marianus denique imperatoris frater confracto pede ac vermibus putrescente extinctus est.

4. Christi natalis solenni die, pompa habita, baptizat imperator per Photium filium suum Stephanum, in magna ecclesia.

5. Basilii imperatoris anno tertio, in die festo S. Polyucti, ad dies quadraginta totidemque noctes terrae motus factus est, cecideruntque multae ecclesiae, inter quas etiam sancta deipara, quam Sigma vocant, adeo sane ut omnes in ea divinas decantantes laudes communis ruina opprimerit. porro Leo philosophus, cum esset ibi, hortabatur omnes egredi; cui illi haud morem gerentes pari omnes interitu perierunt. ipse tamen ad columnam sub arcu stans cum duobus aliis servatus est, nec non alii novem duntaxat sub ambone positi.

6. Photius patriarcha imperatore ad ecclesiam veniente, ac cum sacra mysteria percepturus esset, latronem eum et parricidam ac divina

ἔλεγεν καὶ ἀνάξιον τῆς θείας κοινωνίας. ὁ δὲ θυμωθεὶς ἀπέστειλεν ἐν Ῥώμῃ, καὶ ἤγαγε τόμον μετὰ Ῥωμαίων ἐπισκόπων, καὶ τοῦτον τοῦ θρόνου ἐξέωσεν· καὶ ἀναβιβάζει πάλιν Ἰγνάτιον τὸν ἐν ἁγίοις πατριάρχην τὸ δεύτερον.

5 7. Μετὰ τὸ ἐξωσθῆναι τῆς ἐκκλησίας Φώτιον καὶ ἐν τῇ
μονῇ τῆς Σκέπης ἐξορισθῆναι ἐτροπέυσατο πλάσμα τοιόνδε.
γενεθλιαλογήσας τὸν βασιλέα Βασίλειον, ὡς ἀπὸ Τηριδάτου τῆς D
μεγάλης Ἀρμενίας ἄρχοντος τὴν γενεὰν κατάγοντος, καὶ τὸ βιβλίον
βασιλικῆ βιβλιοθήκῃ ἐνθεῖναι διὰ Θεοφάνους τοῦ λεγομένου Σφη-
10 νοδαίμονος, βασιλικοῦ κληρικοῦ τότε τυγχάνοντος καὶ τῷ Βασι-
λείῳ προσκειμένου διὰ σοφίαν καὶ πολυμαθίαν. ἐκλαβόμενος δὲ
τὰ πρῶτα στοιχεῖα τῶν ὀνομάτων οὕτως, Βασιλίειον Εὐδοκίαν
Κωνσταντίνου Λέοντος Ἀλεξάνδρου καὶ Στεφάνου, ἃ καὶ ἀνα-
γινωσκόμενα Βεκλὰς ὀνομάζεται. τούτου τὴν ἀπ' ἄρχῆς γενεα-
15 λογίαν κατὰ τε χώραν καὶ πράγματα ἀναμαθὼν, καὶ καταγρα-
ψάμενος τὸ βιβλίον, καὶ τούτου ἐπιτηδεύμασι παλαιότατον ποιή- P 455
σας, τῇ βασιλικῇ βιβλιοθήκῃ, ὡς εἴρηται, κατατίθεται διὰ Σφη-
νοδαίμονος Θεοφάνους. καὶ ποτε αὐτοῦ τοῦ Σφηνοδαίμονος προσ-
τάξει βασιλικῆ βιβλίον τι ζητοῦντος, ὡς εἶπεν αὐτὸ καὶ πολυπρα-
20 γμονῶν ἠπόρει, τῷ βασιλεῖ ὑποδείκνυσι καὶ φησὶ "τούτου ἄλλος
νοῆσαι οὐ δύναται τὰ γεγραμμένα εἰ μὴ Φώτιος." καὶ εὐθὺς ὁ
αὐτὸς ἀποστέλλεται· καὶ ἡ πρόφασις εὐχερῆς, ὡς εἰ μὴ ἴδω τὸν
βασιλέα, οὐ λέγω τί ἐστι τὸ βιβλίον ἢ ἡ τούτου ἐπιγραφή. καὶ

16 τοῦτο?

indignum communione dicere. qua ille re ira accensus Romam misit, tomoque impetrato cum episcopis Latinis Photium sede eiicit, iterumque ac secundo sacerdotio sanctum Ignatium praeficit.

7. Eiectus ex ecclesia Photius, et in monasterio quod Scepaie vocant exulans, eiusmodi figmentum commentus est. Basilii imperatoris genealogiam pertexens, quasi a Teridate magnae Armeniae principe is originem traheret, librum in regia bibliotheca reponi curat, Theophanis cognomento Sphenodaemonis opera, tunc palatini clerici, viri sapientiae ac eruditionis nomine Basilio cari. excerptis namque initialibus nominum literis in hunc modum, Basilii Eudociae Constantini Leonis Alexandri Stephani, ex quibus legendo vox Beclas conficitur; Basiliique a principio genealogiam doctus, sive regionem sive res illi gestas spectes, eaque in commentarios redacta, sicque subtili arte libello compositio ut probe antiquum codicem referret, in regia, uti dictum est, bibliotheca reponit, eius quem dicebam Theophanis Sphenodaemonis opera. dumque is aliquando imperatoris iussu in eadem bibliotheca librum quaerit, istoque invento curiosius inquirens animi anxium agit, imperatori ostendit, aitque excepto duntaxat Photio neminem esse qui in illo scripta intelligere posset. statimque is ipse ad Photium mittitur. facillimae praetextus: "nisi" inquit "imperatorem videro, non dicam quis sit liber

εἰσελθὼν τοῦτο ἀναγινώσκει, καὶ ὡς δι' ἀγγέλου τοῦτο μεμάρ-
B θηκεν. τοῦτο πάλιν ἢ πρὸς τὸν βασιλέα Φωτίου οἰκειώσεις γί-
νεται.

8. Τῷ ε' αὐτοῦ ἔτει τῆς κγ' τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς ἐγεν-
νήθη Ἀλέξανδρος βασιλεὺς ἀπὸ τῆς Ἰγγηρος Εὐδοκίας, γνήσιος 5
παῖς τοῦ Βασιλείου. ἐκστρατεύει δὲ ὁ βασιλεὺς κατὰ τῶν Ἀγαρη-
νῶν τῶν εἰς Ἀφρικὴν, καὶ πολέμους συνάρας πολλοὺς εἰς πάν-
τας ἠττήθη καὶ πολλοὺς τῶν Ῥωμαίων ἀπεβάλετο. μέλλοντα δὲ
κρατηθῆναι καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα Θεοφύλακτος ὁ Ἀβάστακτος
διέσωσεν, ὁ πατὴρ Ῥωμανοῦ τοῦ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντος. 10
ὑποστρέψαντος δὲ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ πόλει, ἀπέστειλε Χριστο-
C φόρον γαμβρὸν αὐτοῦ ἐν τῇ Ἀφρικῇ, καὶ νίκην ποιήσας ἐκπόρ-
θησε ταύτην καταστρέψας ἕως ἐδάφους.

9. Τῷ ε' ἔτει αὐτοῦ Ἰγνάτιος ὁ πάτριάρχης τὴν τοῦ Σα-
τύρου ἐκκλησίαν εἰς ὄνομα τοῦ ἀρχιστρατήγου τοῦ Ἀνατέλλοντος 15
ἐποίησεν· εἶτα καὶ μονὴν αὐτὴν ἀνδρώαν εἰργάσατο, ἐνθα καὶ
ἐτάφη. καὶ Σάτυρος μὲν ὀνομάζεται, ὅτι ἐν μικρῷ διαστήματι
τῆς τοιαύτης μονῆς ὁ παλαιὸς ὀνομάζεται Σάτυρος, ἐν ᾗ ἦν ἱερὸν
παρ' Ἑλλήνων οἰκοδομηθὲν τῷ αὐτῷ Σατύρῳ, οὗ καθ' ὁμωνυ-
μίαν διὰ τὸ πλησίον εἶναι τὴν εἰρημένην μονὴν τῷ τοιούτῳ καλεῖ- 20
ται ὀνόματι· ἐξ οὗ καὶ τὸ παλάτιον τοῦ Βρύαντος κτίσας Θεό-
D φίλος ὁ βασιλεὺς τὴν ὕλην ἀφελόμενος ταύτην ἐδείματο. Ἀνα-

7 immo Τεφρικὴν, cum margine P. et mox Τεφρικῇ

eiusve inscriptio." ingressus itaque librum legit, ac quasi ab angelo didicisset, percurrit. hinc rursus Photii cum Basilio necessitudo coaluit.

8. Eius imperii anno quinto, mensis Novembris die vigesima tertia, natus est Alexander imperator ex Eudocia Ingerina, Basili legitima proles. imperator expeditione suscepta adversus Agarenos Tephricenses, multisque consertis praeliis, in omnibus victus est multosque Romanorum amisit. ac cum ipse iam imperator capiendus videretur, Theophylactus Abastactus eum servavit, Romani pater eius qui postea imperium tenuit. reversusque in urbem imperator Christophorum generum suum in Tephricam misit, partaque victoria locum vastavit ac solo tenus evertit.

9. Imperii Basili anno sexto Ignatius patriarcha Satyrum ecclesiam sub nomine caelestis militiae principis Orientis aedificavit, posteaque virorum monasterium fecit, ubi et sepultus fuit. et quidem Satyri nomen est, quod non procul ab eo monasterio antiquus Satyrus dicebatur, ubi templum erat Graecorum superstitione eidem Satyro exstructum; ex cuius vicinia contigit per homonymiam ut et monasterium eodem vocabulo censeretur. Theophilus vero imperator accepta inde materia Bryantis regias aedes construxit. quod autem Oriens appelletur, ea

τέλλων δὲ καλεῖται δι' αἰτίαν τοιαύτην. κνηγοῦντί ποτε Νικηφόρῳ τῷ βασιλεῖ ἐν οἷς ἀρτίως ἔστιν ἡ μονὴ μέρεσιν, ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ χειρωθείσης ἐλάφου ἐν ᾧ νῦν τὸ τῆς μονῆς θυσιαστήριον ἴδρυνται, εὐρέθη τράπεζα παλαιὰ ὑπὸ κίονος βασταζομένη γράφουσα οὕτως "τοῦτό ἐστιν τὸ ἅγιον θυσιαστήριον τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ τοῦ Ἀνατέλλοντος, ὅπερ ἐνεθρόνισεν ὁ ἅγιος ἀπόστολος Ἀνδρέας."

10. Τῷ ζ' καὶ τῷ η' αὐτοῦ ἔτει βαπτίζει ὁ Βασίλειος πάντας τοὺς ὑπὸ χεῖρα αὐτοῦ Ἑβραίους, διδοὺς αὐτοῖς ἀξίας καὶ δῶρα
 10 πολλά. τότε δὲ καὶ τὸν προειρημένον Νικόλαον τὸν προσημονάριον P 456 τοῦ ἁγίου Διομήδους ἐποίησεν οἰκονόμον καὶ σύγκελλον, τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἰωάννην δρουγγάριον τῆς βίγλας, τὸν δὲ ἕτερον ἀδελφὸν Παῦλον ἐπὶ τῆς βασιλικῆς σακέλλης, τὸν δὲ ἕτερον ἀδελφὸν Κωνσταντῖνον γενικὸν λογοθέτην.

11. Τῷ θ' αὐτοῦ ἔτει ἤρξατο κτίζειν ὁ βασιλεὺς τὴν Νέαν ἐκκλησίαν, καὶ ἡ Συράκουσα παρεδόθη τοῖς Σαρακηνοῖς.

12. Τῷ ι' αὐτοῦ ἔτει Νικήτας ὁ Ξυληνίτης καὶ ἐπὶ τῆς τραπεζῆς κατηγορήθη ὡς φιλούμενος παρὰ τῆς Ἀγνούστης· ὃς καὶ ἀποκίρεται καὶ μοναχὸς γίνεται. πολλὰ δὲ χαλκουργήματα B
 20 κατέαξεν ὁ βασιλεὺς λόγῳ τῆς Νέας ἐκκλησίας· ἀλλὰ καὶ μύρμαρα καὶ ψηφίδας καὶ κίονας ἐκ πολλῶν ἐκκλησιῶν καὶ οἰκῶν λόγῳ ταύτης ἀνελάβετο. ἐν οἷς στήλη ἴσταται χαλκῆ ἐν τῷ Σενάτῳ σχῆμα ἐπισκόπου φέρουσα· ἐκράτει δὲ ἐν τῇ χειρὶ ῥάβδον ὅφιν

ratio est. cum aliquando Nicephorus imperator iis in locis venationem ageret in quibus modo situm monasterium est, in eo ipso loco ubi nunc Basilicae situm altare est, capto cervo vetus mensa sustentante columna inventa est, hac inscriptione "sanctum Michaelis caelestis militiae principis Orientis altare, quod sanctus Andreas apostolus posuit."

10. Imperii annis septimo et octavo baptizat Basilius Hebraeos omnes sub ditione positos, dignitatibus augens ac plura illis dona tribuens. tunc vero etiam, cuius supra meminimus, Nicolaum sancti Diomedis mansionarium, oekonomi ac syncelli dignitate decoravit; eius fratrem Ioannem excubiarum drungarium praefecit; fratrem alterum Paulum regio sacello praefecit; tertium denique Constantinum aerarii publici logothetam creavit.

11. Basilii imperii anno nono coepit imperator aedificare Novam ecclesiam; urbsque Syracusa prodita est Saracenis.

12. Basilii imperii anno undecimo Nicetas Xylenites ac mensae praepositus, Augustae amorem accusatus, posita coma in monasterium trusus est. multa vasa aenea confregit imperator, in usum vertenda Novae ecclesiae. marmora quoque et musiva et columnae ex multis ecclesiis aedibusque sublata eius exstruendae causa. inter haec ornamenta statua aenea in senatu erat episcopi habitu, virgamque manu tenens,

ἐντετυλισμένον ἔχουσαν. ταύτην ἤγαγον ἐν τῷ βεστιαρίῳ· καὶ ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς ἔβαλε τὸν δάκτυλον αὐτοῦ εἰς τὸ στόμα τοῦ ὄφeos· καὶ ἦν ἔσωθεν ἄλλος ὄφεις ζῶν, ὃς καὶ ἔδακε τὸν δάκτυλον
 C τοῦ βασιλέως· καὶ μόλις δι' ἀντιφαρμάκων ἴαθη. καὶ τὴν στή-
 λην δὲ Σολομῶντος ἐν τῇ βασιλικῇ οὕσαν εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐκτε- 5
 πώσας, τοῖς θεμελίοις τῆς Νέας ἐκκλησίας ὡς θυσίαν ἑαυτὸν τῷ
 θεῷ προσῆξεν.

13. Τῷ ια' αὐτοῦ ἔτει ἐστρατεῦει πάλιν κατὰ Μελιτη-
 νῶν, καὶ πολλοὺς πολέμους κατορθώσας καὶ αἰχμαλωσίαν πολλήν
 λαβῶν ὑπέστρεψεν.

14. Τῷ ιβ' αὐτοῦ ἔτει τελευτᾷ ὁ πατριάρχης Ἰγνάτιος,
 καὶ πάλιν Φώτιος ἀναβιβάζεται.

D 15. Τῷ ιγ' αὐτοῦ ἔτει ἐστρατεῦει ὁ βασιλεὺς κατὰ Γερ-
 μανικίαν, καὶ ταύτην αἰχμαλωτεύσας ὑπέστρεψεν. τελευτᾷ δὲ
 Κωνσταντῖνος υἱὸς Μιχαὴλ ὁ ἐξ Εὐδοκίας, ὡς δὲ λόγος, υἱὸς 15
 Βασιλείου· ὃν πολλὰ θρηνήσας ἀπέθετο ἐν τοῖς τάφοις τῶν βα-
 σιλέων.

16. Τῷ ιδ' αὐτοῦ ἔτει, μηνὶ Μαΐῳ α', ἐγκαινίζεται καὶ
 ἐνθρονίζεται ἡ Νέα ἐκκλησία παρὰ Φωτίου πατριάρχον.

17. Τῷ ιε' αὐτοῦ ἔτει Λέων ὁ Σαλιβαρῶς συνοψίζει Φω- 20
 τῷ πατριάρχῃ Θεόδωρον μοναχὸν τὸν Σανταβαρηνόν, ὃς ὑπὸ
 P 457 Φωτίου μετὰ τοῦτο γέγονεν ἀρχιεπίσκοπος Εὐχαΐτων, ὡς ἐδλαβῆ

cui serpens gyris convolutus erat. statua in vestiarium illata, veniens
 imperator in serpentis os immisso digito, vivo alio serpente intus resi-
 dente morsum infigente, sic laesus est ut vix ullis remediis curari po-
 tuerit. sed et Salomonis statuam in basilica constitutam, ex suo effor-
 matam nomine, se ipsum deo velut hostiam offerens, in Novae ecclesiae
 fundamenta iecit.

13. Anno Basillii imperii undecimo suscepta rursus imperator ad-
 versus Melitenenses expeditione, multisque praeliis victor ingentique
 onustus praeda, ac captivis adductis, reversus est.

14. Anno Basillii imperii duodecimo Ignatio patriarcha vivis exem-
 pto Photius regiae urbis sacerdos iterum provectus est.

15. Anno Basillii imperii tertio decimo eductis imperator adversus
 Germanicam copiis, eaque direpta atque vastata, reversus est. moritur
 vero Constantinus Michaelis filius ex Eudocia, hominum autem vulgique
 opinione Basillii filius. eum ille ingenti luctu prosecutus ipsius in impe-
 ratorem sepulcris funus deposuit.

16. Anno Basillii imperii quarto decimo, calendis Maii, dedicatur
 divinisque officiis publice celebrandis aperitur a Photio patriarcha Nova
 ecclesia.

17. Anno Basillii imperii quinto decimo Leo Salibaras Theodorum
 monachum Santabarenum Photio patriarchae in colloquium adducit (is
 postea a Photio creatus Euchaitarum archiepiscopus) tanquam virum

καὶ ποιοῦντα τεράστια καὶ προορατικόν. Φώτιος δὲ τοῦτον Βασιλείῳ βασιλεῖ μοσιτενεῖ· εἰς ὃν ὁ βασιλεὺς ἀρεσθεῖς (πρὸς γὰρ τὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ διέκειτο) εἶχεν ἐν τιμῇ πολλῇ. ὡς ἀθυμοῦντα τὸν βασιλέα περὶ τοῦ τελευτήσαντος υἱοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου, διὰ τὸ φίλτρον ὅπερ εἰς αὐτὸν εἶχεν, ἐπλάνα, καὶ ἐπηγγέλλετο δεῖξαι ζῶντα. ὁ καὶ ἐποίησεν· ἐν γὰρ λόχμῃ τινὶ διερχομένῳ τῷ βασιλεῖ φάντασμα συνηγήθη ἔφιππον, χρυσοῦφαντον ἐνδεδυμένον, ἐν τῷ εἶδει τοῦ Κωνσταντίνου· ὁ καὶ ὀφθαλμοῖς Β ἰδὼν καὶ περιπλακεῖς κατεφίλησεν. καὶ γεγονότος ἀφανοῦς, αὐτὸν ἰδεῖν ὑπελάμβανε, καὶ ὡς οὐ πεπλάνητο. διὸ καὶ μονὴν ἐκτίσασα ἐπωνόμασεν αὐτὴν τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου.

18. Τούτοις καὶ ἑτέροις πλείστοις ἐκ τῶν Ἀπολλωνίου ἀκριβῶς μεμνημένος ὁ Σανταβαρηνὸς ἐποίησε τὸν βασιλέα πιστὴν κεκτῆσθαι εἰς ἑαυτὸν πολλῇν. οὗτος ὁ περιώνυμος Σανταβαρη-
 15 νός, ὃς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Φωτίου κατὰ δευτέραν αὐτοῦ τυραννίδα ἐπίσκοπος Εὐχαιτῶν ἐγένετο, Μανιχαίου υἱὸς καὶ Μανιχαῖος ὢν, C καὶ ὡς νεώτερος διὰ Βάρδα τοῦ Καίσαρος τὴν κεφαλικὴν τιμωρίαν διαφρυγὼν τῇ τῶν Στουδίου μονῇ ἐπὶ διορθώσει ἀπεδόθη· ὁ δὲ καὶ μοναχῶν σχῆμα περιβαλόμενος οὐδ' ὅλως τῆς κακίας ἀνε-
 20 νευσεν. κατὰ μέντοι τὴν πρώτην τυραννίδα Φωτίου καὶ ἡγουμένως ἐν αὐτῇ τῇ μονῇ γίνεται· ὅφ' οὗ καὶ πάντες οἱ ἐλαβεῖς τῆς μονῆς ἔφυγον, τὴν κοινωκίαν Φωτίου μὴ καταδεχόμενοι. τοῦ

21 ἐφ' οὗ margo P

religiosum prodigiorumque patratores mirificum ac futura praenoscendi arte praeditum. Photius Basilio imperatori virum insinuat; quo delectatus imperator (quippe eius assentante desiderii) eum magno in pretio habuit. is imperatorem ob Constantini filii mortem, qua amoris vi in eum ferebatur, sese dolore conficientem videns, vivum se illi ostensurum impostor pollicitus est; et vero rem praestitit. ad quandam enim saltum obambulanti imperatori spectrum quoddam Constantini specie equo insidens, vestibus auro intextis, occurrit; cernensque ille oculis, et in amplexus ruens, affatim basia dedit. cumque disparuisset, vidisse eum se existimabat nec quicquam delusum esse. quocirca exstructo ibi monasterio S. Constantini nomen indidit.

18. His aliisque plurimis ex Apollonii disciplina probe institutus Santabarenus magnam sibi fidem apud imperatorem conciliavit. celebris hic nominis Santabarenus, quem Photius secunda sua tyrannide episcopum Euchaitarum promovit, Manichaei filius et Manichaeus erat; ac velut iunior annisque minor vix capitali exemptus sententia per Bardam Caesarem, meliori fruge componendus, Studii monasterio traditus est. ubi tamen, quanquam monachi assumpto habitu, a priore nihil pravitate emersit. ceterum Photii prima tyrannide in eo monasterio praefecti munus gessit; quo et antistite religiosi omnes monachi fugam inire, cum non sustinerent Photii se communione commaculati. Photio nihilominus

μέντοι Φωτίου τῆς πατριαρχίας διωχθέντος καὶ ὁ Σατανώννμος
 D ἐκεῖνος τῆς μονῆς ἀπηλύθη. εἶτα εἰσοικίζεται Φωτίῳ, καὶ φησὶ
 “χρησαί τινι τῶν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, καὶ λαβὼν ταῦτα
 τὰ ὕδατα ἃ ἐσκεύασα ῥανάτω ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος· καὶ ὄψει αὐτίκα
 τὸν βασιλέα καταδεδουλωμένον τῇ ἀγάπῃ σου. καὶ μετὰ ταῦτα 5
 ἀγώνισαι ὅπως ἴδω αὐτὸν ἄπιξ, καὶ ποιήσω σε ἐπανελθεῖν εἰς
 τὴν προτέραν σου τιμὴν.” τούτου οὖν γενομένου, πρῶτῳ πρῶτῷ
 τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ εὐχῆς χάριν καὶ χρυσίον ἀπέστειλεν Φωτίῳ, καὶ
 εἰς τὴν Μαγναύραν κατόκησε, καὶ συνεχῶς ὠμίλει, καὶ παρρη-
 σίας τσαύτης μετέδωκεν ὡς καὶ τοὺς οἰκείους αὐτῷ πάντας ἐν τῷ 10
 παλατίῳ ἐπιστῆναι ὀφφικίοις. ἔντεῦθεν καὶ τὸν ἀρχιμάγον Σαν-
 P 458 ταβαρηνὸν ὡς ἄγιον καὶ εὐλαβῆ καὶ διορατικώτατον συνοψίζει καὶ
 προσοικειοῖ.

19. Τῷ 15 αὐτοῦ ἔτει ἠγάγετο ὁ βασιλεὺς γυναῖκα Λέοντι
 τῷ βασιλεῖ Θεοφανῶ τὴν θυγατέρα Μαρτινακίου, καὶ στέψας 15
 τοὺς γάμους ἐποίησε ἐν τῇ Μαγναύρᾳ.

20. Τῷ 15 αὐτοῦ ἔτει αἱ τῶν Σαρακηνῶν ναυστολίαι καὶ
 Ἰταλίας καὶ Σικελίας καὶ τῶν λοιπῶν χωρῶν ἐπῆλθον· ὅφ’ ὧν
 συνέβη τι τοιοῦτον. Σαλδανὸς ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν ἀρχηγὸς τὴν
 Βάσσην κρατήσας, ἣτις ἐστὶ πόλις μεγάλη τῶν Ῥαουσαίων, καὶ ἐν 20
 αὐτῇ κατοικήσας πολλὰς ἐτέρας πόλεις καὶ χώρας κατελυμήνατο.
 B γράφει οὖν ὁ βασιλεὺς τῷ ῥηγὶ Φραγγίας ἐπικουρῆσαι τῷ ὑπ’ αὐ-

17 στολίαι P, αὐστολίαι alter Combefisii codex

patriarchali sede eiecto hic quoque Satanicus vir nominis expulsus est. tum inter Photii familiares ascitus “cuiuspiam” ait “cubiculariorum opera utere, acceptasque quas paravi aquas sacro aspergat cubiculo; moxque amori tuo deditum imperatorem videbis. his peractis da operam ut vel semel ipsum videam, et ut ad priorem honorem ipse redeas efficiam.” his ita gestis, statim mane imperator liberos precibus communiendos auri- que vim mittit Photio, iussitque in Magnaura pro hospitio morari. ibi continui congressus ac colloquia, tantaque Photius donatus fiducia est ut et omnes necessarios ac familiares palatinis muniis adhiberet. hincque adeo magorum principem Santabarenum velut sanctum ac religiosum futuraque praenoscenti sagacissimum, illius praesentat obtutibus reddiditque carissimum.

19. Anno Basilii imperii sexto decimo imperator uxorem iunxit Leoni imperatori Theophanonem Martinacii filiam, coronaque impartiens nuptiarum solennia in Magnaura peregit.

20. Anno Basilii imperii decimo septimo Saracenicis classibus Italiam Siciliam ac reliquas regiones incursantibus, tale quid accidit. Soldanus Agarenorum princeps capto Bario, quae Rhagusiorum urbs magna est, in eoque positis sedibus, multas alias urbes locaque diripiebat. scribit itaque imperator Francorum regi ut missae abs se classi adver-

τοῦ ἀποσταλέντι στόλῳ κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν. καὶ δὴ πόλεμον κροτηθέντος ἀλίσκεται μὲν τὸ κάστρον καὶ ἡ γῶρα, ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Σαλδανὸς καὶ ὁ ὑπ' αὐτὸν λαός. τοῦτον τὸν Σαλδανὸν ὁ ῥῆξ ἐν Καπύῃ ἀπάγει, καὶ ἐπὶ διετίαν τῷ ῥῆγι συνῶν παρ-
 5 ρησίας καὶ συνδιαιτήσεως ἐπέλαχε. ὁ δὲ πανοῦργος ὢν ἐκ τῆς ἐτέρων διαβολῆς ἔγνω σωτηρίαν ἐαυτῷ πραγματεύεσθαι. τοῖς γὰρ ἄρχουσι Καπύης καὶ Βενεβενδοῦ λέγει ἐν μυστηρίῳ “βούλομαι ὑμῖν εἰπεῖν ἀπόρητον βούλημα τοῦ ῥῆγός, δέδοικα δὲ τὸν ἐκ μηνύσεως κίνδυνον.” τῶν δὲ διομοσαμένων ἀνέκφορον ποιήσασθαι **C**
 10 τὸ λαλούμενον, φησὶ “πάντας ὑμᾶς πρὸς τὴν ἐαυτοῦ χώραν Φραγγίας ὁ ῥῆξ σιδηροδεσμίους συντόμως ἀποστέλλει.” τῶν δὲ μὴ πιστευσάντων ἀλλὰ ζητούντων ἔτι σαφεστέραν κατάληψιν, αὐθις ὁ Σαλδανὸς πρὸς τὸν ῥῆγά φησιν ὡς οὐκ ἔστι σοι ἀσφαλῆς ἡ τῶν κάστρον τούτων κατάσχεσις, ἕως οἱ τούτων ἄρχοντες ἐνταῦθα
 15 ἐπιχωριάξουσιν· ἀλλ' εἰ βούλει βεβαίως δεσπόζειν αὐτῶν, πρὸς Φραγγίαν τούτους δεσμίους ἀπόστειλον. πεισθεὶς οὖν ὁ ῥῆξ ἀλύσεις διωρίσατο συντόμως χαλκευθῆναι ὡς ἐπὶ χρεῖα κατεπειγούση τινί. ἰδὼν οὖν ὁ Σαλδανὸς φησὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας “οὐδὲ ἔτι μοι πιστεύετε;” γνόντες οὖν οἱ ἄρχοντες ἀληθεύειν τὸν βάρβαρον, **D**
 20 ἐζήτουν ὅπως τὸν ῥῆγα ἀμύνωνται. καὶ δὴ πρὸς κνηγέσιον ἐξεληθόντος κλείουσι κατ' αὐτοῦ τὰς πύλας· ὁ δὲ πρὸς τὴν ἰδίαν χώραν ἀπαίρει λυπούμενος. καὶ ὁ Σαλδανὸς τὴν χάριν τῆς μηνύσεως ἀπαιτεῖ· ἡ δὲ ἦν τὸ πρὸς τὴν οἰκίαν πατρίδα συγχωρηθῆναι αὐ-

sus Agarenos opem ferat. denique confiato bello capitur oppidum domaturque regio; quin et ipse captus Soldanus eique militantes copiae. Soldanum rex Capuam adducit; ubi ille annos duos commoratus, colloquique ac convictus licentiam nactus, vafer cum esset, aliis per calumniam detrahendo expediendam sibi salutem putavit. Capuae enim et Beneventi proceribus ita secreto infit. “regis vobis arcanum volo aperire: vereor autem ne, si detexero, inde mihi periculum creetur.” illis iureiurando affirmantibus nemini se detecturos quae is ad eos loqueretur, “vos” inquit “omnes ferro onustos in suam Franciae regionem rex brevi missurus est.” non credentibus illis maioraque rei indicia quaerentibus, rursus Soldanus ad regem ait “nunquam fiat ut haec tuto oppida possideas, quamdiu illorum proceres hic morabuntur. sed si vis firmo eorum potiri dominio, illos vinctos in Franciam mittito.” his rex persuasus catenas velut urgente quodam negotio, cito fabricari iussit. videns itaque Soldanus ait ad proceres “ne nunc quidem mihi adhibetis fidem?” intelligentes igitur proceres barbarum vera loqui, cogitabant qua ratione regem ulciscerentur. illo itaque venandi causa egresso forēs contra eum claudunt. rex indigne ferens reique indignitate motus in patriam redit. Soldanus quoque detecti arcani mercedem petit, ea erat ut ei liberum esset in patriam reverti. recepto igitur principatu

τὸν ἀπελθεῖν. τὴν οἰκίαν οὖν ἀρχὴν ἀπολαβὼν καὶ τοῦ κακὸς εἶναι μὴ ἐκστὰς ἐκστρατεύει κατὰ Καπύης καὶ Βενεβενδοῦ. οἱ δὲ πρὸς τὸν ῥῆγα διαπρεσβεύονται. ἀλλὰ μεθ' ὕβρεως ἀποπέμπονται. στέλλουσιν οὖν πρὸς τὸν βασιλέα. ὁ δὲ θῦττον ἐκπέμπει

- P 459 τὸν πρεσβευτὴν, δηλῶν προσδέχεσθαι συντόμως τὴν ἐκεῖθεν βοήθειαν. γίνεται τοῖς πολεμίοις ἐγκρατὴς ὁ τῆς ἀγγελίας διάκονος. λέγει οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ Σαλδανὸς “εἰ ὑπηρετήσης μου τῷ βουλήματι, καὶ σωτηρίας ἀξιωθῆσῃ καὶ δωρεῶν ἀπολαύσῃ πολλῶν.” τοῦ δὲ συνθεμένου “βούλομαι” ἔφη “στῆναί σε τοῦ κάστρου ἐκτός, καὶ τοῖς ἔνδον εἰπεῖν ὡς ἐγὼ μὲν τὴν διακονίαν μου ἐξεπλήρωσα, 1 ἀλλ' ἐκ τοῦ βασιλέως βοήθειαν μὴ προσδέχεσθε· οὐ γὰρ ἤκουσεν τῆς δεήσεως ὑμῶν.” ὁ δὲ πλησίον τοῦ τείχους μετὰ τῶν ὑπηρετῶν τοῦ Σαλδανοῦ γενόμενος καὶ τοὺς πρώτους παραγενέσθαι τῆς
- B πόλεως αἰτησάμενος ἔφη “εἰ καὶ πρόδηλός μοι τυγχάνει ὁ θάνατος καὶ ἐν χερσίν-ῃ σφαγῇ, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀποκρύψομαι τὴν ἀλήθειαν. 1 πλὴν αἰτῶ καὶ ὀρκίζω ὑμᾶς ἀποδοῦναί μοι τὴν χάριν εἰς τὰ ἐμὰ ἔκγονα καὶ τὴν σύνευνον. ἐγὼ γάρ, ὃ κύριός μου, εἰ καὶ τῶν ταῖς-τῶν πολεμίων περιεσχέθην χερσίν, ἀλλ' ὅμως τὴν διακονίαν μου ἐξεπλήρωσα καὶ τὴν παρ' ὑμῶν πρεσβείαν τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων προσήγαγον, καὶ συντόμως προσδέχεσθε τὴν ἐκεῖθεν βοή- 2 θειαν. διὸ στῆτε γενναίως καὶ μὴ δειλاندρήσητε· ἔρχεται γὰρ ὁ ὑμᾶς ὀρσόμενος, εἰ καὶ μὴ ἐμέ.” ταῦτα οἱ τοῦ Σαλδανοῦ ἀκού-
- C σαντες καὶ πρὸς τὴν ἀπάτην ἐμμανέντες εὐθύς αὐτὸν τοῖς ἕξφεσι κατακόπτουσι. φοβηθεῖς οὖν ὁ Σαλδανὸς τὴν ἐκ τοῦ βασιλέως

nec mentis posita pravitate, adversus Capuam et Beneventum cum exercitu venit. missa ad regem Franciae legatio: oratores contumeliose accepti ac remissi. mittunt itaque ad imperatorem. ille statim dimisso legato abs se brevi mittenda iusta auxilia exspectare iubet. capitur ab hostibus nuntii minister. ait itaque ad eum Soldanus “si meae voluntati obsecutus fueris, tum salutem ipse consequeris, tum muneribus copiose donaberis.” illo assensum simulante ait Soldanus “volo ut pro oppidi moeniis stans, eos qui intra sunt in haec verba alloquaris, ‘ego sane ministerium meum implevi; ne tamen ab imperatore auxilia exspectaveritis: non enim petitioni vestrae obaudivit.’” muris itaque cum Soldani ministris admotus, vocatisque civitatis primoribus, sic ait “quanquam mihi mors palam est atque in promptu est iugulatio, non tamen vos veritatem celabo. ceterum rogo atque adiuro ut in caris pignoribus atque uxore gratiam mihi referatis. ego enim, domini mei, etsi iam hostium manibus teneor, ministerium tamen meum explevi vestraque ad imperatorem functus sum legatione, brevique hinc vobis ventura auxilia exspectate. quare state fortiter, et ne animis concideritis: venit enim qui vos sit liberaturus, etsi is nullius mihi frugis futurus sit.” quibus auditis Soldani satellites, ac quod decepti erant, furoris oestro perciti,

προσδοκωμένην δύναμιν ἔλυσεν τὴν πολιορκίαν καὶ πρὸς τὴν οἰκίαν
χώραν ὑπέστρεψεν.

21. Τῷ ἡ' αὐτοῦ ἔτει Λέων ὁ βασιλεὺς κατηγορεῖτο
παρὰ τοῦ Σανταβαρηνοῦ πρὸς τὸν ἴδιον πατέρα τρόπῳ τοιούτῳ.
5 νουνεχῆς ὢν καὶ εὐσεβῶς τὸν βίον διαπερῶν τὰ γινόμενα παρὰ τοῦ
Σανταβαρηνοῦ κατεγίνωσκε, καὶ ἐμέμφετο αὐτὸν καὶ ἀπειστρέ-
φετο. ἐπὶ ἐκεῖνος δὲ τὸ μῖσος τούτου ὑπενεγκεῖν οὐχ ὑπέφερεν,
ὑφορώμενος διαβολὴν αὐτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα γενήσεσθαι, τί
τεχνάζεται; μάχαιραν μεγάλην, τὸ δὴ λεγόμενον παραμήριον,
10 ποιήσας καὶ ποικίλως ἐπισκευάσας δίδωσι τῷ Λέοντι, εἰπὼν "οἶδα D
ὅτι πολλάκις εἰς κινήγιον ἐμπίπτει σοι ζῶον μόνῳ, καὶ μὴ ἔχων
μάχαιραν σφάζει αὐτὸ ἀπόλλυται. βάσταξε οὖν αὐτό. ἴσως καὶ
ὁ βασιλεὺς ὁ πατήρ σου ἐπαινέσει σοι." πεισθεὶς οὖν τῷ ἀλά-
στορι ὁ Λέων λαμβάνει τὴν μάχαιραν. ἀπέρχεται οὖν ὁ δόλιος
15 Σανταβαρηνός, καὶ διαβάλλει τοῦτον πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ, ὡς
ὁ Λέων ὁ υἱός σου πυραμήριον βαστάζει, καὶ ἤνικα μοναζενθῆ
μετὰ σοῦ, ὁρμῶν ἔχει τοῦ σφάζει σε." τοῦτο ἀκούσας ὁ βασι-
λεὺς καὶ ἔρευνήσας καὶ εὐρῶν ἀπέκλεισεν αὐτὸν ἐν τῷ Μαργαρίτῃ,
βουλόμενος ἐκτεφλῶσαι, εἰ μὴ Φώτιος ὁ πατριάρχης μετ' ἄλλων
20 πολλῶν τῆς συγκλήτου τοῦτο διεσκέδασαν. τοὺς δὲ ἀνθρώπους P 460
αὐτοῦ πάντας πολλὰ τιμωρήσας, ὡς οὐδὲν εὐρέθη τῆς κατηγορίας
ἀληθές, ἐξώρισεν. ἐποίησε δὲ ἀπὸ ὕφους μῆνας τρεῖς, θρηνηῶν

ipsum gladiis confestim conciderunt. veritus ergo Soldanus expectatas
imperatoris copias, soluta obsidione in suam se regionem recepit.

21. Anno Basilii imperii decimo octavo Leo imperator a Santabareno per talem modum apud patrem criminis delatus est. Leo cum solertis ingenii esset pieque vitam institueret, Santabareni dicta factaque reprehendebat, ipsumque vituperabat, ac averso ad illum animo erat. quod ille eius odium ferre non poterat, veritus ne ad imperatorem haec eius crimina pervenirent. quid machinatur? ingentem sicam (Graecorum vulgus παραμήριον vocant) vario cultu elegantem fabricatus Leoni tradit, dicens "scis haud raro inter venandum in bestiam te solum incidere, cumque desit gladius ad iugulandum, tibi eam perire. hunc ergo gestato: forte etiam imperator pater tuus consilium laudabit." credulus ergo scelestissimi capitis verbis Leo gladium sumit. abit ergo dolis consutus Santabarens, eique apud patrem crimen intentans "Leo" inquit "filius tuus sicam gestat, ac cum solus tecum versabitur, facto in te impetu contrucidabit ac iugulabit." audiens imperator, habitaque rei diligenti inquisitione, ac cum se ita rem habere invenisset, in Margaritha oculorum lumen adempturus inclusit, ni Photius patriarcha aliique plures senatorii ordinis, consilium istiusmodi dissipassent. Leonis domesticos omnes diu multumque excruciatos, cum nihil in eis intentati criminis deprehendisset, relegavit. Leo ipse menses tres paterno ex-

καὶ ὀδυρόμενος καὶ δι' ἐπιστολῶν πολλῶν δυσωπῶν τὸν βασιλέα. καὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ ἁγίου Ἡλιοῦ φθασάσης, ἐπεὶ πίστιν μεγάλην ἔσχεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν ἅγιον, ἀποσυννοῖζει Λέων τῷ τρόπῳ τούτῳ. ἦν τι ζῶον πτηνὸν ἐν ταλάρῳ πλεκτῷ κατὰ τὰ βασιλεία αἰωροῦμενον, μιμηλὸν καὶ πολύφωνον, ὃ ψιττακὸς ὀνομάζεται, 5 ὅπερ εἴτε πρὸς τινῶν διδασχρὸν εἴτ' ἄλλως πως πολλάκις "αὐὐ αὐὐ κύριε Λέων" ἐφθέγγετο. πανδαισίας δὲ ποτε τελουμένης τῷ βασιλεῖ, καὶ τῶν πρώτων τῆς βουλῆς συνεστιωμένων αὐτῷ, καὶ τοῦ ὄρνιθος πολλάκις φθειγγομένου τὸ προρρηθέν, ἐπιστυγνάσαντες οἱ δαιτυμόνες καὶ τῆς εὐωχίας πανσάμενοι ἐπὶ συννοίας ἐκά- 10 θητο. οἷς προσέχων ὁ βασιλεὺς τὴν αἰτίαν ἐπυνθάνετο. οἱ δὲ δακρῶν ὑποπλησθέντες "τίνα βρωῶσιν" εἶπον "φαγόμεθα, οὐτως ὑπὸ τῆ φωνῆ τοῦ ἀλόγου τούτου ὄνειδιζόμενοι οἱ δοκοῦντες ἡμεῖς λογικοὶ καὶ φιλοδέστοι, ὅτι αὐτὸ μὲν τὸν οἰκεῖον ἀνακα- 15 λεῖται δεσπότην, ἡμεῖς δὲ τρυφῶντες λήθην τοῦ μὴ ἀδικήσαντος 15 δεσπότητος ἐλάβομεν. εἰ μὲν γὰρ ἐλέγχεται ἀδικῶν καὶ κατὰ τῆς πατρικῆς κεφαλῆς ἐντρεπίσας τὴν δεξιάν, αὐτόχειρες αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες γενώμεθα, καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ μὴ λαβῶμεθα κόρον. μέχρι τίνος ἢ συκοφάντις γλῶσσα κατ' αὐτοῦ δυναμωθήσεται;" 20 μαλαχθεῖς οὖν τοῖς τοιούτοις λόγοις ὁ βασιλεὺς τότε μὲν καθε- 20 σθῆναι τούτους προσέταξεν καὶ σκοπῆσαι περὶ τοῦ πράγματος ἐπηγγέλατο. μετ' οὐ πολὺ δὲ πρὸς τὴν φύσιν ἐπανελθῶν ἔξάγει

19 μέχρι] εἰ δὲ μή, μέχρι interpretes

clusus conspectu, lugens deploransque ac crebris epistolis imperatoris clementiam pulsans, exegit. solenni autem S. Eliae die, quod imperator magna in eum fide impensiorique religione ipsum coleret, per hunc modum Leo paterno conspectui redditus est. erat avis quaedam quassillo vimineo regio in triclinio e pariete pendula, animal sane aemulum, multiplicique voce reddenda idoneum: psittacum vocant. haec, sive a quibusdam praedocta sive aliter inducta fuerat, crebro illud "heu, heu, domine Leo" inclamitabat. quandoque igitur instructo imperatori convivio, senatusque proceribus ad epulas mensamque consistentibus, cum avis quam dicebam naeniam crebrius loqueretur, in tristitiam versi convivae cibis abstinentes morosi sedebant. animadvertit imperator, causamque sciscitatur. ad quem illi lacrimis oppleti "quas" aiunt "dapes sumemus, quibus sic muta animans exprobet, qui ratione praediti ac domini amantes videamur? cum sic illa dominum revocet, nos vero in deliciis agentes eius insontis videatur oblivio cepisse. si enim iniuriae reus deprehenditur aut in paternum caput dexteram instruxisse comperitur, eum nos ipsi omnes contrucidemus, eiusque cruorem insatiabili aviditate fundamus. sin minus, quamdiu in eum calumniae tincta veneno lingua praevalebit?" istiusmodi verbis mitiore mutatus imperator, tunc quidem sedere eos iussit ac se rem discussurum promisit. nec diu post ad genium indolemque reversus e carcere eductum Leonem sui conspe-

τε τῆς φρουρᾶς καὶ εἰς ὕψιν ἄγει αὐτόν, καὶ τὴν πένθιμον ἀμείβει στολήν, καὶ τὸ περιττὸν τῆς ἐν τῇ λύπῃ τραφείσης κόμης D περιαιρεθῆναι κελεύει, καὶ τὴν προτέραν τῆς βασιλείας τάξιν καὶ τιμὴν ἀποδίδωσι. καὶ τῆς προελεύσεως τοῦ ἁγίου Ἡλιοῦ γενομένης ἰδόντες αὐτόν οἱ λαοὶ ἐπεφωνοῦντο “δόξα σοι ὁ θεός.” καὶ ὁ βασιλεὺς εἶπεν “δοξάζετε τὸν θεὸν ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ μου. πολλὰς θλίψεις ὑπ’ αὐτοῦ ἔχετε ὑπομείναι καὶ ἐπωδύτους ἡμέρας διελθεῖν.”

22. Τῷ 19' ἔτι αὐτοῦ μελετᾶται ἀνταρσία παρὰ Ἰωάννου 0 τοῦ Κουροκούα δομειστικόν ὄντος τῶν ἱκανάτων, χρηματισθέντα παρὰ τοῦ ἐν Βλαχέρναις ἐγκλείστου. ἦσαν δὲ μετ' αὐτοῦ ἄρχοντες μέχρι τῶν 23', μεθ' ὧν ὁ Μιχαὴλ ὁ ἑταιρειάρχης καὶ ὁ Κα P 461 τούδης καὶ ὁ Μυξιάρης καὶ ὁ Βαβούτζικος. τούτους κρατήσας πάντας ἐν τῷ ἵπποδρομίῳ ἔτιψε καὶ ἐκούρηνσε καὶ τὰς ὑπολειφθείσας τρίχας ἔκανσε καὶ πομπεύσας ἐξώρῃσε.

23. Τοῦ δὲ βασιλέως ἐν κνηγίῳ ἐξεληθόντος, ἔλαφος παμμεγέθης ἀναφανείς ἦρε τὸν βασιλεῦα ἐκ τῆς ζώνης ἀπὸ τοῦ ἵππου μετὰ τοῦ κέρατος. φθάσας δὲ τις καὶ τὴν ζώνην μετὰ τῆς σπάθης κόψας τοῦτον ἐρρύσατο. ὃν καὶ μετὰ τὴν ὑποστροφὴν 0 ἀπεκεφάλισεν, εἰπὼν “μὴ γύμνου κατὰ βασιλέως ξίφος.” ἐκ δὲ τοῦ σπαραγμοῦ τοῦ ἐλάφου νόσηλευθεὶς ὁ βασιλεὺς Βασίλειος τελευτᾷ, φάμενος τῷ υἱῷ αὐτοῦ καὶ διαδόχῳ Λέοντι καὶ Στυλιανῷ B

7 ἐπωδύνας vulgo

ctu donat, mutatque vestem lugubrem, ac superfluum ex maerore capillorum onus levare iubens ad pristinum regiae dignitatis gradum cultumque revocat. inter solennem vero S. Eliae pompam videntes eum populi ac factiones gratulabundi clamabant, “gloria tibi, deus.” ad quos imperator “deum glorificatis, gratulantes pro filio meo? multa ab eo mala sustinebitis, diesque aerumna plenos transigetis.”

22. Anno Basilii imperii decimo Ioannes Curcuas icanatorum domesticus tyrannidem molitur, cum is qui in Blachernis inclusus agebat, imperium ei esset vaticinatus. erant cum eo coniurati proceres ad sexaginta sex, inter quos Michael foederatorum comes et Catudes et Myxiores et Babutzicus. quos omnes comprehensos in Circo virgis caesos totondit, adustusque reliquis crinibus, ac pompa per civitatem traducens, exsilio multavit.

23. Egresso autem venandi causa imperatore, ingentis molis cervus emergens ipsum e zona ab equo cornu sustulit. venit quidam, zonaque ense scissa ipsum liberavit; cui et reversus caput amputavit, dicens “cave adversus imperatorem ensem nudaveris.” ex cervi autem illa succussione morbo correptus Basilius imperator diem obit, eiusmodi verba Leoni filio ac successori locutus, nec non Styliano ipsius

τῷ ἐπιτρόπῳ τῶν βασιλέως υἱῶν, ὅτι Φώτιος ὁ ἀνιερὸς καὶ ὁ συμ-
μύστης αὐτοῦ Σανταβαρηνὸς τοῦ Θεοῦ με μακρόνυαντες, καὶ ἀλλό-
τριον τῆς δικαίας γνώσεως ποιήσαντες, εἰς τὴν ἴσην μετ' αὐτῶν
κόλασιν ἐπεσπάσαντο. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐξέψυξεν, καταλιπὼν
Λέοντα καὶ Στέφανον καὶ Ἀλέξανδρον. 5

- C **Κ**όσμιον ἔτος 517, τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη ὡπῆ, Ῥωμαίων
βασιλεὺς Λέων ἔτη κ' μῆνας θ'. Στέφανος δὲ ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς
κληρικὸς ὢν καὶ σύγκελλος ἦν μετὰ Φωτίου πατριάρχου, ἀνατρε-
φόμενος παρ' αὐτοῦ καὶ παιδευόμενος. ὁ δὲ Λέων μετὰ τὸ αὐτο-
κρατορῆσαι ἀπέστειλεν Ἀνδρέαν τὸν στρατηλάτην μετὰ κηρῶν πολ-
λῶν κληρικῶν τε καὶ συγκλητικῶν ἐν Χρυσοπόλει, καὶ ἤγαγεν μετὰ
D σπουδῆς πολλῆς καὶ τιμῆς καὶ ὕμνων τὸ λείψανον Μιχαὴλ τοῦ
βασιλέως, καὶ ἀπέθετο ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐν λάρ-
νακι. Φώτιον δὲ τὸν πατριάρχην ἐπίβουλον φωραθέντα τῆς ἐκ-
κλησίας ἐκβάλλει, καὶ ἐν τῇ μονῇ τῶν Ἀρμενιακῶν τῇ λεγομένῃ 1
τοῦ Γόρδονος περιορίζει· ἐνθα καὶ τελευτᾷ. χειροτονεῖ δὲ Στέ-
φανον σύγκελλον, τὸν ἴδιον αὐτοῦ ἀδελφόν, διὰ τε Θεοφάνους
τοῦ πρώτουθρόνου καὶ λοιπῶν ἀρχιερέων· ὃς καὶ ἔζησεν ἔτη 5' καὶ
μῆνας 4', καὶ θάπτεται ἐν τῇ μονῇ τῶν Σικεῶν. γέγονε δὲ ἐμ-
πρασιμὸς πλησίον τῶν Σοφιῶν καὶ τῆς Σιδηρᾶς, ἐμπροσθέντος 2
καὶ τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Θωμᾶ, ὃν αὐτὸς ὁ Λέων λαμπρῶς ἀνε-
P 462 καίνισεν. ἄγει δὲ Θεόδωρον τὸν Σανταβαρηνὸν ἀπὸ Εὐχαιτῶν ἐν

liberorum curatori. "profanus Photius eiusque symmysta Santabarenius a deo me procul elongantes, atque a iusta alienum scientia reddentes, in paris me secum supplicii barathrum traxere." haec ubi dixerat, efflavit animam, Leone Stephano et Alexandro liberis relictis.

Mundi annus 6388, divinae incarnationis 888, Romanorum imperator Leo annos 25, menses 9. Stephanus Leonis frater, cum esset clericus ac syncellus, cum Photio versabatur subque eius disciplina erudiebatur. Leo autem rerum summa potitus, misso Andrea militiae magistro cum multis cereis et clericis virisque senatorii ordinis Chrysopolim, ad Michaelis imperatoris reliquias magno studio et cultu ac canticis in urbem inferendas, in sanctorum eas apostolorum in urna deposuit; Photium vero patriarcham ecclesia eiectum in Armeniacorum monasterium relegat, quod Gordonis vocant; ubi et moritur. Stephanum porro fratrem per Theophanem primae sedis episcopum (πρωτόθρονον vocant) ac episcopos alios curat ordinari; vixitque annos sex menses quinque, sepeliturque in Siceorum monasterio. conflato ad Sophias et Ferream ingenti incendio absumptum S. Thomae templum ab ipso magnifice Leone reparatum est. Theodoro Santabareno ab Euchaitis in urbem adducto, An-

τῇ πόλει. Ἀνδρέας δὲ ὁ δομέστικος καὶ Στέφανος ὁ μάλιστα κροῦσι κατ' αὐτοῦ καὶ τοῦ Φωτίου, ὡς λοιδορηθέντος τοῦ βασιλέως Λέοντος ὑπ' αὐτῶν εἰς Βασιλείον τὸν βασιλέα τὸν πατέρα αὐτοῦ. καὶ τῆς συγκλήτου καταψηφισαμένης αὐτῶν, τὸν μὲν 5 Φώτιον εἴασαν εἰς τοῦ Γόρδονος, τὸν δὲ Σανταβαρητὸν τύψαντες ἐξώρισαν ἐν Ἀθήναις. εἴτα ἀποστείλας ἐξώρισθεν ὁ βασιλεὺς ἐτίγλωσεν αὐτὸν καὶ ἐν τῇ ἀνατολῇ ἐξώρισεν. μετὰ πολλοὺς δὲ χρόνους παρακληθεὶς τοῦτον εἰσήγαγεν ἐν τῇ πόλει, καὶ προσέταξεν λαμβάνειν ἀννώνας ἐκ τῆς Νέας ἐκκλησίας.

10 2. Τῷ β' αὐτοῦ ἔτι τῆς Αυγουβαρδίας διαστασιασάσης Β ἀπεσιτάλη Κωνσταντῖνος ὁ τῆς τριπέλης σὺν πᾶσι τοῖς θέμισσι καὶ συμβολῆς γενομένης μόνος αὐτὸς ὁ Κωνσταντῖνος μόλις ἠδυνήθη διαφυγεῖν, τῶν ἄλλων σφαιγόντων καὶ κρατηθέντων. γέγονε δὲ καὶ ἐκλειψις ἡλιακή, ὡς καὶ νύκτι γενέσθαι ἐπὶ ὥρας γ' καὶ 15 τοὺς ἀστέρας φαίνεσθαι. γέγονασι δὲ καὶ ἄνεμοι σφοδροὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ βροχαί, ἐξ ὧν ἐκάρησαν ἐν τῷ φόρῳ ἄνθρωποι ἐπτά.

3. Τῷ γ' αὐτοῦ ἔτι ἐπολιορκήθη ἡ Σάμος τὸ κάστρον ὑπὸ τῶν Ἀγαρηῶν, καὶ αἰχμαλωτίσθη ὁ στρατηγὸς αὐτοῦ ὁ C Πασπαλῆς. συμφιλιωθείς δὲ ὁ βασιλεὺς Ζωῆ τῇ θυγατρὶ τοῦ Ζαούτζα προχειρίζεται αὐτὸν βασιλεοπάτορα, αὐτὸς καινοργήσας τὸ ὄνομα. Συμεὼν ὁ ἄρχων Βουλγαρίας ἐκστρατεύει κατὰ Ῥωμαίων, καὶ πολεμηθεὶς παρὰ τῶν Τούρκων ἠττήθη, καὶ πᾶσα ἡ αἰχμαλωσία ἠγοράσθη παρὰ τοῦ βασιλέως. εἴτα πάλιν τρέπει

dreas domesticus et Stephanus magister in eum Photiumque expostulant, quod Leonem apud Basilium imperatorem eius patrem per calumniam detulerint. senatus sententia Photio concessum ut in Gordonis monasterio ageret; Santabareus verberibus affectus, Athenas relegatus est. tum post eum mittens imperator oculis orbatum in Asia exulare iussit. multis vero post annis placatus imperator in urbem reductum ex Nova ecclesia annonas accipere praecepit.

2. Imperii Leonis anno secundo in seditionem mota Longobardia, missus est Constantinus mensae praepositus cum omnibus legionibus; consertaque pugna vix unus ille evadere potuit, reliquis qua necatis qua captis. contigit vero etiam solis deliquium, ut et nox per horam tertiam esset et stellae apparerent. orti etiam venti validi et fulgura et tonitrua, quibus septena capita perierunt in Foro combusta.

3. Imperii Leonis anno tertio expugnata ab Agarenis Samus civitas munita, eiusque praetor Paspalas captivus abductus est. imperator Zoem Zautzae filiam in amoribus habens, Zautzam imperatoris patrem constituit, novum hoc honoris titulo commentus. Symeon Bulgarorum princeps Romanae dicionis loca infestis signis invadens Turcorum adversa acie superatus est. eius captivi omnes ab imperatore redempti

τοὺς Τούρκους, καὶ μετὰ αἰτήσεως ἀναλαμβάνεται τοὺς αἰχμαλάτους, καὶ ποιεῖ εἰρήνην. καὶ μετ' ὀλίγον ἀνατραπείσης πάλιν τῆς εἰρήνης γίνεται πόλεμος εἰς τὸ Βουλγαρόφυγον, καὶ τροπῆς δημοσίας γενομένης πάντες ἀπόλοντο, καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος

D Θεόδωρος. Στεφάνου τελευτήσαντος πατριάρχου χειροτονεῖται 5
ἀντ' αὐτοῦ πατριάρχης Ἀντώνιος ὁ λεγόμενος Καυλέας.

4. Τῷ ζ' αὐτοῦ ἔτει ἔσφαξαν οἱ Χερσωνῖται τὸν στρατηγὸν αὐτῶν. παρελήφθη καὶ τὸ κάστρον τὸ Κόρον ἐν Καππαδοκίᾳ ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν. ὁ βασιλεὺς Λέων πρόκενσον ποιήσας εἰς τὰ Δαμιανοῦ, συνόντος καὶ τοῦ παραδυναστεύοντος Ζαούτζα καὶ 1
τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Ζωῆς ἅμα τῷ βασιλεῖ (ἡ γὰρ πρώτη αὐτοῦ γαμετὴ Θεοφανῶ ἐν τῇ ἀγίᾳ σορῶ τῶν Βλαχερινῶν προσεκαρτέρει εὐχομένη), συμβούλιον ἐποίησαν οἱ τοῦ Ζαούτζα συγγενεῖς, ὃ τε Τζάντζης καὶ οἱ λοιποί, φονεῦσαι τὸν βασιλέα. ἡ Ζωὴ δὲ μετὰ
P 463 τοῦ βασιλέως καθεύδουσα, ὡς ἤσθετο τὸ δεινόν, ἐξύπνισεν αὐ- 1
τόν· καὶ παρευθὺ εἰς πλοῖον διεπέρασαν εἰς Πηγάς, καὶ τὸ πρῶν τάχιον εἰσῆλθεν εἰς τὸ παλάτιον.

5. Τούτῳ τῷ ἔτει τελευτᾷ Θεοφανῶ Ἀυγοῦστα, βασιλεύ-
σασα ἔτη ιβ'· ἦν μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ἀνέδειξεν ὁ Θεὸς θανα-
ματοργὸν διὰ τὸ ἀζηλότυπον αὐτῆς καὶ ἀμνησικακον καὶ ἐν ἐλεῆ- 2
μοσύναις καὶ προσευχαῖς ἀδιαλείπτως προσκαρτερεῖν τῷ Θεῷ.
ἔστεψεν δὲ Λέων ὁ βασιλεὺς τὴν δευτέραν αὐτοῦ γυναῖκα Ζωὴν

6 ὁ om P

sunt. tum rursus ille Turcos acie fundit, oblataque petitione recipit captivos, et pacem facit. nec multo post everso rursus pacis foedere commissum praelium ad Bulgarophygun, locum sic dictum, fusoque universo exercitu una omnes clade prostrati sunt atque enecti, et in eis Theodorus protovestiarus. Stephano patriarcha vita functo, eius loco Antonius Cauleas ordinatur.

4. Imperii Leonis anno septimo Chersonitae praetorem suum contrucidarunt. Corum oppidum in Cappadocia ab Agarenis captum. facto processu cum Leo imperator ad S. Damiani venisset, unaque etiam imperii adiuva Zautzas adesset, nec non Zoe Zautzae filia (prima enim eius uxor Theophano in sancta Soro Blachernarum precibus assidua erat), consilium inierunt Zautzae cognati, tum Tzantzis tum reliqui, ut imperatorem necarent. Zoe autem in imperatoris sinu dormiens, ut malum sensit deprehenditque insidias, ipsum excitavit; confestimque navigio in Pegas transfretarunt, ac mane celerius ad palatium sese receperunt.

5. Hoc anno Theophano Augusta diem obit, cum imperasset annos duodecim. hanc deus post non multos dies miraculorum effectricem reddidit, iccirco quod zelotypiae vitio nihil laborans, nec iniuriarum quicquam memor, eleemosynis et orationibus deo assidue vacaret. porro Leo imperator alteram coniugem suam Zoem Zautzae filiam corona do-

τὴν θυγατέρα τοῦ Ζαούτζα, καὶ εὐλογεῖται μετ' αὐτῆς παρὰ τινος κληρικοῦ τοῦ ἐπίκλην Σινεύπης. καὶ ὁ μὲν εὐλογήσας καθηρέθη, B ἡ δὲ ἐβασίλευσεν ἔτος ἅ μῆνας ἧ', καὶ ἐτελεύτησεν. ἐφεῦρον δὲ λάρνακα εἰς τὸ ἀποτεθῆναι τὸ σῶμα αὐτῆς, ἔχουσαν ἔσωθεν γράμματα κεκολλημένα γράφοντα οὕτως "Θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαιπίως." πλησίον δέ, τοῦ Μαΐου μηνός, οἰκοδομήσας ναόν, τὴν ἁγίαν Ζωὴν, κατατίθησιν αὐτήν. καὶ πλησίον τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἔξωνησάμενος οἰκήματα Λέων ὁ βασιλεὺς κτίζει ἐκκλησίαν περικαλλῆ εἰς ὄνομα Θεοφανῶ τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικός, 10 καὶ κατατίθησι καὶ ταύτην ἐκεῖ.

6. Τῷ θ' αὐτοῦ ἔτει ἐπιβουλῆς γενομένης Λέοντι τῷ βα- C σιλεῖ παρὰ τῶν συγγενῶν τοῦ Ζαούτζα, καὶ διαγνωσθείσης, πάντας κρατήσας ἐξώρισεν, καὶ ἐξωλόθρευσεν τὴν συγγένειαν τοῦ Ζαούτζα ἅπασαν.

7. Τῷ ι' αὐτοῦ ἔτει τελευτᾷ Ἀντώνιος πατριάρχης, καὶ χειροτονεῖται Νικόλαος πατριάρχης μυστικός τοῦ βασιλέως. τότε καὶ ἡ Δημητριὰς παραλαμβάνεται ὑπὸ Δαμιανοῦ τοῦ Ἀγαρηνοῦ. στέφει δὲ ὁ βασιλεὺς Ἄνναν θυγατέρα Ζωῆς τῆς τοῦ Ζαούτζα, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ποιεῖν τὰ ἐκ τύπον κλητόρια μὴ οὔσης Αὐ- 20 γούστης.

8. Τῷ ια' ἔτει αὐτοῦ ἡγάγετο ὁ βασιλεὺς τρίτην ἑαυτοῦ D γυναικίαν τὴν ἀπὸ τοῦ Ὀψικίου Εὐδοκίαν, στέφας αὐτήν καὶ ἀνα-

2 Σινάπης margo P

navit, ac cum ea, comprecante clerico quodam Syneupes nomine, benedictionem subit. qui benedictione impartierat minister, officio motus est: Zoe vero, annum unum menses octo imperio potita, defuncta est. inventa autem est urna, ad eius condendum cadaver, literis eiusmodi intus insculpta "filia Babylonis misera." haud procul autem, mense Maio, exstructo templo titulo Sancta Zoe, eam sepelivit. prope etiam templum sanctorum apostolorum, coemptis Leo imperator aedibus perpulchram ecclesiam aedificat, prioris suae coniugis Theophanus nomine; cuius et funus in ea deponit.

6. Imperii Leonis anno nono coniuratione in Leonem imperatorem a Zautzae consanguineis facta atque prodita, captos omnes exsilio multavit eiusque omnem cognationem disperdidit.

7. Imperii Leonis anno decimo, mortuo Antonio patriarcha, ordinatur patriarcha Nicolaus imperatoris mysticus. tunc quoque Demetrias a Damiano Agareno capitur. corona vero imperator Annam donat, Zoes Zautzae filiae filiam, quod cum nulla esset Augusta, constituta ex more convivia celebrare non posset.

8. Imperii Leonis anno undecimo duxit imperator tertiam suam uxorem ex Opsicio Eudociam, ipsam corona donans ac Augustam ap-

γορεύσας· ἦτις ἐξ αὐτοῦ ἄρρενα γεννήσασα παῖδα ἐτελεύτησεν. ἀπέθανε δὲ καὶ τὸ γεννηθὲν παιδίον.

9. Τῷ γ' αὐτοῦ ἔτει κτίζει ὁ βασιλεὺς εἰς τοὺς λεγομένους Τόπους ναὸν ἅγιον Λάζαρον, καὶ κατασκευάζει μονῆν ἀνδράαν εὐνούχων· ἐν ᾧ καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα καὶ Μαρίας τῆς 5 Μαγδαληνῆς ἀπέθετο. τούτῳ τῷ καιρῷ παραδίδοται Ταυρομέ- νιον τοῖς Ἀγαρηνοῖς.

10. Τῷ ι' ἔτει παρελήφθη ἡ νῆσος Ἀἴμος ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν.

P 464

11. Τῷ ις' ἔτει ἐν τῇ προελύσει τῆς πεντηκοστῆς τοῦ βα- 10 σιλέως εἰσοδεύοντος εἰς τὸν ἅγιον Μώκιον, ὃν πρόην φασὶν Ἡρα- κλέους εἶναι ναόν, ἐπεὶ πλησίον τῆς σωλείας ἦλθεν, ἐξελθὼν τις ἐκ τοῦ ἄμβωνος ἔδωκεν αὐτῷ κατὰ κεφαλῆς μετὰ ῥάβδου ἰσχυρᾶς καὶ παχείας· καὶ εἰ μὴ εἰς πολυκάνδηλον ἢ ῥάβδος ἐνεποδίσθη, παρευθὲν ἂν τοῦ ζῆν αὐτὸν ἀπήλλαξεν. τοῦ δὲ αἵματος σφοδρῶς 15 καταρρέοντος ταραχὴ καὶ φυγὴ τῶν ἀρχόντων γέγονε. διὸ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ Ἀλεξάνδρου νόσον προφασισαμένου καὶ ἐν τῇ εἰσόδῳ μὴ κατελθόντος, ὑπόληψις γέγονε τὴν τοιαύτην ἐπιβουλήν αὐτὸν 20 B κατεργάσασθαι. κρατηθέντος τοῦ δόντος τῷ βασιλεῖ, καὶ πολ- λὰς βασάνους καὶ τιμωρίας ὑπομεμενηκότος ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, 20 ἐπεὶ μηδένα καθωμολόγησεν, ἐκκόπτεται χεῖρας καὶ πόδας καὶ ἐν τῷ σφενδόνι τοῦ ἵππικοῦ καίεται. ἔκτοτε οὖν ἐξεκόπη ἡ τοιαύτη

10 Georgius et alii μεσοπεντηκοστῆς, qui longe dies alius est, pas-
schae medius et pentecostes. Combef. 22 τῇ σφενδόνῃ?

pellans. haec suscepta ex illo prole mascula mortua est; mortua et ipsa suscepta proles.

9. Imperii Leonis anno tertio decimo aedificat imperator, ad To-
pos quos vocant, templum S. Lazari nomine, virorumque spadonum
monasterium construit. ibi etiam S. Lazari corpus et Mariae Magdale-
nae condidit. per id tempus Tauromenium traditum Saracenis.

10. Anno quinto decimo, capta ab Agarenis Lemnus insula.

11. Anno sexto decimo, in sanctae pentecostes processu, introeunte
imperatore ad S. Mocii, quod olim Herculis fanum fuisse dicunt, cum
prope solem venisset, egressus quidam ex ambone robustum fustem et
crassum in eius caput impexit; ac nisi ictus candelabri pensilis multifidi
interiectu retardatus fuisset, extemplo sustulisset. large itaque defluentibus
ex capite cruoris rivis, territi proceres fugam arripuerunt. hinc
quoque suspicio fuit Alexandrum eius fratrem, quod morbum causatus
pompa ingressus non adfuerat, insidiarum auctorem exstitisse. apprehensus
autem qui ictum dederat, diesque multos tormentis examinatus, quod nullum
coniurationis auctorem sociumve detexerat, manibus pedibusque excisis ad Circi metam combustus est. ex tunc ergo istiusmodi

προέλενσις. καὶ μετὰ τινα καιρὸν ἀνῆλθεν Μάρκος ὁ σοφώτατος οἰκονόμος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, ὃς ἦν ἀναπληρώσας τὸ τετράωρον τοῦ κυροῦ Κοσμά τῆς μεγάλης ἑβδομάδος ἦτοι τοῦ μεγάλου σαββάτου, πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ συνεστιώμενος αὐτῷ ἐξελιπάρει μὴ 5 ἐκκοπῆναι τὴν ἑορτήν. καὶ τοῦ βασιλέως ἀπαναινομένον ἔφη ὁ Μάρκος ὅτι προεῖρηται τοῦτο παρὰ τοῦ Δαβίδ· φησὶ γὰρ “ὅσα C ἐπονηρέϊσατο ὁ ἐχθρὸς ἐπὶ τῷ ἁγίῳ σου, καὶ ἐνεκαυχῆσαντο οἱ μισοῦντές σε ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς σου.” καὶ δεῖ σε, ἰὼ δέσποτα, ἀπὸ τοῦ νῦν κρατῆσαι τῆς βασιλείας ἔτη δέκα. ὃ δὴ καὶ γέγονε· 10 τῇ γὰρ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἧ ἔλαβεν, τῇ αὐτῇ καὶ τελευτᾷ.

12. Τῷ ἰζ' ἔτει ἠγάγετο ὁ βασιλεὺς καὶ τετάρτην γυναῖκα, Ζωὴν ὀνομαζομένην τὴν Καρβουνοψίνα.

13. Τῷ ιη' ἔτει ἀνέρχεται κατὰ τῆς πόλεως ὁ στόλος τῶν Ἀγαρηνῶν ἅμα τῷ Τριπολίτῃ. Τριπολίται δὲ ἐκλήθησαν διὰ τὸ 15 τριῶν ἐκ γενεῶν συναχθῆναι, ἐξ Ἀράβων καὶ Τυρίων καὶ Σιδονίων ἀποίκων. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος τὴν κλῆσιν ἀπέιληφεν ἀπὸ τῆς τῶν ὑδάτων φορᾶς, αἰσοσύσης κατὰ τρόπον αἰγός. ὁμοίως δὲ καὶ Στρόβηλος ὠνομάσθη ἀπὸ τῆς τοπικῆς θέσεως, καὶ Λάμψακος ἀπὸ φωτὸς λάμπειως, ὅπερ ἐν νυκτὶ Φω- 20 κέων θεμελιούντων ταύτην καὶ εὐξαμένων θεόθεν ἐπέλαμψεν, καὶ ἡ τῶν θεμελίων βάσις καλῶς κεκραταίωται. καὶ Ἰμβρος ἀπὸ Ἰμβρον κέκληται υἱοῦ Ἀνθέος,

processus abrogatus est. aliquanto autem post tempore ascendit sapientissimus eius ecclesiae oeconomus Marcus, is qui magnae hebdomadae (id est magni sabbati) tetraodidum (canonem scilicet quattuor stropharum) domni Cosmae absolvit, ad imperatorem; exceptusque convivio rogabat ne eam festivitatem pompamque abrogatum iret. abnuente autem imperatore, ait Marcus “sic nempe a Davide praedictum erat. ait enim, quanta malignatus est inimicus in sancto tuo? et gloriati sunt qui oderunt te, in medio solennitatis tuae (Ps. 73 3)? estque necesse, domine, ut ab hinc annos decem imperium teneas.” quod et contigit: eadem enim ipsa die qua ictum acceperat, evoluto annorum circulo mortuus est.

12. Anno decimo septimo duxit imperator etiam quartam uxorem, Zoem, quam vocant, Carburnopsinam.

13. Anno decimo octavo ascendit navalis Agarenorum exercitus cum Tripolita adversus Byzantium. dicti vero sunt Tripolitae, quod ex tribus nationibus collecti sint, ex Arabibus et Tyriis et Sidoniis convenis. similiter vero etiam Aegaeum mare ab aquarum impetu, ac quod velut caprae in morem (Graeci αἶγα vocant) subsultet, nomen accepit. Stobelus a loci situ. Lampsacus a lucis fulgore, Phocensibus fundamenta locantibus ac orantibus, e caelo noctu delapso, quo, favente numine, firma murorum stetit compago. Imbrus ab Imbro vocata, Anthei

οὗ γενέτης Στάφυλος, Διονύσου φίλιτος υἱός.

